

Maximus Ecclesiae Cauleæ episcopus subscripti. A Bibianus Ecclesiae Agennensis episcopus subscripti. Aphthonius Ecclesiae Anqualesimæ episcopus subscripti. Beuterius Ecclesiae Viennensis episcopus subscripti. Laetho Ecclesiae Constantinae vel Brionensis episcopus subscripti. Passivus Ecclesiae Agensis episcopus subscripti. Clematus Ecclesiae Carpentoratensis episcopus subscripti.

Vellesius Ecclesiae Vappocensis episcopus subscripti. Aridius Ecclesiae Nevernensis episcopus subscripti. Iliarius Ecclesiae Deniensis episcopus subscripti. Clementinus Ecclesiae Aptensis episcopus subscripti. Palladius Ecclesiae Telenensis episcopus subscripti. Basilius Ecclesiae Clamaticæ episcopus subscripti. Avolus Ecclesiae Aquensis episcopus subscripti.

CONCILIA HISPANÆ.

XXXVIII

CONCILIUM ELIBERITANUM

DECIM ET NOVEM EPISCOPORUM, CONSTANTINI TEMPORIBUS EDITUM EODUM TEMPORE QUO ET
NICÆNA SYNODUS HABITA EST^b.

281-282 Cum concedissent sancti et religiosi episcopi in ecclesia Eliberitana, hoc est : Felix episcopus Accitanus, Osius episcopus Cordubensis, Sabius episcopus Hispanensis, Canerimus episcopus Taceitanus, Siungius episcopus Epagrensis, Secundinus [B.R., Secundus] episcopus Castulonensis, Pardus episcopus Mentesanus, Flavianus [T. 1, 2, Flavius] episcopus Eliberitanus, Cantorius episcopus Urcitanus, Liberius episcopus Emeritensis, Valerius episcopus Casaraugastanus, Decentius episcopus Legionensis, Melantius episcopus Toletanus, Januarius episcopus de Fibularia, Vincentius episcopus Ossobensis, Quijalianus episcopus Elborensis, Succesus episcopus de Eliocroca, Eutychianus episcopus Rastianus, Patricius episcopus Malacitanus : item presbyteri ^c, Restitutus presbyter de Epora, Natalis presbyter Ursona, Maurus presbyter Ilturgi, Lamponiensis de Carbula, Barbatus de Astigi, Felicissimus de Ateva, Leo Acinippo, Liberalis de Eliocroca, Januarinus a Lauro, Januarianus Barbe, Victorinus Egabro, Titus Ajude, Eucharius Municipio, Silvanus Segalvius, Victor Ulia, Januarius Urci, Leo Gewelia, Turrianus Castelona, Luxurius de Drona, Emeritus Baria, Eumantius Solia, Clementianus Ossigi, Eutyches Carthaginensis, Julianus Corduba : die Iduum Maiorum apud Eliberitum residentibus cunctis, astantibus diaconibus et omni plebe, episcopi universi dixerunt :

I. *De his qui post baptismum idolis immolaverunt.*

Placuit inter eos : Qui post fidem baptismi salutaris adultaestate ad templum idoli idolaturus accesserit, et fecerit quod est crimen capitale ^d, quia est

^a In Codicibus : *Eliberitanum.*

^b AE., T. 1, 2, era ccclxxi.

^c Presbyterorum nomena desumpta sunt ex Codicibus U. et G., in quibus nonnulla locorum nomina depravata reperiuntur, quæ prout in ipsis existant

B summi sceleris, placuit nec in finem eum communionem accipere.

II. *De sacerdotibus Gentilium qui post baptismum immolaverunt.*

Flamines qui post fidem lavaci et regenerationis sacrificaverunt, eo quod geminaverint sclera, accidente homicidio vel triplicaverint facinus coharente moechia, placuit eos nec in finem accipere communionem.

III. *De eisdem si idolis munus tantum dederunt.*

Item flamines qui non immolaverint, sed munus tantum dederint, eo quod se a funestis abstinerint sacrificiis, placuit in finem eis praestare communionem, acta tamen legitima penitentia : item ipsi si post penitentiam fuerint moechati, placuit ulterius C his non esse dandam communionem, ne illusisse ^e de dominica communione videantur.

283 IV. *De eisdem si catechumeni adhuc immolauerint [U., G., immolarent] quando baptizentur.*

Item flamines si fuerint catechumeni et se a sacrificiis abstinerint, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

V. *Si domina per zelum ancillam occiderit.*

Si qua femina [T. 2, domina] furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra [U., G., infra] tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit ; si voluntate, post septem annos, si casu, post quinquennii tempora ^f, acta legitima penitentia ad communionem placuit admitti ; quod si infra tempora D constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI. *Si quisunque per maleficium hominem interficerit.*
Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod

exprimere satius duximus.

^d AE., B.R., T. 1, 2, *principale.*

^e U., G., *post baptismum regenerationis.*

^f AE., B.R., T. 1, 2, U., G., *tusisse.*

^g T. 1, 2, *post quinquennum, acta.*

sine idolatria perfidere scelus non potuit, nec in finem impertiendam esse illi [U., G., ci] communionem.

VII. De pœnitentibus mœchiæ si rursus mœchaverint.

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuo fuerit fœnicatus, placuit nec in finem habere eum communionem.

VIII. De feminis quæ relictis viris suis aliis nubunt.

Item feminæ, que nulla precedente causa reliquerint viros suos et alteris se copulaverint, nec in finem accipiunt communionem.

IX. De feminis quæ adulteros maritos relinquent et aliis nubunt.

Item femina fidelis, que adulterum maritum reliquerit fidem et alterum dicit, prohibetur ne ducat: si duixerit non prius accipiat communionem, nisi quem reliquit de sæculo exierit, nisi forsitan necessitas infirmitatis dare compulerit.

X. De relicita catechumeni si alterum duxerit.

Si ea quam catechumenus relinquuit duxerit maritum, potest ad fontem laicri admitti: hoc et circa feminas catechumenas **284** erit observandum. Quod si fuerit fidelis que ducitur ab eo qui uxorem inculpatam relinquuit, et cum scierit illum habere uxorem, quam sine causa reliquit, placuit in finem hujusmodi dari communionem ^a.

XI. De catechumeno si graviter ægrotaverit.

Intra quinquennii autem tempora catechumeno si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

XII. De mulieribus quæ lenocinium fecerint.

Mater vel parens vel qualibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius suum, placuit eam nec in finem accipere communionem.

XIII. De virginibus Deo sacratis si adulteraverint.

Virgines quæ se Deo dicaverunt, si pactum perdidérint virginitatis, atque eidem libidini servierint non intelligentes quid admirerint, placuit nec in finem eis dandam esse communionem. Quod si semel persuasæ aut infirmi corporis lapsu vitæ omni tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, ut abstineant se a coitu, eo quod lapsæ potius vidantur, placuit eas in finem communionem accipere debere.

XIV. De virginibus sacerularibus si mœchaverint.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverint duxerint et tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt; vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchate sunt, placuit per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia admissi eas ad communionem oportere.

XV. De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum gentilibus minime in-

^a B.R.: placuit huic in finem non dandam esse communionem. T. 1, 2, placuit huic nec in finem dandam.

^b U., ne circumantes provincias, quæstuosas nundi-

A matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tuens in adulterium animæ resolvatur.

XVI. De puellis fidelibus ne infidelibus conjugantur.

Hæretici si se transferre noluerint ad Ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse pueras; sed neque Judæis neque hæreticis dare placuit, eo quod nulla possit esse societas fidei cum infidele: si contra interdictum **285** fecerint parentes, abstineri per quinquennium placet.

XVII. De his qui filias suas sacerdosibus Gentilium conjungunt.

Si qui forte sacerdotibus idolorum alias suas junxit, placuit nec in finem eis dandam esse communionem.

XVIII. De sacerdosibus et ministris si mœchaverint.

Episcopi, presbyteres et diacones si in ministerio positi detecti fuerint quod sint mœchati, placuit propter scandalum et propter profanum crimen nec in finem eos communionem accipere debere.

XIX. De clericis negotia et nundinas sectantibus.

Episcopi, presbyteres et diacones de locis suis negotiandi causa non discredant, nec circumneentes provincias quæstuosas nundinas secentur ^b: sane ad victimum sibi conquirendum aut filium aut libertum aut mercenarium aut amicum aut quemlibet emittant; et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

XX. De clericis et laicis usurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari et abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, et promiserit correspondus jam se cessaturum nec ulterius exacturum, placuit ei veniam tribui: si vero in ea iniqui ate duraverit, ab Ecclesia esse projiciendum.

XXI. De his qui tardius ad ecclesiam accedunt.

Si quis in civitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, paucò tempore abstineat, ut correpluus esse videatur.

XXII. De catholice in hærem transeuntibus, si revertantur.

Si quis de catholica Ecclesia ad hærem transiit fecerit rursusque recurrerit, placuit huic pœnitentiam non esse denegandam eo quod cognoverit peccatum suum; qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos prestari communione debet; si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint incunctanter recipi debent [B.R., debebunt].

286 XXIII. De temporibus jejuniorum.

Jejunii superpositiones [Æ., T. 2, superimpositiones] per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii et Augusti propter quorundam infirmitatem.

XXIV. De his qui in peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnis qui in peregre fuerint baptizati, eo quod eos sectantes in periculo incurvant.

^c U., quemlibet fidem.

rum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovenos in alienis provinciis,

XXV. De epistolis communicatoriis confessorum.

Quinis qui attulerit litteras confessoriae sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatorie ei dandæ sunt litteræ.

XXVI. Ut omni sabbato jejunetur.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbati die superpositiones celebremus.

XXVII. De clericis, ut extraneas seminas in domo non habeant.

Episcopus vel quilibet alius clericus aut sororem aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat: extraneam nequam habere placuit.

XXVIII. De oblationibus eorum qui non communicant.

Episcopum placuit ab eo, qui non communicat, manus accipere non debere.

XXIX. De energumenis qualiter habeantur in ecclesia.

Energumenus qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nonneque ad altare cum oblatione esse recitandum, nec permittendum ut sua manu in ecclesia ministret.

XXX. De his qui post lavacrum moechati sunt, ne subdiacones fiant.

Subdiaconos eos ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerint moechati, eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum promoveantur: vel si qui sunt in præteritum ordinati, annoventur.

287 XXXI. De adolescentibus qui post lavacrum moechati sunt.

Adolescentes qui post fidem lavaci salutaris fuerint moechati, cum duxerint uxores, acta legitima penitentia placuit ad communionem eos admitti.

XXXII. De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere penitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate necesse est presbyterem communionem praestare debere, et diaconem si ei jusserit sacerdos.

XXXIII. De episcopis et ministris, ut ab uxoribus abstineant.

Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris et diaconibus vel omnibus clericis positis in ministerio abstinere se a conjugibus suis, et non generare filio: quicunque vero fecerit, ab honore clericatus extenuetur.

XXXIV. Ne cæreterii incendantur.

Cæreter per diem placuit in cæmeterio non incendi, inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hoc non observaverint arceantur ab Ecclesiæ communione.

XXXV. Ne seminæ in cæmeteriis pervigilient.

Placuit prohiberi ne seminæ in cæmeterio pervig-

• AE., B.R., T. 1, 2, G., munera.

• AE., B.R., E. 3, T. 1, 2, nec.

• T. 1, diem Pentecostes post Pascha celebramus non

A lenti, eo quod sœpe sub obtentu orationis latenter scelera committunt.

XXXVI. Ne picturæ in ecclesia fiant.

Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne b quod colitur et adoratur in parietibus depingatur.

XXXVII. De energumenis non baptizatis.

Eos qui ab inimundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si fideles fu-rint, dandam esse communionem. Prohibendum etiam ne lucernas hi publice accendant; si facere contra interdictum voluerint, abstineantur a communione.

288 XXXVIII. Ut in necessitate et fideles baptizent.

B Loco peregre navigantes aut si ecclesia proxima non fuerit, posse fidem, qui lavacrum suum in e grum habet nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.

XXXIX. De Gentilibus si in discrimine baptizari expetunt.

Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi et fieri Christianos.

XL. Ne id quod idolothytum est fideles accipiant.

Prohiberi placuit, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit accepto non ferant: si post interdictum fecerint, per quinquennium spatia temporum a communione esse arcendos.

C XLI. Ut prohibeant domini idolu colere servis suis.

Admoneri placuit fideles, ut in quantum possunt prohibeant ne idola in dominibus suis habeant: si vero vien inveniunt servorum, vel se ipsos puros conservent; si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

XLII. De his qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.

Eos qui ad priam fidem credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium temporum placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate coegerit ratio velocius subvenire periclitanti vel gratiam postulanti.

XLIII. De celebratione Pentecostes.

D Pravam institutionem emendari placuit justa auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus, ne si quis non fecerit a novam heresem induxisse notetur.

XLIV. De meretricibus paganis si convertantur.

Meretrix quæ aliquando fuerit et postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, iucundanter placuit esse recipiendam.

289 XLV. De catechumenis qui ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus et per infesta tempora nunquam ad ecclesiam accesserit, si euini de clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui existenter fideles, placuit ei baptismum quadragesimam nisi quinquagesimam: qui non fecerit.

• U., quæ pagina aliquando fuerit.

non negari, eo quod veterem hominem dereliquerisse dicitur, placuit post biennium accipere communionem.

LVI. De magistris et duumviris.

Magistratus vero uno anno quo agit duumviratum, prohibendum placet [T. 1, 2, placuit] ut se ab Ecclesia cohibeat.

LVII. De his qui vestimenta ad ornandam pompam deruntur.

Matrone vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent; et si fecerint, triennio abstineantur.

LVIII. De his qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur.

Placuit ubique et maxime in eo loco, in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant suo testimonio comprobata.

291 LIX. De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum ne quis Christianus, ut Gentilis, ad idolum Capitolii causa sacrificandi ascendat et videat; quod si fecerit, pari criminis teneatur: si fuerit fidelis, post decem annos acta penitentia recipiatur.

LX. De his qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola frerget et ibidem fuerit occisus, quantum in Evangelio ^b scriptum non est neque inventetur sub apostolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

LXI. De his qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris sua sororem ejus duxerit, et ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

LXII. De aurigis et pantomimis si convertantur.

Si auriga aut pantomimus credere voluerit, placuit, ut prius artibus suis renuntiant et tunc deum suscipiantur, ita ut ulterius ad ea non revertantur: qui si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

LXIII. De uxoribus que filios ex adulterio accipiunt.

Si qua per adulterium absente marito suo conceperit, idque post facinus occiderit, placuit nec in finem dandam esse communionem eo quod geminaverit scelus.

LXIV. De feminis que usque ad mortem cum alienis viris adulterant.

Si qua usque in finem mortis sua cum alieno viro fuerit moechata, placuit nec in finem dandam ei esse communionem: si vero eum reliquerit, post decem annos accipiat communionem acta legitima penitentia.

LXV. De adulteris uxoribus clericorum.

Si cuius clericis uxor fuerit moechata et scierit eam maritus suus incechari et non eam statim proiecere, nec in finem accipiat communionem, ne ab his qui exemplum honeste ^c conversationis esse debent, ab eis videantur scelerum magisteria procedere.

XLVI. De fidibus si apostata erat quendam patrem.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus nec fuerit idolator, post decem annos placuit communionem accipere.

XLVII. De eo qui uxorem habens aepius moechatur.

Si quis fidelis habens uxorem non semel sed sepe fuerit moechatus, in fine mortis est conveniens: quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio: si resuscitaturs rursus fuerit moechatus, placuit ulterius non ludere eum de communione pacis.

XLVIII. De baptatis ut nihil accipiat cleris.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concha non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videatur: neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel [T. 1, sed] clericis.

XLIX. De frugibus fidelium ne a Judæis benedicantur.

Admoneri plicuit possessores, ut non patientur fructus suis, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Judæis benedici, ne nostram irritam et infirmam faciant benedictionem: si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjectatur.

L. De Christianis qui cum Judæis vescuntur.

Si vero quis clericus vel fidelis cum Judæis cibum sumperit, placuit eum a communione abstineri ut debeat emendari.

LI. De hæreticis, ut ad clerus non promoveantur.

Ex omni hærese fidelis si venerit, minime est ad clerus promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

290 LII. De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.

Hi qui inventi fuerint famosos in ecclesia ponere anathematizentur.

LIII. De episcopis qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cencelis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimen aliquo quis fuerit; quod si alias episcopus præsumperit eum admitti, illo adduc minime faciente vel consenteante a quo fuerit communione privatus, sciat se ^D hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui pericula praestaturum.

LIV. De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem frerent sponsaliorum, triennii tempore abstineantur; si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimen fuerint deprehensi, erunt excusati parentes: si in eisdem fuerit vitium et polluerint se, superior sententia servetur.

LV. De sacerdotibus Gentilium qui jam non sacrificant.

Sacerdotes qui tantum coronas portant nec sacrificant nec de suis sumptibus aliiquid ad idola præ-

^a E., T. 1, 2, U., quod in veterem hominem deliquerisse rideatur.

^b G., quatenus quia in Evangelio.

LXVI. *De his qui privignas suaq ducunt.*

Si quis privignam ^a suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in finem dandam esse communionem.

LXVII. *De conjugio catechumenæ feminæ.*

Prohibendum ne qua fidelis vel catechumena aut comatos aut viros cinerarios ^b habeant: quæcumque hoc fecerint a communione arceantur.

LXVIII. *De catechumena adultera quæ filium necat.*

Catechumena si per adulterium conceperit et præfecaverit, placuit eam in fine baptizari.

LXIX. *De viris conjugatis postea in adulterium lapsis.*

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit cum quinquennium agere debet pœnitentiam et sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dari communionem: hoc et circa feminas observandum.

LXX. *De feminis quæ consciis maritis adulterant.*

Si cum conscientia mariti uxori fuerit mœchata, placuit nec in finem dandam ei [B. R., U., G., eis] esse communionem: si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam cum sciret adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit.

LXXI. *De stupratoribus puerorum.*

Stupratoribus puerorum nec in finem dandam esse communionem.

LXXII. *De viduis mœchis si eundem postea maritum duxerint.*

Si qua vidua fuerit mœchata et eundem postea haberuit maritum, post quinquennii tempus acta legitima pœnitentia placuit eam communioni reconciliari: si alium duxerit relicto illo, nec in finem dandam esse communionem; vel si fuerit ille fidelis quem accepit, communionem non accipiet, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia, 293 vel si infirmitas coegerit velocius dari communionem.

LXXIII. *De delatoribus.*

Delator si quis existiter fidelis, et per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfactus, placuit eum nec in finem accipere communionem; si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem: si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittetur ad baptismum.

LXXIV. *De falsis testibus.*

Falsus testimonis prout est crimen abstinebitur: si ta-

^a T. 1, Si quis antenatalam privignam.

^b Ex AE., B.R., T. 1, U. In A. E. 3, cenorarios. In

A men non fuerit mortale quod objicit et probaverit quod non tacuerit, biennii tempore abstinebitur; si autem non probaverit, convento clero placuit per quinquennium abstinebitur.

LXXV. *De his qui sacerdotes vel ministros accusant nec probant.*

Si quis autem episcopum vel presbyterum vel diaconum falsis criminiis appetierit et probare non potuerit, nec in finem dandam ei esse communionem.

LXXVI. *De diaconibus si ante honorem peccasse prohibantur.*

Si quis diaconum se permiserit ordinari et postea fuerit detectus in crimine mortis quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit eum acta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem: quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta 294 pœnitentia accipere communionem laicam debere.

LXXVII. *De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.*

Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, episcopus ens per benedictionem perfidere debet: quod si ante de sacculo recesserint, sub fide qua quis credidit poterit esse justus.

LXXVIII. *De fidelibus conjugantibus, si cum Iudea vel Gentili mœchatae fuerint.*

Si quis fidelis habens uxorem cum Iudea vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur: quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia poterit dominice sociari communioni.

LXXIX. *De his qui tabulam ludunt.*

Si quis fidelis aleam, id est tabulam luserit numeris, placuit eum abstinere; et si emendatus cesserit, post annum poterit communioni reconciliari.

LXXX. *De libertis.*

Prohibendum ut liberti, quorum patroni in saeculo fuerint, ad clericum non promoveantur.

LXXXI. *De seminarum epistolis.*

Ne seminæ suo potius absque maritorum nominibus laicis scribere audeant; quæ fideles sunt vel litteras alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipient.

T. 2, generarios

XXXIX

CONCILIUM TARRACONENSE

DECEM EPISCOPORUM, HABITUM AERA DLIV, ANNO SEXTO THEODORICI REGIS, CONSULATO PETRI,
SUD DIE VIII IDUS NOVEMBRI.

295-296 Antiqua Patrum statuta de his censisse videntur, que in tempore aut ad illos relata pervenerunt aut certe acta testimonio proprio probaverunt: cuius rei et nos sequentes exemplum,

illa quæ nunc sunt placuit observanda decernemus, ut præterita absque ambage custodiantur, et præsentis observatione sint firma. Igitur cum in unum pariter convenissemus in urbem Tarragonensem quæ est

metropolitana^a, titulos subter annexos conscripsimus
observandos.

I. Ut etiam ad proxima; sanguinis clerici cum testimo-
nio vadant.

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate ha-
bere permittitur, ut ea cautela earum necessitates
sustentent, ut pietatis beneficia quæ eis sunt neces-
saria a longius præbeant: ipsi vero pro visendis eis
cum ingressi fuerint, celeri salutazione recurrent nec
inibi faciant mansionem: qui tamen cum ad eorum
visitationem pergunt, testeum solatii sui slide et ætate
probatum adhibeant secuin. Si quis hac a nobis sta-
tuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate
privetur; si [G., sin] vero religiosus vel monachus,
in cella monasterii recusus paenitentiae lamentis
incumbat, ubi singulari afflictione panis et aquæ
victum ex abbatis ordinatione percipiat.

II. Ut clerici emendi vilius vel vendendi carius non per-
mittantur.

Sicut canonum statutis firmatum est, quicunque in
clero esse voluerit emendi vilius vel vendendi carius
studio non utatur: certe si hæc voluerit exercere,
exhibeatur a clero.

III. Ut clerici si solidum præstiterint sine usura recip-
iant.

Si quis vero clericus solidum in necessitate præ-
stiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod
mercandi causa tempore statuto decretum fuerit ve-
nundari: cæterum si speciem non habuerit neces-
sariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento recip-
iat.

IV. Ut nullus episcopus vel infra positus die dominico
causas judicare præsumat.

Ut nullus episcoporum aut presbyterorum vel cle-
ricorum die dominico propositum cujuscunque causæ
negotium audeat judicare, nisi hoc tantum, ut Deo
statuta solemnia peragant: cæteris vero diebus con-
venientibus personis illa quæ justa sunt habeant li-
centiam judicandi, excepto criminalia negotia.

V. Ut qui in metropolitana civitate non ordinatur epi-
scopus, post duos menses se metropolitano præ-
sentet.

Si quis in metropolitana civitate non fuerit episco-
pus ordinatus, posteaquam suscepit benedictione
[Æ., T., ordinatione] per metropolitani litteras ho-
norem fuerit episcopatus adeptus, id optimum esse
decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est,
impletis duobus mensibus, se metropolitani sui re-
præsentet asperibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis
instructus plenus quod [Æ., E. 5, U., G., quid]
observare debeat recognoscat: quod si forte hæc
implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus
corrigatur; quod si infirmitate aliqua ne hoc impleat
fuerit præpeditus, hoc suis litteris metropolitano in-
dicare præcuret.

297 VI. Ut episcopus, qui a metropolitano commo-
nitus ad synodum non renerit, etcommunicetur.

Si quis episcoporum [T. 1, 2, U., episcopus] com-

A monitus a metropolitano ad synodum nulla gravi in-
tercedente necessitate corporali venire contempererit,
sicut statuta Patrum sauxerunt, usque ad futurum
concilium cunctorum episcoporum charitatis commun-
ione privetur.

VII. Ut diœcessani clerici septimanas teneant et die sab-
bati omnes in unum conveniant.

De diœcessanis ecclesiis vel clero id placuit deflniri,
ut presbyteri vel diaconi qui ibi^b constituti sunt cum
clericis septimanas obseruent; id est ut presbyter
unum faciat hebdomadam, qua expleta succedat ei
diaconus similiter, ea scilicet conditione servata, ut
omnis clerus die sabbati ad vesperas sit paratus, quo
facilius die dominico solemnitas cum omnium præ-
sentia celebretur: ita tamen ut omnibus diebus ves-
pera et matutina celebrentur, quia desistente clero,
quod est pessimum, comperimus in basilicis nec lu-
minaria ministrari. Si qui sane negligenter vitio hæc
implere noluerint, noverint se secundum statuta
canonum pro modo personarum canonice disciplinas
subdendos.

VIII. Ut annis singulis episcopi diœcesem visitent, et
ut non plus quam tertium de parochiis accipiant.

Multorum casuum experientia magistrante reperi-
mus nonnullas diœcessanas esse ecclesias destitutas:
ob quam rem id constitutione decrevimus, ut antiquæ
consuetudinis ordo servetur, et annuis vicibus ab
episcopo diœceses visitentur, ut si qua forte basilica
reperta fuerit destituta ordinatione ipsius reparetur;
quia tertia ex omnibus per antiquam traditionem ut

C accipiatur ab episcopis novimus statutum.

IX. De c'ericis et ostiariis qui adul'eriis mulieribus ad-
miscentur, ut a clero projiciantur.

Si quis lectorum adulteræ mulieri voluerit miseri-
vel adhærere consortio, aut relinquat adulteram, aut
a clero habeatur extraneus: similis sententia ostia-
riorum mandabit scholam.

X. Ut nullus episcopus pro iudiciis munera accipiat.

Observandum quoque decrevimus, ne quis sacer-
dotum vel clericorum more sacerdotalium 298 judi-
cium audeat accipere pro impensis patrocinis mu-
nera, nisi forte in ecclesia oblata gratuita, quæ non
favore muneris videantur accepta, sed collatione de-
votionis illata; quia si qua ista [G., sic qui ista] pro-
bantur accipere, veluti exactores feorū aut usura-
rum possessores secundum statuta Patrum se nove-
rint degradandos^c.

XI. Ut monachus missus alicubi ministerium clerica-
lus agere non præsumat, nec negotiator nec execu-
tor existat.

Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquod
ministerium ecclesiasticum præsumant agere prohibi-
bemus, nisi forte cum abbatis imperio: similiter ut
nullus eorum, id est monachorum, forensis negotior
susceptor vel executor existat, nisi id quod monas-
terii exposcit utilitas, abbate sibi nibilomiuus impe-
raute, canonuante omnia Gallicanorum de eis con-
stitutione servata.

^c Ex cæteris Codicibus, præter A., in quo legi-
tur: denegandos.

^a A. E. 3, metropolitana observatione fundata.

^b Æ., B.R., E. 3, inibi. U., G., in vico.

XII. *Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant et nullus ex'nde aliquid anferat.*

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post depositionem ejus a presbyteris et diaconibus de rebus ipsius breve fideliter conscribatur a minimo usque ad maximum, id est de utensilibus [G., utensilibus] vel omni supellectile, ita tamen ut si quis exinde vel præsumpsisse vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

XIII. *Ut episcopus diœcesanos presbyteros et quosdam ex laicis convenire ad synodum litteris moneat.*

Epidotæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a cathedralibus ecclesiis presbyteros, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant, et aliquos de filiis Ecclesie sacerularibus secum adducere debeant.

Joannes in Christi nomine episcopus Tarragonensis civitatis constitutiones a nobis concriptas [G., factas] subscripsi.

^a *Æ., B.R., Carthaginensis metropolis. T. 1, Carthaginensis metropolis.*

^b Ex *Æ., B.R., E. 3, T. 1, 2, G. In A., U., Tortosana.*

A Paulus in Christi nomine episcopes Emporitanæ civitatis subscripsi.

Hector in Christi nomine episcopus Carthaginensis metropolitanæ ^a subscripsi.

Frontinianus [T. 1, Fontianus] in Christi nomine episcopus Gerundensis civitatis subscripsi.

Agricinus in Christi nomine episcopus Barcinonensis civitatis subscripsi.

Orontius in Christi nomine episcopus Eliberitanæ civitatis subscripsi.

299 Vincentius in Christi nomine episcopus Cesaragustanae civitatis subscripsi.

Ursus in Christi nomine episcopus Dertosanae ^b civitatis subscripsi.

Cynidius ^c in Christi nomine episcopus **300** Ausoniana civitatis subscripsi.

Nibridus in Christi nomine minimus sacerdotum constitutionem sanctorum canonum subscripsi, ecclesie Egarensis minister.

^c Ex *Æ., E. 3, T. 2, U., G. In A., Diuidius. B.R., T. 1, Faudius.*

^d *U., episcopus Ausonae subscripsi.*

XL

CONCILIUM GERUNDENSE

SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ÆRA DLV, ANNO SEPTIMO [B.R., TERTIO] THEODORICI REG'S,
SEXTO IDUS JUNIAS, AGAPETO VIRO CLARISSIMO CONSULE.

I. *Ut unaquæque provincia in officio Ecclesiae unum ordinem teneat.*

De institutione missarum, ut quomodo in metropolitana Ecclesia flunt, ita in Dei nomine in omni Tarragonensi provincia tam ipsius missæ ordo quam peallendi vel ministrandi consuetudo servetur.

II. *Ut litanie post Pentecosten a quinta feria usque in sabbatum celebrentur.*

De litanis, ut expleta solemnitate Pentecostes sequens septima dies a quinta feria usque in sabbatum per hoc triduum abstinentia celebretur.

III. *De secundis litanis faciendis Kalendis Novembribus.*

Item secundæ litanie faciendæ Kalendis Novembribus, ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia hebdomada secundum prioris abstinentie observavitam a quinta feria incipientur, et in sabbato vespere missa facta suiantur : quibus tamen diebus a carnis et a vino decrevimus abstinendum.

IV. *Ut pascha tantum et natali Domini baptismus detur, exceptis his qui in languore consistunt.*

De catechumenis baptizandis id statutum est, ut quia in Pasche solemnitate vel natalis Domini, quando magis solemnitatis celebritas major est, ratiore ad baptizandum veniunt, ceteris solemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quoconque tempore convenit baptismum non negari.

C V. *Ut unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.*

De parvulis vero qui nuper materno utero **301** editi sunt placuit constitui, ut si infirmi ut assolent fuerint et lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur.

VI. *Ut conjugati ab episcopo usque ad subdiaconum non sine testimonio vivant.*

De ^a conversatione vitæ a pontifice usque ab subdiaconem post suscepti honoris officium si qui ex conjugatis fuerint ordinati, ut sine testimonio alterius fratri non utantur auxilio : cum sorore juxta ex conjugate facta non habitent ; quod si habitare voluerint, alterius fratri utantur auxilio cuius testimonio vita eorum debeat clarior apparere.

D VII. *Ut qui sine uxoris ordinantur extraneas in domo non habeant.*

De his vero qui sine conjugibus ordinantur et familiis domus habent, habito secum pro vita conversatione fratre in testimonium, non per quacunque feminæ sexus personam ejus substantia gubernetur, nisi aut per puerum aut per amicum suam domum debet ordinare : si vero matrem in domo habuerit aut sororem, secundum priorum canonum statuta per earum personas ejus debet contulare substantia.

VIII. *De laicis qui viduam aut dimissam acceperint, ut in clerici non admittantur.*

Si quis vero de laicis post uxorem alias cuju-

^a Ex *Æ. desumptus canon hic, qui in reliquis Codicibus neque sensum neque syntaxin exhibet.*

cunque conditionis cognoverit mulierem, in clero A nullatenus admittatur.

IX. De his qui publice paenitentiam non accipiant sed tantum viaticum, ut in clero promoveantur.

is vero qui aegritudinis languore depresso 302 paenitentiae benedictionem, quod viaticum deputamus, per communionem accipiat, et postmodum revalescens caput paenitentiae in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detineatur obnoxius, admittatur ad clero.

X. De discretione paenitentium : qui possunt ad ecclesiasticos ordines promoveri vel qui non possunt.

Hui qui in discrimine constituti paenitentiam accipiunt nulla manifesta scelera conscientes, sed tantum peccatores se praedicantes; hujusmodi i revularient, possunt etiam per morum probitatem ad gradus eccl^Blesiasticos pervenire : qui vero ita paenitentiam ac-

* Ex AE. depromitur canon iste, cum desit in A. et ceteris.

^b Canon hic in reliquis Codicibus praeter AE. nu-

cipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad clero vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus possunt, quia se confessione propria notaverunt.

XI. Ut b omnibus diebus respertinis et matutinis oratio dominica dicatur.

Ita nobis placuit, ut omnibus diebus post matutinos et vesperas oratio dominica a sacerdote profetur.

Joannes in Christi nomine episcopus subscrispi.

Frontinianus in Christi nomine episcopus subscrispi.

Paulus in Christi nomine episcopus subscrispi.

Agripinus c in Christi nomine episcopus subscrispi.

Cynidius in Christi nomine episcopus subscrispi.

Nibidius in Christi nomine episcopus subscrispi.

Orontius in Christi nomine episcopus subscrispi.

mero decimo notatur, quia procedens in ipsis defuerat.

* B.R., T. I., U., G., Agriclus.

XLI

CONCILII CÆSARAUGUSTANUM I

DUODECIM EPISCOPORUM, IV NOVAS OCTOBRI.

Cæsaraugusta in secretario residentibus episcopis Fitadio [U., Hitadio], Delfino, Eutychio, Ampelio, Auxentio, Lucio, Itacio [U., Etacio], Splendonio [B.R., Splendiuius], Valerio, Symposio, Cartherio et Idacio [U., Hidacio], ab universis dictum est : Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

303 I. Ut semine fideles a virorum alienorum cunctibus separantur.

Ut mulieres omnes Ecclesia catholice et fideles a virorum alienorum lectione et costibus separantur, vel ad ipsas legentes alia studio vel docendi vel discendi convenient, quoniam hoc Apostolus jubet. Ab universis episcopis dictum est : Anathema futuros qui haec concilii sententiam non observaverint.

II. Ut diebus dominicis nullus jejunet nec diebus Quadragesimæ ab ecclesia absente.

Item legit : Ne quis jejunet die dominica causa temporis aut persuasionis aut superstitionis, et quadragesiminarum die ab ecclesiis non desint nec habitent latibula cubiculorum ac montium qui in his suspicionibus perseverant, sed exemplum et præceptum D custodiunt sacerdotum et ad alienas villas agendorum convenientem causa non convenient. Ab universis episcopis dictum est : Anathema sit qui hoc commiserit.

III. Ut qui eucharistiam in ecclesia accipit et ibi eam non sumit anathematizetur.

Item legit : Eucharistie gratiam si quis probatur acceptam in ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

IV. Ut tribus hebdomadis que sunt ante Epiphaniam ab ecclesia nemo recedat,

Item legit : Viginti et uno die quo a xvi Kalendas Januarias usque in diem Epiphaniæ 304 qui est viii Idus Januarias continuis diebus nulli licet de ecclesia absentare, nec latere in domibus, nec secedere in villam, nec montes petere, nec nudis pedibus infondere, sed concurrere ad ecclesiam : quod qui non observaverit de suscepis, anathema sit in perpetuum *. Ab universis episcopis dictum est : Anathema sit.

V. Ut qui a suis episcopis privantur ab aliis non recipiantur.

Item lectum est : Ut bi qui per disciplinam aut sententiam episcopi ab Ecclesia fuerint separati ab aliis episcopis non sint recipiendi; quod si scientes episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab universis episcopis dictum est : Qui hoc commiserit, episcoporum non habent communionem.

VI. Ut clericus qui propter licetiam monachus vult esse excommunicetur.

Item legit : Si quis de clericis propter luxum vanitatemque presumptam de officio suo sponte discesserit, ac se velut observationem legis in monacho videri voluerit esse quam clericum, ita de Ecclesia repellendum ut nisi rogando atque observando [T. I., 2., U., obsecrando] plurimis temporibus satisficerit, non recipiatur. Ab universis episcopis dictum est : Ita fiat.

* AE., T. 2, observaverit, his decretis anathema.

VIII. Ut doctoris sibi nomen non imponat cui concessum non est.

Item lectum est : Ne quis doctoris sibi nomen imponat praeter hanc personas quibus concessum est, secundum id quod scriptum est. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

* Deest hic canon in U.

305 VIII. Ut ante quadraginta annos sanctimoniales virginis non relentur.

Item lectum est : Non velandas esse virgines, 306 quae se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata etate, quam sacerdos comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

XLII

CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM II

ANNO VII RECAREDI REGIS, AERA DCXXX.

I. Cum in Dei nomine in urbem Cæsaraugustanam provincie Tarracensis ex permisso gloriose atque sanctissimi principis Recaredi regis in anno septimo regni ejus congregati fuissemus pro Dei timore tractantes, id placuit sanctæ ac venerabili synodo, ut presbyteri qui ex heresi Ariana ad sanctam catholicam Ecclesiam conversi sunt, qui sanctam et puram fidem atque castissimam tenuerint vitam, accepta denuo benedictione presbyteratus sancte et pure ministrare debeant : ceteri vero qui hanc suprascriptam vitam adimplere vel tenere neglexerint, ab officio depositi sint in clero. Ita et de diaconibus sicut et de presbyteris constitutum est.

II. Statuit sancta synodus, ut reliquias in quibuscumque locis de Ariana heresi inventas fuerint prolatæ a sacerdotibus, in quorum ecclesiis reperiuntur, C pontificibus presentatae igne probentur : quod si a quibuslibet occultatae fuerint et deteguntur, a sacro sanctæ catholicæ Ecclesiae custodi segregentur.

III. Statuit sancta synodus, ut episcopi de Ariana heresi venientes, si quas ecclesias sub nomine catholicæ fiduci consecraverint, unctione benedictione

B percepta, a catolico sacerdote consecrantur denuo. Sub die Kalendarum Novembris anno quo supra.

Artemius in Christi nomine episcopus Tarracensis provincie metropolitanus hanc constitutionem subscripsi.

Sephronius in Christi nomine episcopus hanc constitutionem subscripsi.

Stephanus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Julianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Simplicius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Asterius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Mumius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Liliolus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Magnus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Joannes in Christi nomine episcopus subscripsi.

Galanus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Julianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Antedius in Christi nomine diaconus agens vicem domini mei Gavini episcopi subscripsi.

Stephanus in Christi nomine diaconus agens vicem domini mei Aquilini episcopi subscripsi.

* Deest hoc concilium in omnibus Codicibus præter AE., ex quo desumptum est.

XLIII

CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM III.

HABITUM SUB DIE KALENDARUM NOVEMBRIVM, ANNO IV ORTHODOXI ATQUE SEBENISSIMI DOMINI EGICANI REGIS, AERA DCCXXIX.

307-308 Sacerdotes Domini, quos non solum divina pietas ad magisterium provehit sacrum, sed etiam et speculatorum instituit plebium, ea se debent auctoritatis munere sententia, quo et divinis sine intermissione insistant præceptis et canetam plebem dignis condirigant exemplis. Et ideo quia nos divina celsitudo ex jussu excellentissimi et piissimi magnique Dei culoris domini nostri Egicani principis in hanc Cæsaraugustanam urbem coadunari præcepit, et ita sub omnimoda specialitate instituit, ut reserante falce justitia æquitatis consolidetur materies, et quidquid cojuslibet indiscreta perniciens a sanctis institutionibus patrum de ordinibus ecclesiasticis develli nostris elucubrat sententia Deo mediante laudine deducatur veritas : Idcirco dum nobis de

D sanctæ Trinitatis mysterio secundum formulam Nicæni concilii triduo mutua suisset collatio, ea qua se cœlui nostro ad ædificationem totius plebis ingesserunt conspicua diligentique ratione portractantes, qua necessaria exsisterint Christo opitulante, cujus nos causa salutis ad hoc provocavit studium, in brevibus atque continuatis capitulis caneta definitivimus, et ad perennitatis sue robur ea qua a nobis acta vel definita sunt propriæ manus nostræ exaratione firmare procuravimus.

I. Ut non liceat episcopis citra dies dominicos consecrationes ecclesiistarum exercere.

In sanctum et satis venerabile concilium residentibus nuntiatum est nobis, eo quod aliqui pontifices, regulam veritatis prætermittentes, ecclesias qua a

* Deest hoc concilium in Codicibus B.R., E. 5, T. I, 2, U., G.

fidelibus pia devotione construuntur extra dies dominicos consecrent. Si ergo, cum quisque nostrum mortalium ad sacerdotiale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus nisi tantum dominicis festivitatibus hi qui honoris digni habentur officio in ordine praeſcientiarē ecclesiastico, quanto magis ut sancta deificata templo, quæ ab hominibus fidelibus censentur honoris locanda, sine diebus dominicis perhibeantur consecranda? Cujusque nos talium presumptioſum pontificum non solum sanctorum Patrum cohíbeatur prohibere sententia, sed et propria deliberatione censensus, ut nulli penitus pontificum in quibuscumque provinciis constituto amodo licet prater certos dies dominicos ecclesias sanctas consecrare.

II. Ut confinimi episcopi de sacra solenitate paschali annua vice primatum suum inquirant.

Siquidem sancta institutio Patrum de solemnitate paschali præcipiat, ut omnes confinimi episcopi annua vicissitudine primatum suum inquirant quo tempore Paschæ festum peragant, tamen quia didicimus nonnullos episcopos sententiam Patrum transgredientes propter quod etiam debuerunt usquequamque vigilantes manere, placuit omnibus nobis ut abinceps cuncti confinithni episcopi nullam sibi occasionem objicientes aut longinquitate itineris præcaventes annua recusione de festivitate paschali tempore congruo primatum suum, sub cuius potestatis manserint regimine, inquirant, ut quo die et tempore illis Paschæ festum pronuntiaverit sollicita veneratione peragant.

III. Ut monasteria diversoria secularium non fiant.

Sanctorum Patrum decrevit sententia, ne monasteria diversoria secularium fiant. Unde quia novimus quosdam abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi patrone affectu aditum secularibus in monasteriis attribuunt, diversas insolentias monachis ibidem Deo deservientibus ingerunt, dum et eorum operationem, quo se divina pietati placituros alaci curiositate exhibent, reprehendunt, et vitam et mores illorum quadam mentis pernicie **309** infâste detrahendo deturpare non desinunt, et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterii confertur, grave inolescit vitium monachorum, quo et vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, et se a proprio conobio voluptuosa fôditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrum paterna pietate demulcerat animos, ut ea constituantur, quæ et sanctis animabus juvenis solamen impendant et presumptioſum secularium removant. Quamobrem placuit universo coelui nostro hoc statuere vel potius definire, ut nullus abinceps secularium seu potestate seu etiam vel ex permissu abbatis vel cujuslibet monachoruſu infra claustra monasteriorum hospitandi vel commorandi habeat receptaculum, excepto quos vita probabiles, egenos aut paupertate depressoſus inspectio præviderit abbatis, quos et suscipere bene-

A vola voluntate in monasteriis et aliendos elemosynas modis omnibus sinimus. De reliquo autem personis secularibus, sicuti a nobis est superius præmissum, nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum habere receptaculum. Cæterum si secretius aut sequestratim a monasterio ad id quod constructum pro supervenientibus domicilium patuerit, ibi eos suscipere abbates vel monachos oportebit, quatenus et vita eorum remotis sæculi conturbationibus in omni opere deifico probabilis inveniatur, et nullius vanissimis detractionibus de honestentur, aut certe quod in honestum est, ne per talium suscepioneſ dissolutionem incurant et a bono propito vitam suam extorrem efficiant.

B IV. De libertis qui ab episcopis ex familia ecclesie manumittuntur.

Non est dubium a sanctis Patribus definitum fuisse, ut omnes liberti qui ab episcopis ex propriis familiis Ecclesie manumissionis gratia titulantur post decedentis episcopi obitum, mox ut alius supervenerit episcopus, infra anni spatium libertates suas repreſentent, quo secundum canonis sententiam per suas profesiones debitam originis suæ conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decrevit synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo pontifici carthulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant conditionem; et licet illi congruentius satisque luculentius retractatum fuerit, hoc tamen a nobis conspicuum perpendiculariter, quo non solum et prædia ecclesiarum debita auctoritate disponinius, sed etiam et oppressis pium suffragium porrigitur, per quod et cupiditas sacerdotalis **310** frustrebitur et imbecillitas pauperum sublevetur. Quia ergo compriimus quosdam pontifices, potius lucra sua ampliare studentes quam de mercedis opere Dominino placentes, libertos quos ex familia Ecclesie a suis præcessoribus inveniunt, pro eo quod carthulas libertatis suæ infra consultum tempus non præsentent, statim eos in propriam servitutem redigere; hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum aut certe, ut assolet fieri, ad præsentandas libertates suas tuerint, ipsius pontificis solicitude, mox in eadem sibi creditam successerit, per clerum aut domesticos perquirere procurabit quos decedentes episcopi de familiis Ecclesie manumissionis gratia titulaverunt, ut eodem [Æ., eodem] pontifice præmonente ipsi liberti carthulas libertatis suæ repreſentent, qualiter nec liberti Ecclesie de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas palescat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quod si pontifice præmonente contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ sedis episcopo pandere, licitum sit ei secundum canonum sanctiones in jure suæ Ecclesie redigere servitores.

V. Ut defuncto principe superstes regina statim et restem sacerdotalem deponat et in coenobio virginum mancipetur permanura.

Licet plenissime in concilio Toletano de pri. cipum relictis institutum fuisset, ut nulli licitum esset superstitem reginam in conjugio ducere, aut sordidis contactibus maculare neque securis regibus nec cuilibet hominum esset permisum; tamen nostri ordinis causa est, ut crebrissime ad hoc aciem mentis nostræ condirigamus, quæ animæ intuemur exhibere profectum. Unde quia præteritis temporibus multas scimus atque cognovimus principum relictas post eorum vocationem pro apice regni, quem regendo in cunctis tenuerunt, nullam reverentiam honoris eis adhiberi a populis, sed passim unicuique probatum est diversas assumentes occasiones non solum latenter in earum contrarietate insidias moliantur, verum etiam, quod veritati contrarium est, procacitor verba contumeliosa in conventu multorum eas afficiunt, et, quod omni religione abominandum atque horrendum est, de his detrahere non sinant, quas in caterva populi cernunt commorare; profunde paterna pietate commoti atque condigna circa tantum culmen prævidentes, per hujus decreti nostri pugnam non solum quæ in prædicto concilio exarata sunt de conjuge principum custodiri **311** perenniter atque firma stabilitate deceperimus permanere, sed etiam ea quæ sunt conspicua honestatis necessaria modo annexere procuramus: ut servatis in omnibus sanctionibus canonum totius Toletani concilii, quæ de principum relictis promulgata atque definitæ esse noscuntur, deinceps relicita principis superiore sententiam illibato animo pudice servans statim accersito ab hoc sæculo principe vestem sacerdotalem deponat, et alacri curiositate religionis habitum assumat. Quam etiam et confessim in coenobio virginum mancipandam esse censemus, ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cui-

A libet locus attribuatur, per quod aut contumelium tante potestati ingeratur^a aut subdita plebi hasisse patescat quorum ante diudum noscitur domina fuisse; sed infra claustra mo asterii juri sedulitate persistens siue sanctimonialem vitam peragens de regno temporali opitulatione divina ad regnum aeternitatis mereatur pervenire.

Quicunque igitur superioris constitutiones, quæ salubri consilio a nobis definitæ esse noscuntur, violaverit vel execrari quacunque factione pertentaverit aut permiserit, noverit se excommunicationis perceptum sententiam atque etiam exsilii damnationis diuturno tempore incurrire jacturam.

312 Peractis quoque a nobis quæ congrua fuerunt de ordinibus ecclesiasticis, in primis immenses laudes omnipotenti Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cui cura est pacem et unitatem Ecclesiae suæ sanctæ catholicae providere, deserimus; deinde orthodoxo et serenissimo domino nostro Egipicano regi, cujus institutu et devotissimo instituto in hoc coadunari meruimus synodali conventu, multiplices gratiarum actiones persolvimus, qui non solum nostrorum animos ad corrugendos ordines ecclesiasticos excitavit, sed etiam et populum per oracula regni sui voto gratiose ab impensatione tributi reddidit absolutum: pro quo beneficij studio, quo plebi suæ tanta largitus est dona, Dominum Jesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decoravit, pretiosa ac propria effusione sanguinis sui redemit, exorsamus ut ipse regnum ejus in pace sub multimoda annorum curricula solidet, gentemque et universam patriam in tranquillitate conservet, et contra hostem adversum victrix Christi dexteram victorem efficiat semper, quo expletis hujus extensis vita temporibus ad aeternum beatitudinis præmium pervenire mereatur illeesus, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, summa virtus et potestas in sæculorum. Amen.

* *Æ., potestati in publico ingeratur.*

XLIV

CONCILIUM ILERDENSE

OCTO EPISCOPORUM, GESTUM AERA BLXXXIV, ANNO XV THEODORICI REGIS, SUB DIE V.II
IDUS AUGUSTAS.

I. *De his qui altario ministrant, ut a sanguine omni se abstineant.*

De his clericis qui in obsessionis necessitate positi fuerint id statutum est, ut qui altario ministrant et Christi sanguinem tradunt vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine etiam hostili abstineant: quod si in hoc incidenter, **313** duobus annis tum officio quam communione priventur, ita ut bis duobus annis vigiliis, Jejuniiis, orationibus et eleemosynis pro viribus quas Dominus donaverit expientur, et ita deinde officio vel com-

D munioni redditur, ea tamen ratione [Æ., ratione servata], ne ulterius ad officia potiora promoveantur; quod si infra prædictum tempus negligenter circa salutem suam existenter, protelandi [Æ., proadjiendi] ipsius penitentie tempus in potestate maneat sacerdotis.

II. *De his qui aborsum faciunt vel natos suos extinguunt.*

Mihi vero qui male conceptos ex adulterio factos vel editos necare studuerint, vel in uteris matrum po-

* B.R, G., Tudi. U , Theuderici.

litteris a'liquis colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vita sue fletibus et humilitati insistant, officium eis ministrandi recuperare non licet; attamen in choro psallentium a tempore receptae communionis intersint: ipsis beneficiis in exitu tantum, si facinora qua omni tempore vita sue desleverint, communio tribuatur.

III. De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, et quæ monasterio offeruntur non auferantur, et de basilicis quas laici fecerint.

De monachis vero id observari placuit quod synodus Agathensis vel Aurelianensis [B.R., Arelatensis] noscitur decrevisse: hoc tantummodo adjiciendum, ut pro Ecclesiæ utilitate quos episcopus probaverit in clericatus officium cum abbatis voluntate debeant ordiari. Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diocesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laics quisquam a se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non coligitur vel regula ab episcopo non constituitur, eam a diocesana lege audeat segregare.

IV. De incestis, si quandiu in scelere sunt inter catechumenos habeantur.

De his qui se incesti pollutione commisculant plauit, ut quoque in ipso detestando et illico carnis conubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut ait Apostolus vel jussit, oportet.

314 V. De his qui altario servient si subito carnis fragilitate corruerint.

Hi qui altario Dei deseruent, si subito flenda carnis fragilitate corruerint et Domino respiciente digne posuerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspenderet, vel desidiosos prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare; ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipient, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri: quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu percipiunt.

VI. De his qui viduæ paenitent vel religiosæ virginis suprum intulerint.

Qui paenitenti viduæ vel virginis religiosæ vim stupri intulerint, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter a communione et a Christianorum consortio segregetur: si vero illa que vim pertulit ad sanctam religionem redierit, in illo solo quoadusque publice paenitentia data sententia perseveret.

VII. De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant.

Qui sacramento se obligaverit ut litigans cum quolibet ad pacem nullomodo redeat, pro perjurio uno anno a communione corporis et sanguinis Domini segregatus reatum suum eleemosynis, fletibus et quavis poterit jejuniis absolvat [E., T. 2,

A abluat]: ad charitatem vero quæ operis multitudinem peccatorum celeriter festinet venire.

VIII. Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut paenitentiam agat.

Nullus clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat vel flagellare præsumat; quod si fecerit, donec digne punita sit a loco cui honorem non dedit segregatur.

IX. De his qui rebaptizati sunt quantum paenitentia.

De his qui in prævaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento dilapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicenea synodi statuta serventur quæ de prævaricatoribus censita esse noscuntur; id est ut septem annis inter catechumenos oreant, et **315** duobus inter catholicos, et postea moderatione et elemosnia episcopi fideliibus in oblatione et eucharistia communiuant.

X. De his qui jubente episcopo omissa causa ab Ecclesia exire contemnunt.

Qui jubente sacerdote pro quaunque culpa ab ecclesia exire contempserint, pro noxa contumacia tardius recipiantur ad veniam.

XI. De clericis qui in mutuam eadem proruperint.

Si clerici in mutuam eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumaciam perculerit, a pontifice districtius vindicetur.

XII. De his qui contra canones ordinati sunt ut deponantur.

Qui contra decreta canonum indiscretæ clericos usque nunc ordinaverunt, eis Dominus vel sancta et ecclesiastica caritas ignoscat: amodo vero si in talia ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare audeant, observetur, vel qui deinceps ordinati fuerint deponantur; bi vero qui tales hactenus ordinati sunt nullo tempore promoveantur [E., T. 2, amoveantur].

XIII. De catholicis qui filios suos baptismati hereticorum dederunt.

Catholicus qui filios suos in heresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

XIV. De catholicis, si cum rebaptizatis non convertentur.

Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo partcipent.

XV. Ut clerici cum extraneis mulieribus non habent.

Familiaritatem extranearum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus præcepterint ecclesiis evitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, post primam et secundam communionem si emendare neglexerit, donec in vitio perseverat officii sui dignitate privetur; quod si se Deo levante correxit, sancto ministerio restauretur.

316 XVI. Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ obs. rueret.

Licet de re hujuscemodi quam constituere salubri ordinatione decernimus prisca auctoritas canonum

nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione præcepit, ut cujuscunque ecclesiae pontifice defuncto non passim pro libitu suo in earum rerum direptionem, quas obiens derelinquit, quisquis irreat dominumque subvertat, sed sacerdos qui exequiarum tempore adest omnia quæ ad utilitatem et conservationem pertinent debeat diligenter circumspicione munire: tamen quia bæc ipsa sanctio, quod pejus est, a multis clericis cognoscitur violari, ita ut oecumbeante sacerdote expectorato affectu totaque disciplina severitate posthabita immaniter quæ in domo pontificali reperiuntur invadant et abradant, id nunc omnes bujus placiti vel constituti inter nos censera placuit custodire: ut defunctio antistite vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officii gradusve sit, quidquam de domo auferre presumat, vel de utilitate quæ instrumenti domus esse noscitur, id est mobilis vel immobili rei ecclesiastice conetur invadere, nihil forte, nihil vi, nihil dolo suppressim, auferens atque abscondens, sed is cui domus commissa est, subjunctis sibi cum consilio cleri uno vel duobus fideliissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conservare, vel his qui in domo inveniuntur clericis consuetam alimoniam administrare. Substutitus antistes suscepit ea, prout decessor suus ordinavit vel huic Deus imperaverit [U., inspiraverit], uti cum his debeat quos cognoverit disciplinæ et charitati decessoris sui fideliciter paruisse. Quod si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis, ut superius dictum est, clericus quacunque occasione de domo ecclesie vel de omni facilitate quidpiam probatus

A fuit abetulisse vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnatur, et vix quoque peregrina ei communio animæ concedatur: quia derum est ut bi quos constat in servitio Domini cum primæ sedis antistite desudasse, illorum, qui suarum rerum incubatores vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despiciens aliquatenus crucientur.

Sergis [U., Sergius] in Christi nomine episcopus has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus nostris Deo inspirante complacuit, relegi et subscripsi.

Justus in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Carontius in Christi nomine episcopus his 317 constitutionibus interfui et subscripsi.

Joannes in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Paterius in Christi nomine Ecclesie catholicae Berceinonensis episcopus acceivi et subscripsi.

Maurilio [B.R., T. 1. U., Maurilio] in Christi nomine Ecclesie catholicae Dertosanae episcopus acquieci et subscripsi.

318 Taurus [U., Maurus] in Christi nomine Ecclesie Egerensis [In Codd., Agarense] episcopus his definitionibus interfui et subscripsi.

Februarius in Christi nomine episcopus Herde sis his constitutionibus interfui et subscripsi.

Gratus in Christi nomine presbyter directus a domino meo Staphyllo [T. 2, U., Stabili] episcopo his constitutionibus interfui et subscripsi.

XLV CONCILIUM VALLETANUM

SEX EPISCOPORUM, HABITUM AERA * DLXXXVII, ANNO XV THEODORICI [U., THEODER:CI] REGIS,
SUB DIE II NONAS DECEMBRIS.

I. Ut Evangelium post Apostolum legatur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Valles in concilio congregati dum de ecclesiastica regula tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cetera hoc censimus observandum, ut sacrosancta Evangelia ante manerum illationem vel missam catechumenorum in ordine lectionum post Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi vel sermonem sacerdotis non solum Adeles sed etiam catechumeni ac penitentes, sed et omnes qui e diverso sunt, audire licet habeant: sic enim pontificum predicatione audita nonnullus ad fidem attractos evidentiter scimus.

II. Ut defuncto episcopo de rebus ipsis vel Ecclesia nullus quidquam presumat.

Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo, iubente Domino, accessito, clerici ab omni omnino suspicibili vel quacunque in domo ecclesiae vel epi-

C scopi in librī, in speciebus, utensilibus, vasculis, frugib; gregib; animalib; vel omni omnino rapaces manus abstineant et nihil latronum more diripient; qui si nec canonum auctoritate cohibiti fuerint, omnia quæ perverserint, metropolitani vel omnium comprovincialium sacerdotum districione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur, utribil antistiti vel dispensatori futuro necessarioram sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius justitia manente servetur, secundum Regiensis synodi constituta, episcopo a corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exequiis celebratis statim Ecclesie ipsius curam districtiesime gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis inhiantum clericorum subversioni vel direptioni jam licet: ita ut de repertis omnibus inspectior censitio descripitione fideliissima, si fieri potest, intra octavas defuncti sub diligenter presentis episco-

* A.E., B.R., T. 1, 2, U., æra DLXXXIV.

pi peragatur : dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinatio vel descriptio deferatur, **319** ut ejus electione talis persona ordinanda domus ecclesiasticae procuretur, quae valeat consueta clericis stipendia dispensare, et creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit, in metropolitano congruis temporibus reddere rationem : ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti labores non diripiant episcopi decedentis, et ad vacuam ecclesiae domum futurns pontifex non sine dolore succedat, sed magis de praedecessoris sui dimisso possit et ipse gaudere et aliis ministrare.

III. Ut propinquor morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent sine metropolitani et comprovincialium conscientia.

Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntietur ut sine metropolitani vel comprovincialium sacerdotum conscientia nihil de rebus defuncti occupare pertinent, ne forte in hereditariis rebus etiam aliqua ad Ecclesiam pertinencia vel permixta usurpent, sed aut usque ad ordinationem futuri exspectent antistitis aut certe si longum fuerit ad metropolitani, ut dictum est, ordinationem recurrent. Si quis autem immemor divini timoris contra haec sancta synodica clericus quisque vel laicus venire improba mente tentaverit, et communione et consortio privetur Ecclesiae, quia durum est ut ad illam conveniat quam expoliare non metuit, nisi forte spiritu meliori correptius, dum a presumptione cessaverit, recuperet indulgentiam : si autem rationabiliter modesteque unusquisque repeatet quod sibi jure debetur, ei alisque aliqua animadversione a metropolitano vel cui injunxerit aut res aut ratio non negetur. Hoc etiam omnes canone constringendi, qui in praeteritum res Ecclesiae vel episcopi usurpantes diripuerunt.

IV. De exequiis morientis episcopi qualiter humetur.

Illud etiam provido consilio decernentes, ut quia saepe sanctorum antistitum per absentiam commendatoris episcopi exequiae differuntur, ita ut veneranda pontificis membra, dum tardius funerali, injuriæ omnino subjaceant, episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus

* *A.E., E. 3, episcopus haec capitula subscripsi, siveque in reliquis subscriptionibus. B. R., episcopus D*

A ocurrere, infirmum magis et adhuc in corpore possum admonitus visitare non differat : ut aut de revelatione consacerdotis amplius **320** gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admonent ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo post oblatum in ejus commendationem sacrificium Deo, mox sepulchrum tradat diligentissime et superius constituta canonica non differat adimplere. Si autem ut fieri solet antiates obitu repentina discesserit, et collimatae sacerdotes de longinquu minime adesse potuerint, uno die tantum cum nocte exanimatum corpusculum sacerdotis non sine fratribus ac religiosorum frequentia vel psallentium exequatione servatum a presbyteris cum omni diligentia in loculo conditum seorsum non statim bumerit, sed honorifice commendetur, donec sine mora invitato undecunque pontifice, ab ipso ut concedet solemniter tumuletur, ut et injuriæ tollatur occasio et mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus servetur.

V. De vagis et inobedientibus clericis.

Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis clericus sive etiam in diaconii ministerio vel presbyterii officio constitutus, si episcopi a quo ordinatus est præceptis non obedierit, ut in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduum, quoque in vitio permanerit et communione et honore privetur.

VI. Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus qui non sponderit locum ubi sit delegatus.

C Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu episcopi sui audeat ordinare, sed nec illum sanctorum sacerdotum quisquam ordinet, qu' locali m se futurum prius non sponderit [G., ostenderit], ut per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune.

Celsinus in Chisti nomine episcopus sub-cripsi *.

Justini-nus [T. 1, Justinus] in Christi nomine episcopus subscripsi.

Reparatus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Setabius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Benagius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Ampelius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Sallustius in Christi nomine archidiaconus vicarius domini mei Marcelli episcopi subscripsi.

haec constituta subscripsi, siveque postmodum in eas-

D *teris.*

XLVI CONCILII TOLETANUM

DECIM ET NOVEM EPISCOPORUM, ACTUM ARCADII ET HONORI TEMPORIBUS, SUB DIE V I ID UMBRIUM, SEPTEMBRIUM, STYLICONE CONSULE, AERA * CCCXXXV.

321-322 Convenientibus episcopis in ecclesia Toleti (A.E., Toletana) id est, Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, Alacianus ^b, Jucundus, Severus, Leodias, Hilarius, Olympius, Florus, Orticius, Asturius,

* *A.E., U., Aera ccccxxxviii. B.R., Aera cccccxxvi. T. 1, 2, Aera ccccxxx.*

Lampius, Serenus, Leporius, Eustochius, Aurelianus, Lampadius, Exuperantius de Galleria Lucensis conventus, municipii Celenis, omnes decim et novem isti sunt qui et in aliis gestis adversus Priscillianum.

^b *A.E., U., G., Licinianus. B.R., Lucianus, T. 2, Licianus.*

sectatores et heretici, quam astruxerat, libellarem dixerere sententiam : cōsidentibus presbyteris, assentibus diaconibus et ceteris qui intererant concilio congregatis, Patruinus episcopus dixit : Quoniam singuli cōspimus in ecclesiis nostris facere diversa, et inde tanta scandalia sunt, quæ usque ad schisma perveniunt, si placet communī consilio decernamus quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum : mihi autem placet et constituta primis conciliis Nicenī perpetuo esse servanda, nec ab his esse recedendum. Episcopi dixerunt : Hoc omnibus placet, ita ut si quis cognitis gestis conciliis Nicenī aliud quam statutum est facere præsumperit, et non in eo perserverandum putaverit, tunc excommunicatus habeatur, nisi per correctionem (Æ., correctionem) fratrum emendaverit errorem.

I. *De presbyteris et diaconibus si post ordinationem filios genuerint.*

Placuit, ut diacones vel integrī vel casti sint et continentis vitæ, etiam si uxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen ut si qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus suis vixerint, presbyterii honore non cumulentur : si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios suscepere, de presbyterio ad episcopatum non admittatur (T. 4, permittatur).

II. *Ut paenitens, si necessitas cogat, lector aut ostiarius fiat.*

Item placuit, ut de paenitente non admittatur ad clericum, nisi tantum necessitas aut usus exigerit inter ostiarios deputetur vel inter lectors, ita ut Evangelia et Apostolium non legat : si qui auctem ante ordinationi sunt subdiacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant aut sacra non contingant. Ex paenitente vero dicimus de eo, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam paenitentiam gerens (Æ., agens), sub cilicio diuino fuerit reconciliatus altario.

III. *De his qui viduas acceperint ne diacones fiant.*

Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis, si viduam alterius uxorum acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur aut forte subdiaconus.

IV. *Ut subdiaconus, si defuncta uxore aliam duixerit, ostiarius fiat.*

Subdiaconus autem defuneta uxore si aliam duxerit, et ab officio in quo ordinatus fuerat removetur, et habeatur inter ostiarios vel inter lectors, ita ut Evangelium et Apostolium non legat, propterea ne qui ecclesiae servierit publicis officiis servire videatur: qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, absentias biennio, postea inter laicos reconciliatus per paenitentiam communipicet.

323 V. *Ut si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit deponatur.*

Presbyter vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet eccl. fons deputatus clericus, si intra civitatem fuerit vel in loco in quo est ecclesia, aut castellum, aut vicus

A aut villa, et ad ecclesiam ad saeflicium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri. Vi. *Ut religiosa puella riorum familiaritatem non habeat.*

Item ne qua puella Dei aut familiari latero habeat cum confessore aut eum quilibet laice, sive sanguinis alieni, aut convivium sola, nisi ubi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque, ubi honeste confessor quilibet cum plurimorum testimonio convivio interesse possit : cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit, vel uirgina.

VII. *Ut clericus cui uxor peccaverit, praeter necem, potestatem distringendi eam, et cum ea cibum non sumat.*

Placuit, ut si culcunque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem praeter necem custodiendi, ligandi in domo sua, adjejunia salutaria non mortifera cogentes, ita ut invicem sibi clerci pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant; cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint nec cibum sumant, nisi forte ad timorem Dei acta paenitentia revertantur.

VIII. *De eo qui post baptismum militaverit, ut ad discionum non promoveatur.*

Si quis post baptismum militaverit et chlamydem sumperit aut cingulum, etiam si gravis non admiserit, si ad clericum admissus fuerit, diaconi dignitatem non accipiat.

IX. *Ut nulla professa vel vidua absente sacerdote in domo sua sacerdotale officium vel lucernaria impleat.*

Nulla professa vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore vel servo suo faciat : lucernarium vero nisi in ecclesia non legatur, aut si legitur in villa, praesente episcopo, vel presbytero, vel diacono legitur.

324 X. *Ut nullus obligatus cuiquam absque consensu domini vel patroni clericum faciat.*

Clericos, si obligati sunt vel pro æquatione, vel genere aliquius dominus, non ordinandos, nisi probata vita fuerint et patronorum consensus accesserit.

XI. *Ut si quis potentium quilibet expoliaverit et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.*

D Si quis de potentibus clericum aut quilibet pauperiorum aut religiosum expoliaverit, et mandaverit ad ipsum episcopum ut eum audiatur et in contempserit, invicem mox scripta perecurrant per omnes provincias episcopos et quosque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur donec audiatur et reddat aliena.

XII. *Ut nullus clericus de episcopo suo recedat et ad alium se transferat.*

Item, ut liberum ulli clericu non sit discedere de episcopo suo et alteri episcopo communicare, nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de hereticorum schismate discedentem et ad fidem catho-

• E. 4, T. 1, potestatibus.

licem revertentem. Si quis autem de catholicis discesserit, et in communione eorum vel palam vel occulte, qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati, fuerint inventi, habeant illorum ad quos ire voluerunt etiam in damnatione consortium.

XIII. De his qui in ecclesiam intrant et non communicant, ut excommunicentur.

De his qui intrant in ecclesiam et deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur ut si non communicant ad paenitentiam accedant; si communicant non semper abstineant; si non fecerint, abstineant.

XIV. De eo qui acceperit eucharistiam et non sumpserit ut sacrilegus repellatur.

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV. De his qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.

Quisquis laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum ejus clericorum vel religiosorum nullus accedat: similiter et clericus si abstinetur clericis evitetur^a; si quis cum illo colloqui 325 aut convivare fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur: sed hoc pertinet ad eos clericos qui ejus sunt episcopi, et ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet, sive clerico.

XVI. Ut devota si adulteraverit, decem annis paenitentiat: si maritum duxerit non permittendam ad paenitentium, nisi maritus discesserit.

Devotam peccantem non recipiendam in ecclesiam, nisi peccare desierit et desinens egerit aptam paenitentiam decem annis: recipiat communionem: prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianae mulieris accedat; quod si admissa fuerit, etiam haec quæ eam receperit habeatur abstenta: corruptorem etiam per poena constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad paenitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vivere coepit, aut postquam ipse discesserit.

XVII. De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, ut non communicet.

Si quis habens uxorem fidelis concubinam habeat, non communicet: ceterum is qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habeat, a communione non repellatur; tantum aut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus: alias vero vivens abjiciatur donec desinat, et per paenitentiam revertatur.

XVIII. Si sacerdotis vidua vel leviter maritum acceperit, in fine tantum communicet.

Si qua vidua episcopi, aut presbyteri, aut diaconi

^a A.E., B.R., E. 3, 4, T. 1, 2, G., devitetur.

^b Ex A.E., B.R., U., G. In E. 3, T. 2, sacramentum subveniat. In A., et reliquis: a sacramento subveniat, forte pro subveniatur.

^c A.E., B.R., E. 4, secesserit.

^d B.R., E. 4, facere.

^e A.E., diem festum Paschæ. U., diem sanctum Paschæ.

A maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat; nunquam communiceat, morientur tantum [T. 2, tamen] ei sacramenta subveniant.

XIX. Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccaverit, in fine tantum communicet.

Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi, filia si devota fuerit et peccaverit et maritum duxerit, si eam pater, vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni: pater vero causas in concilio se noverit præstaturum; mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit paenitentiam; si autem vivente eo recesserit ^f 326 et penituerit et petierit communionem, in ultimo die vita deficiens accipiat communionem.

B XX. Ut præter episcopum nullus chrisma conficiat.

Quamvis pene ubique custodiatur ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma confidere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopum chrisma confidere ^g et per dioceses destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschæ ^h diaconi destinentur aut subdiaconi, ut confessum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ possit occurrere. Episcopum [T. 2, episcopo] sane certum est omni tempore licere chrisma confidere, sine conscientia autem episcopi nihil penitus faciendum: statutum vero est diacone non chrismare sed presbyterem absente episcopo, præsente vero si ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus, vel absentibus episcopis, suggerendum, ut eam aut episcopi custodianaut presbyteri non relinquant.

Patruinus episcopus subscripsi.

Marcellus episcopus subscripsi.

Aphrodisius ⁱ episcopus subscripsi.

Licinianus ^j episcopus subscripsi.

Jucundus episcopus subscripsi.

Severus episcopus subscripsi.

Leonas episcopus subscripsi.

Hilarius episcopus subscripsi.

Olympius episcopus subscripsi.

Orticius episcopus subscripsi.

Asturius episcopus subscripsi.

Lampius episcopus subscripsi.

Serenus episcopus subscripsi.

Florus episcopus subscripsi.

Leporius episcopus subscripsi.

Eustochius episcopus subscripsi.

Aurelianus episcopus subscripsi.

Laonpadius episcopus subscripsi.

Exuperantius episcopus subscripsi.

^f A.E., T. 1, 2, Aphrodius, cum initio concilii scripsissent Aphrodisius.

^g Perpendatur scriptorum oscitatio: Codices qui in praesertim concilii scripserant Alacianus, ^h natus Licinianus scribunt; qui antea Licianus, postea Licinianus; quique ante Licianus, in subscriptionibus Licianus.

*Regulae fidei catholicae contra omnes hereses et quam
maxime contra Priscillianos, quas episcopi Tarra-
conenses, Carthaginenses, Lusitani et Baetici sece-
runt, et cum precepio papa Leonis ad
Balconium [B., R., Balaconium] episcopum Gal-
licæ transmiserunt. Ipsi etiam et supra scripta vi-
giusti canonum capitula statuerunt in concilio Tole-
tano.*

Credimus in unum verum Deum Patrem, **327** et Filiū; et Spiritum sanctum, visibilium et invisibiliū factorem, per quem creata sunt omnia in cœlo et in terra : hunc unum Deum et hanc unam esse di-
vinæ substantiæ Trinitatem : Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium qui Pater non sit : Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura : Sp̄iritum quoque Paraclitum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque proœdens. ^b Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paraclitus, sed a Patre Filioque proœdens. Pater est cuius vox h̄c est audita de cœlis : *Hic est Filius meus in quo mihi bene complacuit;* ipsum audite. Filius est qui ait : *Ego a Patre exi- et a Deo veni in hunc mundum.* Paraclitus Spiritus est de quo Filius ait : *Nisi abierto ego ad Patrem,* Paraclitus non veniet ad vos. Hanc Trinitatem perso-
nis distinctam, substantiam unitam virtutē et po-
testate et maiestate indivisibilem, indifferentem : præter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel angeli vel spiritus, vel virtutis alicujus quæ Deus esse credatur. Hunc igitur Filium Dei Deum natum a Patre ante omnino principio sanctificasse ute-
rum Mariæ virginis, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse, duabus duntaxat naturis, id est deitatis et carnis, in unam convenien-
tibus omnino personam, id est Dominum nostrum Jesum Christum : nec imaginarium corpus aut phan-
tasmatis alicujus in eo suis, sed solidum atque verum : hunc et esurisse, et sitiisse, et doluisse, et flevisse, et omnes corporis injurias pertulisse : post-
rem a Judæis crucifixum et sepultum, et tertia dia resurrexisso : conversatum postmodum cum disci-
pulis suis, quadragesima post resurrectionem die ad cœlum ascensisse : hunc Filium hominis etiam Dei Filium dici : filium autem Dei Deum hominis filium appellari. Resurrectionem vero futuram humanæ credimus carni : animam autem hominis non divinam esse substantiam aut Dei partem, sed creaturam dicimus divina voluntate creatam.

I. Si quis autem dixerit aut crediderit a Deo omni-
potente mundum hunc factum non suis, atque ejus
omnib[us] instrumenta, anathema sit.

^a B.R., T. 2, urbis Romæ Leonis. E. 4, urbis ad Balconium.

A II. Si quis dixerit atque crediderit Deum Patrem eundem esse Filium vel Paraclitum, anathema sit.

328 III. Si quis dixerit vel crediderit Dei Filium eundem esse Patrem vel Paraclitum, anathema sit.

IV. Si quis dixerit vel crediderit Paraclitum vel Patrem esse vel Filium, anathema sit.

V. Si quis dixerit vel crediderit carnem tantum sine anima a Filio Dei suis susceptam, anathema sit.

VI. Si quis dixerit vel crediderit Christum innasci-
bilem esse, anathema sit.

VII. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Chri-
sti convertibilem suis, vel passibilem, ana-
thema sit.

VIII. Si quis dixerit vel crediderit alterum Deum esse prisæcæ legis, alterum Evangeliorum, anathema sit.

IX. Si quis dixerit vel crediderit ab altero Deo mundo factum suis, et non ab eo de quo scri-
ptum est : *In principio fecit Deus cœlum et terram,* anathema sit.

X. Si quis dixerit vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

XI. Si quis dixerit vel crediderit animam huma-
nam Dei portionem vel Dei esse substantiam, ana-
thema sit.

C **XII.** Si quis dixerit vel crediderit alias scriptu-
ras, præter quas Ecclesia catholica recipit, in
auctoritate habendas vel esse venerandas, anathema
sit.

XIII. Si quis dixerit vel crediderit deitatis et carnis unam esse in Christo naturam, anathema sit.

XIV. Si quis dixerit vel crediderit esse aliquid quod se extra divinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

XV. Si quis astrologiae vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

XVI. Si quis dixerit vel crediderit conjugia homi-
num, quæ secundum legem divinam licita habentur,
exsecrabilia esse, anathema sit.

D **XVII.** Si quis dixerit vel crediderit carnes avium seu pecudum, quæ ad escam datae sunt, non tantum pro castigatione corporum abstinentias, sed execrandas esse, anathema sit.

XVIII. Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur vel proficitur, ut aliud in salutari baptismo ^c contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

^b Deficit periodus hæc in BR.

^c Ex T. 4. In A. et reliquis : in salutare baptismi.

XLVII

CONCILIJ TOLETANUM SECUNDUM.

OCTO EPISCOPORUM, HABITUM SUB DIE XV KALendas JUNIAS, ANNO QUINTO REGNI DOMINI
NOSTRI AMALARICI REGIS, AERA DLXV.

329-330 Cum in voluntate Domini apud Tolatanam urbem sanctorum episcoporum presentia convenisset, et de institutis Patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, id nobis in unum posuit: ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu ac dili- geni consideratione instituantur; si qua vero in anterioribus concilii sunt decreta, sed abusione temporum hactenus sunt neglecta, rediviva ordinationis censuram obtineant, quatenus dum in his quæ ad cultum fidei pertinent studium religiosæ observatio- nis impendimus, Dei nostri misericordiam facilius impetremus.

I. *De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habent nubendi.*

De his quos voluntas parentum a primis infantiae annis clericatus officio manciparit hoc statuimus obser- vandum: ut mox detonsi vel ministerio electorum [BR., lectorum] cum traditi fuerint in dome ecclesiæ sub episcopali presentia a preposito sibi debeant erudiri; at ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo con- jugio ab episcopo perscrutetur, quibus si gratia casti- tatis Deo inspirante placuerit et professionem casti- moniæ suæ absque conjugali necessitate se spon- derint servaturos, hi tanquam appetitores arctissimæ vite ^a lenissimo Domini jugo subdantur, ac primum subdiaconatus ministerium habita probatione profes- sionis suæ a vicesimo anno suscipiant; quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum an- num ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri. Cavendum tamen est his, ne quando sue sponsonis immemores ad terrenas nuptias aut ad furtivos concubitus ultra recurrent; quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei damnentur, et ab Ecclesia habeantur extranei: his autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nu- bendi persuaserit, concessam ab apostolis senten- tiam auferre non possumus, ita ut cum proiecta ætatis in coniugio positi renuntiaturos se pari con- sensu operibus carnis sponderint, ad sacros gra- dus aspirent.

II. *De clero qui ad aliam ecclesiam transit et qui eum suscepit.*

Similiter placuit custodiri, ne qui de his qui tali educatione imbuunter, qualibet occasione cogente, propriam relinquentes ecclesiam ad aliam transire

A præsumant: episcopus vero qui eum suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumperit, totius fraternitatis reum esse se noverit, quia durum est ut eum quem alias rurali sensu ac squalore in- fantiae exit, alias suscipere aut vindicare præ- sumat.

III. *Ut nullus a subdiaconatu et supra cum extranea habitet malicie.*

Illud vero præterea speciali ordinatione ^b decrevi- mus quod nec antiqua concilia in universis pene ca- nonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu sub- diaconatus et supra in consortii familiaritate habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, aut ancillam, sed si sunt ei bujuscemodi servitia, matri vel sorori aliæque propinquitati contradat **331** et quidquid suis manibus proficerint proprio domino deferatur; aut si propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur, dummodo nulla occa- sio introeundi domum clerici feminæ permittatur, unde aut laqueum possit incurrire, aut noxialis fama innocentis fortasse pe- sit inuri. Sane si deinceps post hanc datam admonitionem quisquis harum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus of- ficio retrahi vel ecclesiæ foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum com- munione privari, nulla prorsus vel colloqui consola- tionis relicta, quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteros radicis suæ veneno serpere non possit.

B IV. *Ut quidquid de jure Ecclesiæ clerici tenerint, post obitum eorum ad Ecclesiam revertatur.*

Si quis sane clericorum agella vel vineolas in ter- ris ecclesiæ sibi fecisse probatur sustentandæ vita causa, usque ad diem obitus sui possideat; post suum vero de hac luce discessum iuxta priorum ca- nonum constitutiones jus suum Ecclesiæ sancte re- stituat, nec testamentario ac successorio jure cuiquam hæredum prohæredumve reliquet, nisi forsan cui episcopus pro servitiis ac præstatione Ecclesiæ lar- giri voluerit.

C V. *De his qui proximis suis se copulant, ut a comuni- cione Christi separantur.*

D Nam et hæc salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat ut revelet turpidinem ejus: nec sine denuntiatione sentientie, nam paulo post infert*

^a AE., B.R., E. 3, 4, U., G., viæ.

^b Ex omnibus Codicibus, præter A., in quo: ordine.'

et dicit : *Anima quæ fecerit de abominationis istis quid-*
pium, peribit de medio populi sui. Si quis ergo hujus
decreti nostri liberator existenter ac vetitum violare
presumperit, tanto graviori se multandum senten-
tia recognoscat, quanto eam propinquorem cui co-
putari se maluit sua originis esse non ambigit, tan-
toque annosioris excommunicationis tempore et a
Christi corpore et fraternitatis consortio sequestre-
tor, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagio-
ne pollutus. Hujus institutionis regulam qui subscri-
bimus irrefragabili auctoritate nos spondeamus ser-
vituros : si quis autem tam nostrum vel eorum qui
nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerint
hunc tam salubri 332 ordinationi obviare præ-
sumperit vel soliter adimplere neglexerit, coar-
citus totius fraternalæ charitatis aliquandiu habeatur
B
extraneus.

Sane juxta priorem canonum decreta concilium
 apud fratrem nostrum Montanum episcopum, si Do-
 minus voluerit, futurum pronuntiamus, ita ut frater
 et coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli
 est, ad cœprovinciales nostros Domini sacerdotes
 lucras de congreganda synodo adveniente tempore
 dicitur destinare. Nunc ergo in nomine Domini finitis
 his quæ in collationem venerunt, gratias agimus
 omnipotenti Deo, deinde domino glorioso Amalrico
 regi divinam clementiam postulantes, qui innumeris
 annis regni ejus ea quæ ad cultum fidei pervenient
 peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

Montanus, in Christi nomine episcopus, his consti-
 tutionibus adquievi, relegi et subscripsi die et anno
 quo supra.

Pancarius episcopus his constitutionibus adquievi,
 relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Canonius episcopus his constitutionibus adquievi,
 relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Paulus episcopus his constitutionibus adquievi,
 relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Domitianus episcopus his constitutionibus adquie-
 vi, relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Marcianus, * in Christi nomine episcopus, † b cau-
 sam fidei catholicæ in Toletana urbe exilio deputatus,
 sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui,
 relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Nibridius, in Christi nomine episcopus ecclesiæ
 catholicæ Egarensis, hanc constitutionem consecra-
 dum meorum in Toletana urbe habitam, cum post
 aliquantum temporis advenisse, salva auctoritate
 præcorum canonum, relegi, probavi et subscripsi.

Justus, in Christi nomine ecclesiæ catholicae Urge-
 litanae episcopus, hanc constitutionem consecratum
 meorum in Toletana urbe habitam, cum post ali-
 quantum temporis advenisse, salva auctoritate
 præcorum canonum, relegi, probavi et subscripsi.

* A.E., B.R., *Marrucinus*. E. 5, 4, T. 1, 2, U., *Marrucinus*.

† Desunt hæc epistolæ in A., A.E., E. 2. Desumptæ

A Domini ^b dilectissimis fratribus filiisque territorii
 Palentini Montanus episcopus in Domino Deo æter-
 nam salutem.

Cunctarum ecclesiarum Domini potissimum presules
 per Ezechielem prophetam terribilis illa commonitorij
 dictio sub speculatoris nomine concurrit, dicens : *Fili*
hominis, speculatorum dedi te domui Israel : audiens
ergo 333 ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex
me. Si, dicente me ad implum : Inspie, morte morieris :
non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur
a via sua impia et virat; ipse quidem in iniuitate sua
morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram :
et cartera, quæ hujus lectionis ordo de admonentis
admonitione anima exquirendum ostendit. Haec ergo
voce permotus hujus officii necessitudinem me
suscepis: e non nesciens studere curavi, ne cujusquam
pérditi animam de manu mea Christus requirat
[T. 1, 2, inquirat]*, præsentim cum Toletanæ urbi*
metropolitanum privilegium vetus consuetudo tradi-
derit, et eo magis non solum parochiarum, sed et
urbium cura hujus urbis sollicitet sacerdotem. Ergo,
ut Apostolus dicit : Quid horum vultis? in virga vexiam
ad vos? an in charitate et spiritu mansuetudinis? nova
namque præsumptio præsidentium vobis presbytero-
rum nostros pulsavit auditus, si tamen nova tantum
et non detestabilis dici possit, quæ ab initio fidei
catholicæ nunquam præter nunc subrepisse [U.,
surrexisse] probatur, ut id quod per manus summi
†*ontificis trinitatæ divinitatis invocatio sanctificare*
consuevit, presbyter ignarus disciplinæ confidere sibi
chrisma præsumeret. Hoc si ignoravæ est, tam deuenit
sacerdos esse non debuit; si præsumptionis est, hunc
schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rom
et religioni contrariam, senescente jam mundo, talis
temerator inducat? Revolvatur manus vestris, o
presbyteri, sacratissimus Numeri liber, in quo vestri
officii in septuaginta seniorum personis auspicatus
est honor, et inveniatis quorum negotiorum vobis
prærogativa concessa sit. Adjutores vos Deus nostri
laboris secundo dignitas gradu esse voluit, non
temeratores sacrarum quarundam rerum esse per-
misit. Sic Nadab et Abind ignem offerentes alienum,
id est sui officii non debitum, divinus ignis absumpsit.
Sic Choræ, Bathan atque Abiron Moysi Dei gratia et
divinis eloquuis perfructi invidentibus ac dicentibus :

D Non soli sibi locutus est Deus, quia omnis congregatio
 sancta est, novis schismaticis interitus novæ perditio-
 nis advenit, ut jejunio ore insatiabiliter terra sorbe-
 ret, quos indignatio divina dannasset. Quid memo-
 rem Oziam, qui non contentus regalibus fascibus, ne
 fongeretur et sacerdotis officio contra Ius fasque
 potestatis relatus entium oblationem expiationis
 sois sacerdotibus debitam dum offere pararet, sic
 ultione cutesti lepra perfunditur, ut munere sacer-
 dotis et regni exosus usque ad obitum permaneret?
 Ozam pariter, quantum ad ipsum erat, devoto officio
 iuvencis calcitrantibus ne arca Dei laberetur susti-
 sunt ex B.R., cum variantibus cælerorum lecio-
 nibus.

nere parantem divinitus percussio illata consumpsit, **334** ostendere scilicet volens, quia nullis omnino causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, divina officia et sacramenta cœlestia ab eo, cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent. Caveant ergo, caveant hi qui sibi putant esse licitum quod alii non ignorant esse iHicitum, ne similis eos horum, quos memoravimus, pœna percellat. An forsitan sanctorum Patrum regulas et constitutiones synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur ut parochien-ses presbyteri non per viiores personas, sed aut per semetipso, aut per rectores sacrariorum annuis vi-cibus chrisma a præsidente sibi episcopo petant? Credo quod qui petere jusserunt potestatem consecrandi penitus abstulerunt. Providebit ergo charitas vestra, ne post hujus humilitatis nostræ interdictum, donec et consuetus vobis a Domino præparatur aptites, quisquis vetita [E. 4, vetera] iterare præsumat et incipiatur graviorem ecclesiasticæ distinctionis sustinere censuram. Utatur quisquis honoris sui concesso privilegio, quod proprium scit ordinis presbyterii, non quod summi pontificatus est improbus minister assumat. Quisquis post hanc admonitionem in hujuscemodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, anathematis insolubili vinculo se neverit esse damandum: cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum. Sane si Dominus voluerit, cum tempus paschalis festivitatis advenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis litteris vestris indicare debebitis, et nos sacri hujus liquoris ultro poterimus transmittere gratiam, dummodo non præsumatur illicita. Pari ratione cognovimus quod ad consecrationem basilicarum alienæ sortis a vobis episcopi invitentur, et hæc sint unus fidei copula nobiscum in Christo connexi, tamen nec provincie privilegiis, nec rerum Domini noscitur utilitatibus convenire, quia jam ad ipsum hujuscemodi fama perlata est; ideoque salubri ordinatione censimus, ut si quando talis necessitas incubuerit, litteris nos informare debeatis, et aut per nos, aut per eum qui nobis ex fratribus et coepiscopis nostris visus fuerit et consecratio ecclesiarum, Deo auspice, poterit celebrari. Præterea perditissimam Priscillianistarum sectam non tam actis ^a quam nomine a vobis præcipue novimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia in ejus amore superflue labi, quem in opere non velis imitari? Nam ut pauca de ejus spuretiis in notitiam vestri deducam, exceptis iis quæ in divinitatem profanus erupit et ore sacrilego blasphemavit, omnium vitiorum in eodem congeries veluti in sor-dium sentina confluxit, ut sectatricum pudorem im-puderatus **335** adulter eriperet, et ut ad sceleris nefarii effectum facilius perveniret, maleficii usum gesta ejus assignant. Quid tamen id hoc religioni congruum fidelis cuiusquam anima veneratur, qui non solum a sanctis sacerdotibus refutatus est, verum etiam mundani principes justitia legum suarum eum pro memorati sceleris qualitate damnarunt? Hunc

^a E. 4. T. 1, 2, sectam tam actis.

A talem fuisse plenus disset qui beatissimi ac religiosissimi viri Thuribii episcopi ad sanctum papam urbis Romæ Leonem libros editos legit, in quibus hanc sordidam heresim explanavit, aperuit et occultam tenebris suis perfidiæque nube velatam in propatulo misit. Ex ipsis etenim libris, qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit pius lector inveniet. Unde queso ut, perfidiam cum auctore damnantes atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, et de omnibus suprascriptis cautiōes exhibere vos procureti, quo facilius nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, et vobis de obedientia fructum maximum coram Salvatore Deo nostro providere possitis. Pax Domini cum omnibus vobis. Amen.

B *Domino eximio præcipuoque christiculæ, domino et filio Thuribio Montanus episcopus.*

Alnum te fidei catholicæ et saecula religionis amicum etiam in actis mundialibus conversantem valde et novimus et probavimus. Cum enim adhuc floreres in seculo, ita claritudinis tuæ vita perpetuit, ut secundum sententiam Domini et quæ sunt Cæsaris Cæsari non negares, et Deo quæ sua sunt devota mente persolveres. Jure etenim auctorem te divini cultus in bac præsertim provincia nominabo. Putasne quanta tibi apud Deum maneat merces, cuius solertia vel instinctu et idolatriæ error abscessit, et Priscillianistarum detestabilis ac pudenda ^b secta contabuit? si tamen adhuc ejus nomen honorare desistant, cuius per tuam admonitionem collapsa esse operam non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendisti labore, ut feroceς cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam et normam regularis disciplinæ perduceres. Præstabit divina clementia quia id quod summo labore conatus es, præribus **336** et oratione perliceris. Quæ tamen ex Palentino conventu ad nos pervenerint celsitudini vestrae indicare curavi, quo facilius per vestram increpationem nefanda præsumptio in posterum conquiescat. Quidam ut ad nos perlatum est presbyteri ausu temerario res sacras non tam consecrare quam violare præsumunt, et cunctis ab initio fidei catholicæ sacculis inusitatum sui ordinis hominibus, nisi tantum summis pontificibus debitum, jus consecrationis christiæ, nescio quo typo an dementia dicam, indubitanter assument, quod quam sacrilegum sit, piissimam conscientiam tuam latere non credo, et ideo spero ut pro enervanda hac ipsa superfluitate severissimi sacerdotis auctoritate utaris, et tantæ rei temeratores distinctioni inerepatione coerces. Qui si post datam admonitionem nefas iterare præsumperint, contumacia eorum sententia convenienti damnabitur. Simili ratione cognovimus, eo quod necessitudine consecrandarum basilicarum fratres nostri alienæ sortis episcopi in locis istis invitati convenient; et licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus unus ejusque antistites una in eodem sini fibula charitatis et fidei unione conexi; quod tamen privilegium

D ^b E. 4, T. 1, 2, pudibunda.

decessori nostro, neccnon dominis et fratribus nostris Carpelanis vel Celiberis episcopis vester coepiscopias fecit, in exemplaribus charitati vestre direximus ut scire possitis, improba peccatio quem potuisse habere protectum. Et certe inunicipia, id est Segobia, Britabio et Cauca eisdem non quidem rationabiliter, sed pro nominis dignitate concessimus, ne collata benedictio, persona vagante, vilesceret. Quod ipsi tantummodo, dum adjuvit, praestitum fuisse cognoscite. Hic ergo providere volumus, ut

A consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis; quod si haec nostra admonitio in volvissimil probescerit, necesse nobis erit domini nostri exinde suribus intinare, pariter et filio nostro Ergani suggestere, et hujusmodi ausum præcepta culminis ejus vel districtio judicia non sine vestro detrimento severissime vindicabunt: tanta enim, tribuente Domino, ejus est pietas, ut nihil de hoc quod jus antiquum custodisse probatur, immutari permittat. Divina vos custodiat Trinitas. Amen.

XLVIII CONCILIUM TOLETANUM TERTIUM.

SEXAGINTA DUORUM EPISCOPORUM, IN QUO ARIANA HERESIS IN HISPANIA CONDEMNATUR.

337-338 In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno regnante quarto gloriosissimo atque pli:smo et Deo fidelissimo domino Recaredo rege, die viii Iulium Maiorum, æra ccxxvii, haec sancta synodus habita est in civitate regia Toletana ab episcopis totius Hispania vel Galliae qui infra scripti sunt.

Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus princeps omnes regiunis [B.R., E. 4, regni] sui pontifices in unum convenire mandasset, ut iam de ejus conversione quam de gentis Gothorum innovatione in Domino exsultarent, et divinae dignationi pro tanto munere gratias agerent, sanctissimus idem princeps sic venerandum concilium alloquitur dicens: « Non incognitum reor esse vobis, reverentissimi sacerdotes, quod propter instaurandam disciplinæ ecclesiasticæ formam ad nostræ vos serenitatis præsentiam devocaverim: et quia decursis retro temporibus haeresis imminentis in tota Ecclesia catholica agere synodica negotia denegabat, Deus cui placuit per nos ejusdem haeresis obicem depellere admonuit instituta de more ecclesiastica reparare. Ergo sit vobis jucundus atis, et gaudii quod mos canonicus prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur terminos; prius tamen admoneo pariter et exhortor, jejunis vos et vigilis atque orationibus operam dare; ut ordo canonicus quem a sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diurna oblivio, quæ aetas nostra se nescire [B.R., senescere] fatetur, divino vobis rursus dono patefiat. » Ad haec autem gratias Deo agentes et religiosissimo principi, universo concilio illaudibus acclamante, Iduum est exinde prædicatum jejunium; sed cum die octava Iduum Maiorum in unum cœtum [T. 2, agmen] Dei sacerdotes adessent, et oratione præmissa unusquisque sacerdotum competenti loco resedisset, ecce in medio eorum adfuit serenissimus princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, divino deinceps Iamine plenus, sic ad loquendum exorsus est dicens: « Non credimus vestram latere sanctitatem quanto

B tempore in errore Arianorum laporasset Hispania, ei non multos post discessus genitoris nostri dies quibus nos vestra beatitudo fidei catholicæ sanctæ cognovit esse socialos, credimus generaliter magnum et æternum gaudium habuisse; et ideo, venerandi patres, ad hanc vos peragendam congregari decrevimus [T. 2, jussimus] synodum, ut de hominibus non nuper advenientibus ad Christum ipsi æternas gratias Domino deferatis: quidquid vero verbis apud sacerdotium vestrum nobis agendum erat de fide atque spe nostra quam gerimus, in bunc tomum conscripta atque allegata notescimus: relegatur enim in medio vestri, et judicio synodali examinata per omne succiduum tempus gloria nostra ejusdem fidei testimonio decorata clarescat. »

C Susreptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus offerente rege sacrosancta fidei tomus, et pronuntiante notario clara voce recensitus est ita: Quavis Deus omnipotens pro utilitatibus populorum regni nos culmen subire tribuerit, et moderamen gentium non paucarum regie nostræ curæ commiserit, meminitus tamen nos mortalium conditione præstringi, nec posse felicitatem futuræ habitudinis aliter promiseri, nisi nos cultui veræ fidei deputemus, et Conditori nostro saltem confessione qua dignus ipse est placeamus; pro qua re quanto subditorum gloria regali extollimur, tanto providi esse debemus in his quæ ad Deum sunt vel nostram spem angere vel gentibus a Deo nobis creditis consulere. Cæterum quid pro tantis beneficiorum collationibus

D omnipotentiae divinae valemus tribuere, quando omnia ipsius sunt et bonorum nostrorum nihil eget, nisi ut in eum sic tota devotione credamus, quemadmodum per Scripturas sacras se ipso intelligi voluit et credi præcepit? id est ut confiteamur esse Patrem qui genuit ex sua substantia Filium, sibi coqualem et coæternum, non tamen ut ipse idem sit natus et genitor, sed persona **339-340** alius sit Pater qui genuit, alius sit Filius qui fuerit generatus, unius

* E., B.R., T. 1, subscripti sunt. E. 3, T. 2, subscripti sunt. E. 4, subscripti sunt.

† E., B.R., E. 4, T. 1, 2, omnibus.

Ex E., B.R., E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquo: consolationibus.

‡ E., B.R., E. 4, T. 1, 2, U., genuerit.

tamen utorque substantia divinitate subsistat : Pater ex quo sit Filius, ipse vero ex nullo sit alio Filius qui habeat Patrem, sed sine initio et sine diminutione in ea qua Pater coequalis et coeternus est divinitate subsistat : Spiritus quem sanctus confitendus a nobis et praedicandus est a Patre et Filio procedere, et cum Pater et Filio unius esse substantiam ; tertiam vero in Trinitate Spiritus sancti esse personam, qui tamen communem habeat cum Patre et Filio divinitatis essentiam : hæc enim sancta Trinitas unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, cuius bonitate omnis licet bona sit condita creatura, per assumptam tamen a Filio humani habitus formam a damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam. Sed sicut veræ salutis indicium est Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate sentire, ita erit consummatæ [T. 2, consummatio] justitiae si eamdem fidem intra universalem Ecclesiam teneamus et apostolica monita in apostolico positi fundamento servemus. Vos tamen Dei sacerdotes meminisse oportet quanta bucusque Ecclesia Dei catholica per Hispanias adverse partis molestiis laboraverit, dum et catholici constantem fideli suscepserent et defendenderent veritatem, et haereses pertinaciori animositate propriae niterentur perfidiae : me quoque, ut re ipsa conspicitis, caloro fidei accensum in eo Dominus excitavit, ut depulsa obstinatione infidelitatis et discordiae submoto furore populum, qui sub nomine religionis famulabatur erreri, ad agnitionem fidei et Ecclesiae catholicae consortium revocarem. Adest enim omnis gens Gothorum inclita et sere omnium gentium genuina virilitate opinata, quam licet suorum pravitate doctorum a fide hactenus vel unitate Ecclesiae fuerit catholicae segreta, toto nunc tamen mecum assensu concordans ejus Ecclesiae communioni participatur, quam diversarum gentium multitudinem materno sinu suscipit et charitatis umeribus nutrit, de qua propheta canente dicitur : *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Nec enim sola Gothorum conversio ad cumulum nostræ mercedis accessit, quinimo et Sueorum gentis infinita multitudo, quam præsidio cœlesti nostro regno subjecimus; alieno enim licet in haeresim deductam vitio, nostro tamen ad veritatis originem studio revocavimus. Proinde, sanctissimi Patres, has nobilissimas gentes, quæ lucris per nos dominicis applicatae sunt, quasi sanctum et placabile sacrificium per vestras manus æterno Deo offero; erit enim mihi immarcesibilis corona vel gaudium in retributione justorum, si hi populi qui nostra ad unitatem Ecclesiae solertia transcurserunt, fundati in eadem et stabiliti permaneant. Sicut enim divino nutu nostra cura fuit hos populos ad unitatem Christi Ecclesiae pertrahere, ita sit vestra decibilitatis catholicae eos dogmatibus instituere, que in toto cognitione veritatis instructi, noverint ex solido errorem haeresis perniciose respuere, et veræ fidei tramitem ex charitate retinere, vel catholicae Ecclesiae commun-

A nionem desiderio avidiiori complecti. Casterum sicut facile ad veniam pervenisse confido quod nequa huic tam clarissima erraverit gens, ita gravia esse non dubito, si agitam veritatem dubio corde teneant atque a patenti lumine, quod absit, oculos suos avertant : unde valde pernecessarium esse proximi vestram in unum convenire beatitudinem, habens sententia dominice fidem, quæ dicit : *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum.* Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sancto interesse concilio; et ideo tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli conscius admodum sententia divinæ dicentis : *Non celavi misericordiam tuam et veritatem tuam a congregatione multa :* vel apostolum Paulum Thymoteo B discipulo præcipientem audivis : *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus :* vera est enim Redemptoris nostri ex Evangelio sententia, qua confidentem se coram hominibus confiteri dicit coram Patre, et negantem se esse negatum. Expedit enim nobis id ore confiteri ^b quod corde credimus, secundum cœleste mandatum quo dicitur : *Corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem :* proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus et complicibus suis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degenerem asserebat esse substantia, nec a Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium quæ adversus sanctam synodum Nicænam extiterunt, ita in honorem et in laudem fidem sanctam Nicæni observo et honoro concilii, quam contra eundem rectæ fidei pestem Arium trecentorum decem et octo sancta episcopalis scripsit syodus ; amplector itaque et teneo fidem centum quinquaginta episcoporum Constantinopoli congregatorum, quæ Macedonium Spiritus sancti substantiam minorantem, et Patris et Filii unitatem et essentiam segregantem, jugulo veritatis intererit; primæ quoque Ephesinæ synodi fidem, quæ adversus Nestorium ejusque doctrinam lata est, credo pariter et honoro ; similiter et Chalcedonensis concilii fidem, quam plenam sanctitatem et eruditione adversus Eutychem et Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia catholica reverenter suscipio; omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quæ ab his suprascriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. Properet ergo reverentia **341** **342** vestra fidem banc nostram canonicas applicare monumentis, et ab episcopis vel religiosis aut gentis nostræ primoribus solerter fidem, quam in Ecclesia catholica Deo crediderunt, audire, quam rem notatam apicibus vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim temporibus in testimonium Dei atque hominum reservare, ut hæ gentes quarum in Dei nomine regia potestate præcellimus, et quæ, deterto antiquo errore, perunctionem sacro-

^a T. 2, propriam niterentur vindicare perfidiam.

^b AE. B.R., E. 4, T. 2, proficeri.

sancti chrysostomatis vel manus impositionem Paraclitum intra Dei Ecclesiam percepserunt Spiritum, quem unum et aqualem cum Patre et Filio confitentes ejusque dono in sinu Ecclesiae sanctas catholicas collatas sunt, si eorum aliqui banc rectam et sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate aeterno percipient, et de intentu suo fidelibus gaudium et infidelibus sint in exemplum. Huic vero confessioni meae sanctas superscriptionum conciliorum constitutiones contexui, et testimonio divino tota cordis simplicitate subscripsi.

Fides a sancto Niceno concilio edita.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem : et a cetera. Ita perhibuit, cœ in Niceno concilio constituta est a sanctis episcopis, Recaredus rex.

Fides quem exposuerunt cl. Patres consone magna Nicenæ synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem : et a cetera.

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Sufficerat quidem ad plenissimam pietatis : et reliqua ^{c.} Itaque hoc locutus est predictus rex :

Ego Recaredus rex fidem hanc sanctam et veram confessionem, quam una per totum orbem catholicam constituit Ecclesia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, subscripsi.

Ego Baddo gloria regina hanc fidem, quam credidi et suscepi, mea manu de toto corde subscripsi.

Tunc acclamatum est in laudibus Dei et in favore principis ab universo concilio : Gloria Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cui cura est pacem et unitatem Ecclesie sue sancte catholicæ providere : Gloria Domino nostro Iesu Christo, qui prelio sanguinis sui Ecclesiam catholicam ex omnibus gentibus congregavit : Gloria Domino nostro Iesu Christo, qui tam illustrem gentem veræ fidei copulavit, et unum gregem, et unum pastorem instituit : Cui a Deo aeternum meritum [A., gaudium] nisi vero catholicis Recaredo regi? Cui a Deo aeterna corona nisi vero orthodoxo Recaredo regi? Cui praesens gloria et aeterna nisi vero amatori Dei Recaredo regi? Ipse novarum plebi in Ecclesia catholica conqueritor : Ipse mereatur veraciter apostolicum meritum qui apostolicum implevit officium : Ipse sit Deo et hominibus amabilis qui tam mirabilior Deum glorificavit in terris, præstante Domino Iesu Christo ^d qui cum Deo Paire vivit et regnat in unitate Spiritus sancti in saecula saeculorum. Amen.

Fidei confessio episcoporum, presbyterorum vel primorum Gothice gentis qui infra scripserunt.

Præcipitate autem universo venerabili concilio atque jubente, unius episcoporum catholicorum ad

* Scribitur integrum Nicenum symbolum in reliquis Codicibus præter A., in quo hoc ad marginem legitur nota : *Hoc inveneris in synodo Nicena.*

^b Habetur fides Constantinopolitanae synodi in omnibus Codicibus excepto A., in quo ad marginem scribitur : *Similiter hoc reperies in Constantinopolitano concilio.*

A episcopos et religiosos vel maiores natu ex herere Ariana conversos ejusmodi allocutione exorsus est dicens : Officii nostri cura et fidelissimi atque gloriissimi principis admonitione propellimur diligenter a vestra charitate perquirere, vel quid dannatis in herere aut quid intra Dei sanctam catholicam creditis Ecclesiam : nam sicut dicente Psalmista didicimus, *Incipite Domino in confessione*; optimum est vestreque saluti conveniens palam confiteri quod creditis, et sub auditu universorum anathematizare quod respuitis. Tunc prorsus optime poteritis evangelicas atque apostolicas fidei participes fieri, si eamdem fidem catholicam ex confessione catholica incipiatis vel propria subscriptione firmetis, et sicuti Deo jam de bona consensione cogniti estis conscientia, ita proximis vos fidei sanctas adstipulationes monstretis : eo itaque flet, ut et vos Christi esse corporis membra significatis et nostra exiguitas nihil dubium, nihil infidum unquam de vestra suspectur fraternitate, dum patuerit vos labem perfidiae Arianae cum omnibus dogmatibus, regulis, officiis, communione, Codicibus prædamnamare, et detestanda. hereros expoliati contagione, innovati quodammodo intra Ecclesiam Dei spesidile habitu verae fidei claretis. Tunc episcopi omnes una cum clericis suis primoresque gentis Gothicæ pari consentione dixerunt : Licet hoc quod fraternitas **343** atque paternitas vestra a nobis cupit audire vel fieri, jam olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando secuti gloriissimum dominum nostrum Recaredum regem ad Dei Ecclesiam transivimus, et perfidiam Arianae cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus pariter et abjecimus; nunc vero propter charitatem et devotionem, quam vel Deo, vel Ecclesiae sancte catholicæ meminimus nos debere, non tantum haec eadem quæ petitis promptissime agere properamus, sed et si qua adhuc congrua fidei esse prospicitis nobis de charitate persuadite; nos etenim semel recta fidei amor in eam devotionem advenit, ut omne, quod nobis verius frateritas vestra patefecerit, teneamus et liberali fateamur confessionem.

CI. Omnis ergo qui fides et communionem ab Ario venientem, et hucusque a nobis retentam D adhuc tenere desiderat, et de tota cordis intentu one non damnat, anathema sit.

II. Quicunque Filium Dei Dominum Iesum Christum negaverit a paterna substantia sine initio genitum, et aqualem Patri esse vel consubstantiam, anathema sit.

III. Quicunque Spiritum sanctum non credit aut non creditur a Patre et Filio procedere, eumque

* Latius exprimitur hic tractatus in ceteris Codicibus præter A. et A., in quibus hinc exhibentur ad marginem depicta verba : *Id integræ investigabis in Chalcedonensi concilio.*

^a A., T. 2, *Domino nostro Iesu Christo.*

^c Ex A., B.R. In A. et reliquis : *attestandæ.*

non dixerit coæternum esse Patri et Filio et eos sentialem, anathema sit.

IV. Quicunque in Patre et Filio et in Spiritu sancto et personas non distinguit, et unius divinitatis substantiam non agnoscit, anathema sit.

V. Quicunque Filium Dei dominum nostrum Iesum Christum et Spiritum sanctum esse Patrem minorer asseruerit et gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

VI. Quicunque Patrem et Filium et Spiritum sancium unius substantiae, omnipotentiae et aeternitatis esse non crediderit, anathema sit.

VII. Quicunque nescire Filium Dei quae Pater sciat dixerit, anathema sit.

VIII. Quicunque initium Filio Dei et Spiritui sancto deputaverit, anathema sit.

IX. Quicunque Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit profiteri, anathema sit.

X. Quicunque Spiritum sanctum, sicut Patrem et Filium, verum Deum et omnipotentem esse non credit, anathema sit.

XI. Quicunque alibi fidem et communionem catholicam præter Ecclesiam universalem esse credit, illam dicimus Ecclesiam quo Nicaeæ, et Constantiopolitani, et primi Ephesini et Chalcedonensis concilii decreta tenet pariter et honorat, anathema sit.

XII. Quicunque Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum honore, et gloria, et divinitate separat et disjungit, anathema sit.

XIII. Quicunque Filium Dei et Spiritum 344 sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandos et honorandos, anathema sit.

XIV. Quicunque non dixerit : Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto, anathema sit.

XV. Quicunque rebaptizandi sacrilegum opus bonum esse credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

XVI. Quicunque libellum detestabilem duodecimo anno Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæresim Ariana transductio, et in quo gloria Patri per Filium in Spiritu sancto male a nobis instituta continetur; hunc libellum si quis pro vero babuerit, a thema sit in aeternum.

XVII. Quicunque Ariaminense concilium non ex toto corde respnerit et damnaverit, anathema sit.

XVIII. Confitemur enim nos ex hærese Ariana toto corde, tota anima, et de tota mente nostra ad Ecclesiam catholicam fuisse conversos : nulli dubium est nos nostrosque decessores errasse in hærese Ariana, et fidem evangelicam atque apostolicam nunc intra Ecclesiam catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam quam praesatus religiosissimus dominus noster patesfecit in medio concilii et manu sua subscrispsit, hanc et nos tenemus, hanc confitemur pariter et suscipimus, hanc in populis predicare atque docere promittimus. Haec est vera fides quam

A omnis Ecclesia dum per totum mundum tenet catholicam esse creditur et probatur : cui haec fides non placet aut non placuerit, sit anathema Maranatha in adventu Domini nostri Iesu Christi.

XIX. Qui fidei spernit Nicaeæ concilii, anathema sit.

XX. Qui fidem concilii Constantinopolitanum quinquaginta episcoporum veram esse non dixerit, anathema sit.

XXI. Qui fidem Ephesinae synodi primæ et Chalcedonensis non tenet et delectatur, anathema sit.

XXII. Qui concilia omnium orthodoxorum episcoporum consona conciliorum Nicaeæ, Constantinopolitanæ, primi Ephesini et Chalcedonensis, non recipit, anathema sit.

B XXIII. Proinde damnationem banc pæsiæ et communicationis Arianae et omnium conciliorum hæresim Ariana soventium cum anathemate eorum propria manu subscrispsimus : constitutiones vero sanctorum conciliorum Nicaeæ, Constantinopolitanæ, Ephesini et Chalcedonensis, quas gratissima aure audivimus et consensione nostra veras esse probavimus, de toto corde, et de tota anima, et de tota mente nostra subscrispsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantur quam quod supradictorum conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem et unitate Patris et Filii 345 et Spiritus sancti nihil his verius, nihil lucidius unquam potest vel poterit demonstrari : de mysterio incarnationis unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo et vera probatur humanæ naturæ sine peccati contagione susceptio et permanet incorruptæ in eo divinitatis plenitudo, dum et natura utraque non deperit et una sit ex utraque Domini nostri Iesu Christi persona, satis plena in his conciliis probatur patesfieri veritate et a nobis creditur omni remota dubitatione. Si qui unquam banc fidem sanctam depravare, corrumpere, mutare tentaverint aut ab eadem fide vel communione catholica, quam nuper sumus Deo miserante adepti, egredi, separari vel dissociari voluerint, sint Deo et universo mundo criminis infidelitatis in aeternum obnoxii. Floreat autem Ecclesia sancta catholica per omnem mundum pacatissime et emineat doctrina, sanctitate et potestate : si qui intra eam fuerint, crediderint, communicaverint, hi audiant ad dexteram Patris positi :

C Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod robis paratum est a constitutione mundi. Si qui autem ab ea recesserint ejusque detraxerint fidei et communionem respuerint, hi audiant ore divino in die judicii : Discedite a me, maledicti, nescio vos, ite in ignum aeternum qui paratus est d'abolo et angelis ejus. Sint ergo damnata in celo et in terra quæcumque per hanc catholicam fidem damnantur, et sint accepta in celo et in terra quæcumque in hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est gloria in secula saeculorum. Amen.

* A.E., B.R., E. 4, T. 1, *præparatus*.

Fides a sancto Niceno concilio edita.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem ^a.

*Fides quam exposuerunt centum quinquaginta Patres
consona magnæ Nicenæ synodo.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem ^b.

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Sufficerat quidem ad plenissimam ^c.

346 Damnatio à Ariana hæresi.

Ugnas, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam hanc catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Ubiligisclo ^d, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Murila, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Sunnit, in Christi nomine civitatis Vesensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Gardingus, in Christi nomine civitatis Tudensis, episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Bechila ^e, in Christi nomine civitatis Lucensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Arvitus ^f in Christi nomine civitatis Portucalensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi ^g.

Froisclus, in Christi nomine civitatis Dertosanæ episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam catholicam,

^a Exprimitur integre Nicenæ symbolum in reliquis Codicibus præter A. et AE., qui hanc exhibent marginalem notam : *Hoc plenius in concilio Niceno intercess.*

^b Latius scribitur Constantinopolitanum symbolum in ceteris Codicibus, exceptis A. et AE., in quibus ad marginem legitur : *Similiter inveniens hoc in Constantiopolitanico concilio.*

^c Habetur late expressus hic tractatus in reliquis Codicibus, præter A. et AE., in quibus hæc inscribitur marginalis nota : *Hoc in Chalcedonensi concilio reperies copiosius.*

^d Ex U. in A., AE., *Ubi damnata est Ariana hære-*

A quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Similiter et reliqui presbyteri et diacones ex hærese Ariana conversi subscripterunt.

Signum Gussini / viri illustris proceri.

Fonsa vir illuster anathematizans subscripti.

347 Afrila vir illuster anathematizans subscripti ^h.

Aila vir illuster anathematizans subscripti ⁱ.

Ella vir illuster anathematizans subscripti.

Similiter et omnes seniores Gothorum subscripterunt.

Post confessionem igitur et subscriptionem omnium episcoporum et totius gentis Gothicæ seniorum gloriosissimus dominus noster Recaredus rex, pro reparandis simul et confirmandis disciplinæ ecclesiastice moribus, Dei sacerdotes taliter assatus est dicens : Reg' a cura usque in eum modum protendi debet et dirigi, quem plenam constet veritatis et scientiae capere rationem ; ham sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita et prospiciendæ commoditatí comprovincialium major debet esse et providentia. At nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus solertia nostram quibus populi sub nostro regimine positi pacatissime gubernentur et vivant, sed etiam in adjutorio Christi extendimus nos ad ea quæ sunt celestia cogitare, et quæ populus fideles efficiunt satagimus non nescire. Ceterum si totis nitendum est

*C viribus humanis moribus modum ponere et insolentium rabiem regia potestate refrenare, si quieti et paci propagandæ opem debemus impendere, multo magis est adhibenda sollicitudo desiderare et cogitare divina, inhibere sublimia et ab errore retractis populis veritatem eis serena luce ostendere : sic enim agit qui multiplici bono se a Deo remunerari considit ; sic enim audit qui super id quam ei committitur auget, dum illi dicitur : *Quidquid super erogaveris ego cum rediero reddam tibi.* Ergo quia jam fidei nostræ, et confessionis formam plena serie vestra beatitudine recensuit, simulque et sacerdotum nostrorumque procerum fid. s atque confessio sanctitati vestrae perpetuit, hoc adhuc necessario pro firmitate catholicæ fidei nostra Deo supplex insti-D tuere decrevit auctoritas, ut propter roboram gentis nostræ novellam conversionem omnes Hispaniarum et Galliæ Ecclesiæ hanc regulam servent : ut omnes sacrificii tempore autem communionem =*

sis. In reliquis deest hic titulus.

ⁱ In omnibus Codicibus, excepto A., Murila præponitur Ubiligisclo.

^j Ex reliquis præter A., in quo : *Tudensis.*

^k B.R., E. 4, T. 1, 2, *Boccila*, U., *Boccilla*.

^l E. 4, T. 1, 2, *Argivitus*.

^m Ex reliquis Codicibus præter A., in quo legitur : *signum feci.*

ⁿ AE., *Gusiani*. E. 4, T. 1, 2, *Quissini*.

^o B.R., T. 1, 2, *Agila*.

^p E. 4, T. 1, 2, *Eila*.

^q AE., B.R., E. 3, 4, U., *communicationem*.

corporis Christi vel sanguinis juxta orientalium partium morem unanimiter clara voce sacratissimum fiduci reverent symbolum, ut primum populi quid credulitate teneant fateantur et sic corda fidei purificata ad Christi corpus et sanguinem percipiendum exhibeant. **Dum enim constitutio hæc fuerit perenniter conservata in Dei Ecclesia et fidelium ex solido corroboratur 348 credulitas, et perfidia infidelium confutata ad id quod repetitum saepius recognoscit facillime inclinatur; nec se quisquam jam de ignorantia fidei excusabit a culpa, quando universorum ore cognoscit quid catholica teneat et credit Ecclesia.** **Omnibus ergo capitulis, quæ adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adjicienda sunt, hoc pro fidei sanctæ reverentia et firmitate proponit⁹, quod de proferendo symbolo nostra, Deo docente, decrevit serenitas: de cætero autem pro inhibendis insolentium moribus, mea vobis consentiente clementia, sententiis terminante districtioribus, et firmiori disciplina quæ facienda non sunt prohibite, et ea quæ fieri debent immobili constitutione firmate.**

CAPITULA QUAE IN NOME NOMINE SANCTA SYNODUS CONSTITUIT.

I. Ut conciliorum statuta et presulum Romanorum decreta custodiantur.

Post damnationem heresis Arianae et fidei sanctæ catholice expositionem hoc sanctum præcepit concilium: ut quia in nonnullis vel heresis vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum ecclesias canonicus prætermissus est ordo, dum et licentia abundaret transgrediendi et discipline optio negaretur, dumque omnis excessus heresis foveretur patrocinio, ut abundantiam mali temperet districtio discipline, pace Ecclesie Christi misericordia reparata, omne quod priscorum canonum auctoritas prohibet sit resurgentie disciplina inhibatum, et agatur omne quod præcepit fieri; unice in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul et syndicæ sanctorum presulum Romanorum epistola; nullus deinceps ad promerendos humores ecclesiasticos contra vetita canona aspiret indignas; nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres spiritu Dei pleni sanctorum debere non fieri, et qui præsumperit severitate priorum canonum distingatur.

II. Ut in omnibus ecclesiis die dominica symbolum reciteatur.

Pro reverentia sanctissimæ fidei et propter corroborandas hominum invalidas mentes consultu piissimi et gloriosissimi domini Recaredi regis sancta constituit synodus: ut per omnes ecclesias Hispaniae, Galliae vel Gallacia secundum formam orientalium ecclesiæ, concilii Constantinopolitanæ hoc est centrum quinquaginta episcoporum symbolum 349 fidei reciteatur, ut priusquam dominica dicatur oratio voce clara a populo prædicetur [T. 4, 2, reciteatur], quo et fides vera manifestum testimonium habeat et ad

^a B.R., E. 4, præponite.

^b Ex caseris Codicibus præter A. et E. 3, in quibus adest haec lectio: et abundantia mali temperet districtio

A Christi corpus et sanguinem prælibandum pectora populorum sive purificata accedant.

III. Ut ne quis extra necessitatem rem Ecclesie alienet.

Hæc sancta synodus nulli episcoporum licentiam tribuit res alienare Ecclesie, quoniam et antiquioribus canonibus prohibentur: si quid vero quod utilitatem non gravet Ecclesie pro suffragio monachorum ad suam parochiam pertinentiam dederint, firmum maneat; peregrinorum vero vel clericorum et egenorum necessitatibus salvo jure Ecclesie præstare permituntur pro tempore quo potuerint.

IV. Ut liceat episcopo unam ex parochiis basilicam monasterium facere.

B Si episcopes unam de parochianis ecclesijs suis monasterium dicare [U., G., ditare] voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu concilii sui habeat licentiam faciendi; qui etiam si de rebus Ecclesie pro eorum substantia aliquid quod detrimentum Ecclesie non exhibeat eidem loco donaverit, sit stabile: rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat assensum.

V. Ut sacerdotes et levites castæ cum uxoribus suis vivant.

Compertum est a sancto concilio episcopos, presbyteres et diacones venientes ex hærese, carnali adhuc desiderio uxoribus copulari: ne ergo de cætero fiat, hoc præcipitur quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed manente inter eos fide conjugali communem utilitatem habeant, et non sub uno concubio manuant, vel certe, si suffragat virtus, in alijs domum suam uxorem faciat habitare, ut castitas et apud Deum et homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscene cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur: qui vero semper sub canone ecclesiastico jacuerint, si contra veterum imperata in suis cellulis mulierum quæ infamem suspicionem possunt generare consortium habuerint, illi canonice quidam distingantur, mulieres vero ipsæ ab episcopis venundatae pretium ipsum pauperibus erogetur ^c.

350 VI. Ut servus Ecclesie ab episcopo manumisso a patrocinio Ecclesie nunquam discedat, et ut liberti aliorum ab episcopo defendantur.

D De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes: ut si qui ab episcopis facti sunt secundum modum cui canones antiqui dant licentiam, sint liberi, et tamen a patrocinio Ecclesie tam ipsi quam ab eis progeniti non recessant. Ab aliis quoque libertati tradioti et ecclesiis commendati, patrocinio episcopali regantur, et ne cuiquam donentur a principe hoc episcopus postulet.

VII. Ut ad mensam episcopi Scripturæ divinæ legantur.

Pro reverentia Dei sacerdotum id universa sancta constituit synodus: ut quia solent crebro mensis disciplinæ.

^c B.R., E. 4, T. 4, ab episcopis emendatae in monasterium puellarum servitutæ dabuntur omnibus.

otiosae fabulæ interponi; in omni sacerdotali convivio lectio Scripturarum divinarum misceatur; per hoc enim et animæ edificantur ad bonum et fabula non necessariae prohibentur [E., reprobantur].

VIII. Ut clericus de familia faci a principe non donetur.

Jubente [F. 1, innuente] autem atque consente domino piissimo Recaredo rege id præcepit sacerdotale concilium, ut clericos ex familia fisci nullus audeat a principe donatos expetere, sed redditio capitis sui tributo Ecclesia Dei cui sunt alligati, usque dum vivent regulariter administrent.

IX. Ut ecclesie Arianorum ad catholicum episcopum in cuius diæcesi sunt pertineant.

Decreto bojus concilii hoc statuitur, ut ecclesiæ quæ fuerunt in heresi Ariana nunc autem sunt catholicæ, ad eos episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ in quibus ecclesiæ sunt pertinere videntur.

X. Ut viduis pro castitate violentiam nullus inferat, et ut mulier invita virum non ducat.

Pro consulto castitatis quod maxime hortamento concilii proficere debet, annuente glorioissimo domino nostro Recaredo rege, hoc sanctum affirmat concilium, ut viduae quibus placuerit tenere castitatem nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur; quod si priusquam profiteantur continentiam nubere **351** elegerint, illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere: si quis vero propositum castitatis viduae vel virginis impedierit, a sancta communione et a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

XI. Ut paenitens paenitentium agat.

Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum ecclesiæ non secundum canonom sed fœdissime pro suis peccatis homines agere paenitentiam, ut quotiescumque peccare voluerint toties a presbytero se reconciliari expostulent, ideo pro coercendam execrabilis præsumptione, id a sancto concilio jubetur, ut secundum formam canonica antiquiorum detur paenitentia, hoc est ut prius eum quem sui paenitent facti a communione suspensum faciat inter reliquos paenitentes ad manus impositionem crebro recurrere; expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probaverit eum communione restituat: hi vero qui ad priora vitia vel infra paenitentia tempus vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum canonum severitatem damnentur.

XII. De his qui paenitentiam poscunt: si vir, prius tondeatur; si semina, prius habitum mutet.

Quicunque ab episcopo vel presbytero sanus vel infirmus paenitentiam postulat, id ante omnia episcopus observet et presbyter, ut si vir est, sive sanus, sive infirmus, prius eum tondeat et sic pœ-

nitiam ei tradat: si vero mulier fuerit, non accipiat paenitentiam nisi prius mutaverit habitum; sepius enim laicis tribuendo desiduo paenitentiam, ad lamentanda rursum faciura post acceptam paenitentiam relabuntur.

XIII. Ut clerici qui secularis judices appetunt excommunicentur.

Diuturna indisciplinatio et licetia inolita præsumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patet, ut clerici conciliorum suos, relicto pontifice suo, ad judicia publica pertrahant: proinde statuimus hoc de cetero non præsumi; sed si quis hoc præsumperit facere, et causam perdat et a communione efficiatur extraneus.

352 XIV. De Judæis.

B Sugerente concilio, id glorioissimus dominus noster canonibus inserendum præcepit, ut Judæis non licet Christianas habere uxores, vel concubinas, neque mancipium Christianum in usus proprios comparare: sed et si qui filii ex tali conjugio nati sunt assumendos esse ad baptismum; nulla officia publica eos opus est agere per quæ eis occasio tributar potest Christianis inferre: si qui vero Christiani ab eis Judaico ritu sunt maculati vel etiam circumcisiti, non redditio pretio, ad libertatem et religionem redeant Christianam.

XV. Ut servi fisci qui ecclesiæ construunt domum faciant et a principe confirmetur.

C Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesiæ construxerint easque de sua paupertate dilaverint, hoc procuret episcopus prece sua auctoritate regia confirmari.

XVI. Ut episcopi cum judicibus idola destruant, et ut domini idolatriam servis prohibeant.

Quoniam pene per omnem Hispaniam sive Galliam idolatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu glorioissimi principis sancta synodus ordinavit, ut omnis sacerdos in loco suo una cum judice territorii sacrilegium memoratum studiose perquirat, et exterminari inventa non differat; homines vero, qui ad talis errorem concurrunt, salvo discrimine animæ, qua potuerint animadversione coercent: quod si neglexerint, sciant se utrique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum a possessione sua neglexerint vel D familiæ suæ prohibere voluerint, ab episcopo et ipsi a communione pollantur.

XVII. Ut episcopus cum judicibus neccatores filiorum acriori disciplina corripiat.

Dum multæ querelæ ad aures sancti concilii deferruntur, inter cetera tantæ eruditatæ est opus tunitatum quantum ferre consedentium aures sacerdotum non possent, ut in quibusdam Hispania paribus filios suos parentes interinanti fornicationis avidi, nescii pietatis; quibus si tardius est filios numerosius augera, prius se ipsos debent castigare a fornicatione: nam dum causa propaganda proli-

^a B.R., E. 4, T. 1, citra.

^b T. 2, fœdissime. U., fœdissimam.

^c In reliquis præter A., libuerit.

^d T. 2, scient utique.

^e In reliquis, præter A. et E. 3, agere.

sortiantur conjugia, hi et parricidio et fornicationi tenentur obnoxii, qui fetus necando proprios decent se non pro **353** filiis sed pro libidine sociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi domini nostri Recaredi regis perlatum est, cuius gloria dignata est judicibus earumdem partium imperare, ut hoc horrendum facinus diligenter cum sacerdote requirant ^a, et adhibita severitate prohibeant: ergo et sacerdotes locorum haec sancta syndodus dolentius convenit, ut idem scelus cum judice curiosius querant et sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

XVIII. Ut semel in anno synodus fiat et judices et actores fisci praesentes sint.

Principit haec sancta et venerabilis ^b syndodus, ut stante priorum auctoritate canonum quae bis in anno praecepit congregari concilia, consulta itineris longitudine et paupertate ecclesiarum Hispaniarum, semel in anno in locum quem metropolitanus elegerit episcopi congregentur. Judices vero locorum vel actores fiscalium patrimoniorum ex decreto gloriosissimi domini nostri simul cum sacerdotali concilio autumnali tempore die calendarum Novembrium in unum conveniant, ut discant quam pie et juste cum populis agere debeant, ne in angariis aut in operationibus superfluis sive privatum onerent sive fiscalem gravent. Sint etenim prospectatores ^c episcopi secundum regiam admonitionem, qualiter judices cum populis agant, ut aut ipsos premonitos corrigan aut insolentias eorum auditibus principis innotescant; quod si coruptos emendare nequierint, et ab Ecclesia et a communione suspendant: a sacerdote vero et a senioribus deliberetur, quod provincia sine suo detrimento præstare debeat iudicium. Concilium autem non solvatur, nisi locum prius elegerint quo succedenti tempore iterum ad concilium veniatur, ut jam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando concilio litteras destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntietur et locus.

XIX. Ut Ecclesia cum rebus ejus ad episcopi ordinationem pertineat.

Multi contra canonum constituta sic ecclesias quas edificaverint postulant consecrari, ut dolem quam ei Ecclesia contulerint censeant ad episcopi ordinacionem non pertinere, quod factum et in praeterito displicet et in futurum prohibetur; sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

XXX. Ut episcopus angarias vel inductiones in diaecese non imponat.

Multorum querela hanc constitutionem exigit, quia cognovimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter sed et crudeliter deservire ^d, et dum scriptum sit: *Forma estote gregis neque dominantes in clero, exactiores diaecesi suae vel damna infligunt: ideo exceptio quod veterum constitutiones a parochiis habere jubent episcopos, alia quae hucusque presumpta*

Asunt denegentur, hoc est neque in angariis presbyteres aut diacones neque in aliquibus fatigent ^e inductionibus, ne videamur in Ecclesia Dei exactores potius quam Dei pontifices nominari. Ili vero clericitam locales quam dioecesani qui se a' episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant, qui metropolitanus non moretur ejusmodi presumptio districte coercere.

XXI. Ut non *l' ceat* judicibus clericos vel servos Ecclesie in suis angariis occupare.

Quoniam cognovimus in multis civitatibus ecclesiis servos et episcoporum vel omnium clericorum a judicibus vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari, omne concilium a pietate gloriosissimi domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat, sed servi suprascriptorum officiorum in eorum usibus vel Ecclesie elaborent: si quis vero judicum, aut actorum clericum, aut servum clerici vel Ecclesie in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica cui impedimentum facit efficiatur extraneus.

XXII. Ut religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.

Religiousorum omnium corpora qui divina vocatione ab hoc via recedunt cum psalmis tantummodo et psallentium vocibus debere ad sepultra deferri; nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantari solet, vel peccatoribus se proximos aut familias cedere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis Christianorum corporibus famulatus divinorum impenditur canticorum; prohibet enim nos Apostolus nostros lugere defunctos dicens: *De dormientibus autem nolo vos contristari sicut et cæteri qui spem non habent: et Dominus non levavit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ ærumnas ploravit resuscitandum: si enim potest hoc episcopus, omnes Christianos agere prohibere* **355** non moretur; religious tamen omnino aliter fieri non decere censemus, sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XXIII. Ut in sanctorum natalitiis ballematæ prohibeantur.

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit, ut populi qui debent officia divina attendere D salutationibus et turpibus invigilant canticos, non solum sibi nocentes sed et religiousorum officiis persistentes: hoc enim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum et judicium a concilio sancto curæ militit.

Edictum regis in confirmationem concilii.

Gloriosissimus et piissimus dominus noster Recaredus rex: Universorum sub regni nostris potestate consistentium amatores nos suos divina faciens veritas nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandæ filii ac disciplinæ ecclesiasticæ episcopos omnes Hispanie nostro presentandos culmini jubere

^a In cæteris, exceptis A. et E. 3, perquirant.

^b In reliquis, præter A. et E. 3, veneranda.

^c B.R., prospectores. E. 4, T. 1, prospectores Christi.

^d AE., 4, T. 1, 2, deservire.

^e Ex cæteris, præter A., in quo, fatigentur.

mus. Præcedenti autem diligentia et cauta delibera-
tione sive quæ ad fidem convenient, seu quæ ad mo-
rum correctionem respiciunt, cum omni sensu matu-
ritate et intelligentiae gravitate constat esse digesta.
Nostra prouinde auctoritas id omnibus hominibus ad
regnum nostrum pertinentibus jubet, ut si qua definita
sunt in hoc sancto concilio habito in urbe Toletana
anno regni nostri feliciter quarto, nulli contempnere
liceat, nullus præterire præsumat: capitula enim quæ
sensibus nostris placita et disciplinae congrua a præ-
senti conscripta sunt synodo, in omni auctoritate sive
clericorum, sive laicorum, sive quorumcunque homi-
num observentur et maneat: id est:

- I. De observatione priorum canonum.
- II. De symbolo proferendo a populis in Ecclesia.
- III. De episcopis, ut eis non licet rem alienare
Ecclesiæ.

IV. Ut episcopo liceat unam de parochianis ecclæ-
siis monasterium facere.

V. Ut episcopis, presbyteris et diaconibus ex hæ-
rese conversis jam non liceat miseri uxoribus: vel
quod bi qui semper catholici fuerunt in cellulis suis
cum mulieribus extraneis non morentur.

VI. Quod liberti ab episcopis vel ab aliis facti et
ecclæsiis commendati permanere debeant liberi.

VII. Quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis
legi debeat.

VIII. Quod clericos ex familiis fisci nostri nullus
unquam a rege postulet, et qui acceperit irrita talis
donatio maneat.

356 IX. De ecclæsiis ab hærese translatis, ut ad
eos episcopos in quorum sunt parochiis pertaineant.

X. De viduis: quod quæ voluerint continentiam
teneant, et quæ nubere elegerint quibus voluerint
nubant: eaque et de virginibus.

XI. Quod paenitentes secundum modum canonum
antiquorum debeant agere paenitentiam.

XII. Quod qui voluerint paenitentiam agere prius
tondantur aut habitum mutent.

XIII. Quod non liceat duos clericos in forum cau-
sare publicum.

XIV. Quod Judæis uxores vel concubinas Chri-
stianas habere, sive comparare mancipia Christiana,
et judaizare non liceat, vel publica officia perageat.

XV. Quod manere debeat firmum si servi fisci no-
stri ecclesias fecerint easque de peculio suo ditave-
rint.

XVI. Quod idolatriæ cultura a sacerdotibus vel a
judicibus exquirienda est atque exterminanda.

XVII. Quod qui filios suos necaverint a sacerdoti-
bus vel a judicibus distringantur.

XVIII. Quod semel in anno ad concilium sacerdo-
tes et judices, atque actores patrimonii nostri debeant
convenire.

XIX. Quod ecclesiarum omnium dotes ad episcopi
ordinationem debeant pertinere.

* A.E., B.R., E. 3, T. 1, 2, U., G., *Migetus*. E.
4, *Nigetus*.

A XX. Quod sacerdotes moderanter agere debeant
per parochias suas.

XXI. Quod servi Ecclesiæ sive clericorum non
debeant a judicibus vel nostris actoribus in aliqua an-
garia fatigari.

XXII. Quod religiosorum corpora cum hymnis et
canticis tantum deferenda sint ad sepultra.

XXIII. Quod ballematiæ et turpes cantici prohibi-
bendi sunt a sanctorum solemnibus.

Ille omnes constitutiones ecclesiasticas quas sum-
matim breviterque præstrinximus, sicut plenius in
canone continentur, manere perenni stabilitate san-
cimus: si quis ergo clericus aut laicus harum san-
ctionum obediens esse noluerit; si episcopus, presby-
ter, diaconus aut clericus fuerit; ab omni concilio ex-
communicationi subjaceat: si vero laicus fuerit et
bonestioris loci persona est, medietatem facultatum
suarum amittat fisci viribus profuturam; si vero infe-
rioris loci persona est, amissione rerum suarum mul-
titudis in exsilium deputetur.

Flavius Recaredus rex hanc deliberationem quam
cum sancta definivimus synodo confirmans subscripsi.

Masona in Christi nomine Ecclesiæ catholice Eme-
ritensis metropolitanus episcopus provincie Lusi-
tanæ, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana
interfui, annuens subscripsi.

357 Euphemius in Christi nomine Ecclesiæ ca-
tholice Toletanæ metropolitanus episcopus provin-
ciae Carpetanæ, his constitutionibus, quibus in urbe
Toletana interfui, annuens subscripsi.

Leander in Christi nomine Ecclesiæ catholice Ilipaensis metropolitanus episcopus provincie Ba-
eticæ, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana in-
terfui, annuens subscripsi.

Micetus * in Christi nomine Narbonensis Ecclesiæ
metropolitanus episcopus Gallæ provinciæ his con-
stitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, an-
nuens subscripsi.

Pantardus † in Christi nomine Ecclesiæ catholice Bracharense metropolitanus Gallæ provinciæ, epi-
scopus, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana
interfui, annuens tam pro me quam pro fratre meo
Nitigio, episcopo de civitate Luci, subscripsi.

Ugnas in Christi nomine Barcinonensis Ecclesiæ
episcopus, his constitutionibus, quibus interfui, an-
nuens subscripsi.

Murila in Christi nomine Valentiniæ Ecclesiæ epi-
scopus, his constitutionibus, quibus interfui, annuens
subscripsi.

Andonius in Christi nomine Oretanæ epi-
scopus his constitutionibus, quibus interfui, annuens
subscripsi.

Sedatus in Christi nomine Beterensis Ecclesiæ
episcopus annuens subscripsi.

Palinatus in Christi nomine Pacensis
episcopus subscripsi.

* B.R., *Pantardus*. E. 4, T. 1, *Pantardus*.

Joannes in Christi nomine Mentesanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Mutto Sabitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Petrus Osonobensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Stephanus Tarragonensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Cabinus Oscaensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Neufila Tudensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Paulus Olyssiponensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Sophronius Egarensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Joannes Egabrensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Benenatus Elenensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Polybius Ilerdensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Joannes Dumiensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

358 Proculus Segobiensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Ermaricus Laniohrensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Simplicius Caesaraugustanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Constantius Portucalensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Simplicius Urgellitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Asterius Aucensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Agapius Cordubensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Stephanus Iliberitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Petrus Arcavicensis Celtiberiae Ecclesiæ episcopus subscripti.

Ubilis solus Ecclesiæ Valentiae episcopus subscripti.

Joannes Belensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Sunnila Besensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Philippus Lamecensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Aquitinus Ausonensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Dominicus Iriensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Sergius Carcasonensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Basilus Hispanensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Leutherius Salamanticensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Eratius Italensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

^a B.R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Tirassoneusis*.

^b *Æ.*, T. 2, *Ossonensis*.

^c E. 4, T. 1, *Agarenis*.

^d *Æ.*, E. 4, T. 1, 2, *Elenis*.

^e *Æ.*, B.R., E. 3, 4, T. 1, 2, *monasterii*.

^f *Æ.*, T. 2, *Emericus*. T. 1, *Ermuricus*.

^g *Æ.*, B.R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Valentine*.

^h *Æ.*, T. 1, 2, U., G., *Froisclus*. B. R., *Froisclus*

A Julianus Dertosanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Froscius ⁱ episcopus subscripti.

Theodorus Bastitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Petrus Iliberitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Beccila Lucensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Petrus Segoviensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Gardingus Tudensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Tigridius Agathensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Argivitus Portucalensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Liliolus Accitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

359 Celsinus Valentianæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Theodorus ^j Castulonensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Velutus Tuccitanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Progenes Ecclesiæ Sagontinæ episcopus subscripti.

Mumius Calagurritanæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Alcius Gerundensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Posidonius Eminentis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Talasius Asturicensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Agrippinus civitatis Lutvensis ^k provinciae Gallicæ episcopus subscripti.

C Liliolus Pampilonensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Hyacinthus Cauriensis Ecclesiæ episcopus subscripti.

Galanus archipresbyter Emporitanæ Ecclesiæ, agens vicem domini mei Fructuosi episcopi, subscripti.

Servandus diaconus Ecclesiæ Astigitanae, agens vicem domini mei Pergaae ^l episcopi, subscripti.

Ildemirus archipresbyter Auriensis Ecclesiæ, agens vicem domini mei Lepati episcopi, subscripti.

Genesius in Christi nomine archidiaconus Ecclesiæ Magalonensis, vicem agens domini mei Bodii episcopi, subscripti.

D Valerianus archidiaconus Ecclesiæ Nemausensis, agens vicem domini mei Paladii episcopi, subscripti. Homilia ^m sancti Leandri in laudem Ecclesiæ ob conversionem gentis post concilium et confirmationem canonum edita.

Festivitatem hanc omnium esse solemniorem festivitatum novitas ipsa significat, quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium causa, ita et noviora

item ibi ecclesiæ episcopus.

ⁿ *Æ.*, T. 2, *Theudericus*.

^o *Æ.*, T. 2, U., *Lutonensis*.

^p B. R., E. 3, *Pegasi*. T. 1, *Pagasi*. T. 2, *Paganari*.

^q Deest haec homilia in A. et E. 3. Desumpta est ex Codice B.R. cum variantibus reliquorum lectinibus.

sunt solito Ecclesiae gaudia. Nam multas solemnitas per anni decursum celebrat Ecclesia, in quibus tametsi habet gaudia consueta, nova vero sicut in hac non habet. Alter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro qua re et nos ideo majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos Ecclesiam parturisse populos intuemur, et quorum asperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gandemus credulitate. Ergo materia gaudii nostri tribulationis præteritæ occasio fuit. Gemebamus dum gravaremur, dum exprobraremur, sed gemitus illi id egerunt, ut hi qui per iniustitiam **360** nobis erant sarcina fierent nostra per suam conversionem corona. Illoc denique gratulative profert in psalmis Ecclesia dicens : *In tribulatione dilatasti me : et Sara dum sepe a regibus concupiscitur, nec maculam pudicitiae sentit, et Abraham causa pulchritudinis suæ divitem facit : ab ipsis enim regibus Abraham ditatur a quibus Sara concupiscitur. Condigne ergo Ecclesia catholica gentes, quas sibi æmulas senserit fidei suæ decore, ad sui eas sponsi, hoc est Christi lucra transducit, et per ea regna suum virum divitem reddit per quæ se inquietari persenserit. Sic enim dum ex initio lacessitur vel invidentium dentibus mordetur, dum premitur, eruditur, et dum insectatur, dilatatur, quoniam patientia sua æmulatores suos aut superat aut lucrat. Dicit enim ad eam divinus sermo : Multæ filii congregaverunt divitias, tu autem supergressus es universas. Non mirum quod hæreses Aliæ dicuntur, sed attendendum quod loco spinarum ponantur : Aliæ sunt eo quod ex semine Christiano generentur ; spinæ sunt, eo quod foris a Dei paradiso, hoc est extra catholicam Ecclesiam nutruntur ; et hoc non conjectura sensus nostri sed Scripturæ divinæ autoritate probatur, dicente Salomone : Sicut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias. Ergo ne magnum vobis videretur quod hæreses dixerim filias, continuo eas nominat esse spinas. Hæreses, inquam, aut in aliquem angulum mundi aut in unam gentem inveniuntur versari ; Ecclesia vero catholica, sicut per totum mundum tenditur, ita et omnium gentium societate constituitur. Recte ergo hæreses in cavernis quibus latent congregant ex parte divitias : Ecclesia autem catholica in specula totius mundi locata ^a prætergreditur universas. Exulta ergo et latere, Ecclesia Dei ; gaude et consurge, unum corpus Christi ; induere fortitudine et jubila exultatione, quoniam tui miseres in gaudium sunt mutati, et tristitia habitum in amictum laetitiae versus est. Ecce repente oblitia sterilitatis et paupertatis tuas uno paru populus inumeros genuit Christo tuo, nam dispendiis tuis profici tuoque damno suberescit. Tantus denique est sponsus tuus, cuius imperio regeris, ut dum te potauerit deprædar ad modicum, rursum et prædam tuam ad te reducat, et hostes tuos tibi conquerat. Sic autem agricola, sic pector [Æ., pastor], dum lucra attendit futura, quæ se-*

minat et quæ hanc incesserit non imputat clama. Tu proinde jam ne fleras, ne lugeras temporaliter quosdam recessisse a te, quos cernis cum magnis lucris rediisse ad te. Exulta ergo fidei confidentia et tul capitio merito fide esto **361** robusta, dum quæ recolis o'm re promissa nunc cernis ^b suis completa. Ait enim in Evangeliō ipsa Veritas : *Uportebat Christum mori pro gente et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Tu profecto in psalmis proclamas, odientibus pacem dicens : Magnificate Dominum mecum et exaltamus nomen ejus in unum. Et rursum : In conveniendo populos in unum et regna ut scrivant Domino. Quam dulcis sit charitas, quam delectabilis unitas, non nesciens per propheticā vaticinia, per evangelica oracula, per apostolica documenta, non nisi connexionem gentium prædictas, nisi unitatem populorum spiras, nisi pacis et charitatis bona disseminas. Lætare ergo in Domino eo quod non sis fraudata desiderio tuo, nam quos tanto tempore gemitu teste et oratione continua concepisti, nunc post glacies hiemis, post duritiam frigoris, post austrietatem nivis, velut jucunditatem agrorum frugem, et laxos verni flores vel arridentes vinearum stipulis palmites, repente in gaudio peperisti. Ergo, fratres, tota hilaritate animi exultemus in Domino, et jubilemus Deo Salvatori nostro. Illoc de cætero per ea quæ iam sublata sunt, ea quæ adhuc exspectantur implenda vera esse credamus. Quæ enim prædata sunt, Dominò dicente : Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc orili, et illas oportet ad me adduci, ut sit unus gressus et unus pastor ; ecce contuenur suis completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christum credere, atque ad unam Ecclesiam convenire, quoniam rursum ipso testificante didicimus in Evangelio : Et prædicabitur, inquit, hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus : et tunc, inquit, veniet consummatio. Si ergo remanserit pars aliqua mundi vel gens barbara quam fides non irradiauerit Christi, profecto credituram atque in unam Ecclesiam esse venturam nullo modo dubitemus, si ea quæ Dominus dicit vera esse putamus. Ergo, fratres, reposita est loco malignitatis humanitas, et errori occurrit veritas, ut quia superbia linguarum diversitate ab unione gentes separaverat, eas rursum gremio germanitatis colligeret charitas, et quemadmodum unus possessor est totius mundi Dominus, ita et possessionis ejus esset unum cor et animus unus. Pete a me, ait, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. Propterea et ex uno homine propagatum est omne hominum genus, ut qui ex illo uno procederent unum saperent, unitatem quererent et diligenter. Ordo ergo naturalis exposcit, ut qui ex uno homine trahunt originem mutuam teneant charitatem, nec dissentiant a fidei veritate qui non disjungitur naturali propagine. Hæreses **362** vero et divisiones e fonte manant vitiorum : unde quisquis ad unitatem*

^a E. 4, T. 1, 2, locupletata.

venit ex virtute ad naturam reddit; quia sicut natura est fieri ex pluribus unitatem, sic est virtus fraternitatis declinare dulcedinem. Erigamus ergo tota mente in gaudia, ut quia gentes studio decertandi perierant, sibimet in amicitiam Christus unam Ecclesiam procuraret, in qua eas rursus reduceret concordia charitatis. De hac profectu Ecclesia vaticinatur propheta dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Et iterum: *Erit, inquit, in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob.* Mons enim Christus est: et domus Dei Jacob una Ecclesia est ejus, ad quam et gentium concursum et populorum pronuntiat confluere conventum. De qua rursus in alio loco dicit propheta: *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est; et ambulabunt, ait, gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui: leva in circuitu oculos tuos et vide: Omnes isti congregati sunt et venerunt tibi: et adificabunt, inquit, filii peregrinorum muros tuos, et reges eorum ministrabunt tibi.* Qui ut notesceret quae ventura essent genti vel populo, quae ab unius Ecclesiae communione recidissent, secutus est: *Gens enim et regnum quod non servierit tibi peribit.* Alio denique loco similiter ait: *Ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes quae non cognoverunt te ad te current.* Unus enim est Christus Dominus, cuius est una per totonum mundum Ecclesia sancta possessio. Ille igitur caput, et ista corpus, de quibus in principio Genesis dicitur: *Eruunt duo in carne una: quod Apostolus in Christo intelligit et in Ecclesia.* Dum ergo ex omnibus gentibus unam vult Christus habere Ecclesiam, quicunque

A extraneus est ab ea, licet Christiano nomine nuncupetur, Christi tamen corporis compage non tenetur. Heres enim quae respuit catholicæ Ecclesie unitatem, eo quod adulterino amore diligit Christum, non uxoris sed concubinæ obtinet locum, quoniam vera duos dicit Scriptura esse in carne una, videlicet Christum et Ecclesiam, quo locum meretrix nullum invenit tertia. *Una est enim, ait Christus, cœnia mea, una est sponsa mea, una est genitrix sue filia.* De quo iten eadem Ecclesia pronuntiat dicens: *Ego dilecto meo et electus meus mihi.* Quærant nunc bæreses a quo constuprentur vel cujus sint prostibulum factæ, quoniam ab immaculato loro recesserunt Christi, a quo quanto pretiosam esse novimus copulam charitatis, tanto Deum hac celebritate laudemus, quod gentes, pro quibus **363** sanguis fusus est Unigeniti sui, non passus est extra unum ovile diaboli dentibus devorari. Lugeat igitur veternosus prædatornam prædam amisisse, quia impletum videamus quod propheta vaticinante audivimus: *Equidem, inquit, haec captivitas a forte tollitur, et quod ablatum fuerat a robusto salvatur.* Parietem enim discordie quem fabricaverat dabolus pax Christi destruxit, et domus quae divisione in mutuam certabat cædem, uno jam Christo lapide angulari conjungitur. Dicamus ergo omnes: *Gloria in **364** excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis: nullum enim præmium charitati compensatur.* Ideo omni gaudio præponitur, quia pax et charitas facta est, quæ omnium virtutum obliniet principatum. Superest autem ut unanimitate unum omnes regnum effecti tam pro stabilitate regni terreni quam felicitate regni coelestis Deum precibus adeamus, ut regnum et genz, quæ Christum glorificavit in terris, glorificetur ab illo non solum in terris sed etiam in cœlis. Amen.

XLIX

CONCILIUM TOLETANUM QUARTUM.

SEXAGINTA SEX EPISCOPORUM HISPANIE ET GALLIE, ANNO TERTIO REGNANTE DOMINO NOSTRO GLORIOSISSIMO PRINCIPE SISENANDO, DIE NONARUM DECIMBRIS, AERA ^a DCLXXI.

Dum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Hispaniae atque Galliae sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini convenissemus, ut ejus imperiis atque jussis communis a nobis agitaretur de quibusdam Ecclesiae disciplinis tractatus, primum gratias Salvatori nostro Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato ministro ejus excellentissimo et glorioso regi, cuius tanta erga Deum devotione extat ut non solum in rebus humanis sed etiam in causis divinis sollicitus maneat. Ilic quippe dum in basilica beatissimæ et sanctæ martyris ^b Leo, cadiæ omnium nostrum pariter jam cœlus adesset, tali pro merito fidei suæ cum magnificenter et nobilissimis viris ingressus primum coram sacerdo-

tibus Dei humo prostratus cum lacrymis et geminis pro se interveniendum Deo ^c postulavit; deinde religiosa prosecutione synodus exhortatus est ut paternorum decretorum memores ad conservanda in nobis iura ecclesiastica studium præberemus, et illa corrigere quæ dum per negligentiam in usum venerunt contra ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus igitur ejus monitis congaudentes necessarium exstitit juxta ejus nostrumque votum tractare quæ competit, sive in sacramentis divinis quæ diverso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus prave usurpata noscuntur: et quoniam generale concilium agimus, oportet primum nostræ vocis sermonem de

^a E. 4, T. 1, æra DCLXX.

^b A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G. confessoris.

^c In reliquis, præter A. et E. 3, Domino.

Deo esse, ut post professionem fidei sequentia operis nostra vota quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

I. De evidenti catholicæ fidei veritate *

Secundum divinas Scripturas et doctrinam quam a sanctis Patribus accepimus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius deitatis atque substantiae contineamus : in personarum diversitate Trinitatem credentes, in divinitate 365 unitatem prædicantes nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus : Filium a Patre non factum sed genitum asserimus : Spiritum vero sanctum nec creatum nec genitum, sed procedentem ex Patre et Filio proflavimus : ipsum autem Dominum Iesum Christum Filium Dei et Creatorem omnium ex substantia Patris ante sæcula genitum descendisse ultimo tempore, pro redemptione mundi, a Patre ; qui nunquam desuit esse cum Patre ; incarnatus est enim ex Spiritu sancto et sancia gloria Dei genitrice virgine Maria et natus ex ipso filius ; idem Christus Dominus Jesus unus de sancta Trinitate anima et carne perfectum sine peccato suspiciens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patri secundum humanitatem, habens in una persona duarum naturarum proprietates ; naturæ enim in illo duas, Deus et homo, non autem duo filii et dui duo, sed idem una persona in utraque natura ; perseverens passionem et mortem pro nostra salute, non in virtute divinitatis sed in infirmitate humanitatis, descendit ad inferos, ut sanctos qui ibidem tenebantur erueret, devictoque mortis imperio resurrexit ; assumptus deinde in caelos venturus est in futuro ad judicium vivorum et mortuorum ; cuius morte et sanguine mundali remissionem peccatorum concili sumus, resuscitandi ab eo in die novissima in ea qua nunc vivimus carne et in ea qua resurrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipso, alii pro justitiae meritis vitam æternam, alii pro peccatis supplicii æterni sententiam. Hæc est catholicæ Ecclesiæ fides : hanc confessionem conservamus atque tenemus, quam quisquis firmissime custodierit perpetuam salutem habebit.

II. De uno ordine in ministeriis vel officiis in cunctis ecclesiis celebrando.

Post rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, placuit, ut omnes sacerdotes qui catholicæ fidei unitate complectimur, nihil ultra diversum aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quelibet nostra diversitas apud ignotos seu carnales schismatis errorem videatur ostendere, et multis existat in scandalum varietas ecclesiarum. Unus igitur ordo orandi atque psallendi a nobis per omnem Hispaniam atque Galliam conservetur, unus modus in missarum solemnitatibus, unus in vespertinis matutinisque officiis, nec diversa sit ultra in

* Ex A., B. R., E. 3, T. 1, 2, deprompti sunt omnes canonum hujus concilli tituli, qui desunt in A. et reliquis.

A nobis ecclesiastica consuetudo qui una fide continemur et regno ; hoc enim et antiqui canones decreverunt, ut unaquæque 365 provincia et psallendi et ministrandi parem consuetudinem teneat.

III. De qualitate conciliorum, vel quare aut quando fieri.

Nulla pene res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi depulit quam sacerdotum negligentia, qui, contemptis canonibus, ad corrigendos ecclesiasticos mores synodus facere negligunt : ob hoc a nobis universaliter definitum est, ut quia juxta antiqua Patrum decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non sinat, salem vel semel a nobis celebretur ; ita tamen ut si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ et Gallie synodus convocetur; si vero nec de fide nec de communis Ecclesiæ utilitate tractabatur, speciale erit concilium uniuscujusque provinciæ, ubi metropolitanus elegerit perageandum. Omnes autem qui causas adversus episcopos aut judices vel potentes aut contra quoslibet alios habere noscuntur ad idem concilium concurrant, et quæcunque examine synodali a quibuslibet prave usurpata inveniuntur, regii executoris instantia justissime his quibus jura suu reformentur, ita ut pro compellendis judicibus vel secularibus viris ad synodum metropolitani studio idem executor a principe postuletur. Quinto decimo autem calendarum Juniaum congreganda est in unaquaque provincia synodus propter vernale tempus, quando herbis terra vestitur et pabula germinum inveniuntur.

C IV. Formula secundum quam debeat sancta synodus in Dei nomine fieri.

Hora itaque diei prima ante solis ortum ejiciantur omnes ab ecclesia, obserantesque foribus cunctis ad unam januam per quam sacerdotes ingredi oportet ostiarii stent : et convenientes omnes episcopi pariter introeant et secundum ordinationis suæ tempus resideant. Post ingressum omnium episcoporum atque concessum vocentur deinde presbyteres quos causa probaverit introire, nullus se inter eos ingrat diaconorum ; post hos ingrediantur diacones probabiles quos ordo poposcerit interesse, et corona facta de sedibus episcoporum presbyteres a tergo eorum resideant, diacones in prospectu episcoporum stent ; deinde ingrediantur laici qui electione concilii interesse meruerint ; ingrediantur quoque et notarii quos ad recitandum vel excipiendo ordo requirit et obseruentur januae ; sedentesque in diurno silentio sacerdotes et cor totum habentes ad Deum, dicat archidiaconus : Orate : statimque omnes in terra prostrabuntur, et orantes b diutius 367 tacite cum fletibus aliquæ gemitiibus, unus ex episcopis senioribus surgens orationem palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione et responso ab omnibus : Amen, rursus dicat diaconus : Erigite vos ; et confessim omnes sur-

b Recite scriptum suis est sedentibus..... sacerdotibus..... habentibus..... orantibus.

gant, e: cum omni timore Dei et disciplina tam episcopi quam presbyteres sedeant, sicutque omnibus in suis locis in silentio consententibus diaconus alba indutus Codicem canonum in medium proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet, finitisque titulis metropolitanus episcopus concilium alloquatur Jicens : Ecce, sanctissimi sacerdotes, recitatae sunt ex canonibus priscorum Patrum sententiae de concilio celebrando; si qua igitur quempiam vestrum actio commovet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcunque querelam quæ contra canones agit in audienciam sacrae dotalem protulerit, non prius ad aliud transcurrit capitulum, nisi primum quæ praeposita est actio terminetur; nam et si presbyter aliquis aut diaconus, clericus sive laicus, de his qui foris steterint concilium pro qualibet re crediderit appellandum, Ecclesie metropolitanæ archidiacono causam suam intimet, et ille concilio denuntiet: tunc illi et introeundi et proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a coetu communi secedat antequam hora generalis secessionis adveniat: concilium quoque nullus solvere audeat nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur episcoporum singulorum manibus subscribantur: tunc enim Deus suorum sacerdotum interesse credendus est, si, tumultu omni abjecto, sollicite atque tranquille ecclesiastica negotia terminentur.

V. De annuntiatione Paschæ ante Epiphaniam inter episcopos exquirenda.

Solet in Hispania de solemnitate paschali varietas existere prædicationis, diversa enim observantia laterculorum paschalium festivitatis interdum errorem parvit: proinde placuit, ut ante tres mensas Epiphaniorum metropolitani sacerdotes litteris se invicem inquirant, ut communi scientia edocti diem resurrectionis Christi et comprovincialibus suis insinuent et uno tempore celebrandum annuntient.

VI. De trina et simplicia in baptismo mersione.

De baptismi autem sacramento propter quod in Hispania quidam sacerdotes trinam, quidam simplicam mersionem faciunt, a nonnullis schismatis esse conspicitor et unitas fidei scindit videtur; nam dum partes diverso et 369 quasi contrario modo agunt, alii alios non baptizatos esse contendunt: proinde quid a nobis in hac sacramenti diversitate fiendum [BR., finendum] sit apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostram sed paternam institutionem sequentes. Beatae igitur memoriae Gregorius Romanus Ecclesiæ pontifex, qui non solum partes Italiæ illustravit sed et longe existentes ecclesias sua doctrina perdocuit, effigiante sanctissimo Leandro episcopo de hac Hispaniæ diversitate quid potius esset sequendum, inter cetera rescribens ei sic ait: De trina vero merae baptismatis nihil respondi verius potest quam ipsi sensistis, quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur,

A resurrectio triduanæ temporis exprimitur: quod si quis forte etiam pro summa Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstat baptizandum semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed si nunc usque ab hereticis infusa in baptismate tertio mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant divinitatem dividant, dumque quod faciebant faciunt, morem vestrum se viciisse glorientur. Quapropter

B rectum, utrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur, propter vitandum autem schismatis scandalum vel heretici dogmatis usum simplicem teneamus baptismi mersionem, ne videantur apud nos qui tertio mergunt hereticorum approbare assertionem, dum sequuntur et morem, et ne forte cuiquam sit dubium bujus simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem et resurrectionem Christi significari; nam in aquis mersio quasi in infernum descensio est, et rursus ab aquis emersio resurrectionis est. Item videant in eo unitatem divinitatis et Trinitatem personarum ostendi, unitatem dum semel mergimus, Trinitatem dum in nomine Patris et Fili et Spiritus sancti baptizamus. Panditur hujus singularis baptismatis mysterium etiam sanctorum Scripturarum exemplis, Paulo apostolo attestante.

C *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt et omnes in Moysi baptizati sunt in nube et in mari: mare quippe Iubrum significat baptismum Christi sanguine consecratum, per quem populus Dei semel transiit, ubi tamen tota erat Trinitas, 369 præcedente populum columnam ignis et nubis; in igne quippe significabatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus sanctus. Jordanis quoque fluente cum area populus Dei semel transiit, per quod significatur simplicia mersio baptismatis, cuius sacramento Ecclesia abluitur, et de sæculi hujus laboribus per baptismum quasi per Jordarem ad terram cœlestis reprobmissionis ingreditur.*

VII. De celebrando officio in feria sexta Paschæ.

Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sexta feria passionis Domini clausis basilicarum foribus nec celebretur officium, nec passio Domini populis prædicetur, dum idem Salvator noster apostolis suis præcipiat dicens: *Passionem et mortem et resurrectionem meam omnibus prædicate: idenque oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis annuntiandum voluit, prædicare, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare, ut penitentiae compunctione mundati venerabilem diem dominicæ resurrectionis remisis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque*

eius et sanguinis sacramentum mundi a peccato sumus.

VIII. De non solvendis jejuniis in feria sexta Paschæ.

Quidam in die ejusdem dominicæ passionis ab hora nona jejunium solvunt, conviviis abutuntur, et dum sol ipse eadem die tenebris palleatus lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata modestiam totius mundi ostenderint, illi jejunium tanti diei poluant, epulisque inserviunt: et quia totum eundem diem universalis Ecclesie propter passionem Domini in mœrore et abstinentia peragit, quicunque in eo jejunium præter parvulos, senes et languidos, ante peractas indulgentias preces resolverit, a paschali gaudio depelletur [Æ., E. 4, repellatur], nec in eo sacramentum corporis et sanguinis Domini perecipiat, quia diem passionis ipsius per abstinentiam non honorat.

IX. De benedicendo cereo et lucerna in pœnitentiis Paschæ.

Lucerna et cereus in pœnitiens Paschæ apud quasdam ecclesias non benedicuntur, et cur a nobis benedicantur inquirunt: propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentum solemnitatem hæc benedicimus, ut sacrae resurrectionis Christi mysterium, quod tempore hujus votivæ noctis advenit, in benedictione sanctificati luminis suscepimus; et quia hæc observatione per multarum loca terrarum regionesque Hispaniae in ecclesiis commendatur, **370** dignum est ut propter unitatem pacis in Galicanis ecclesiis conservetur: nulli autem impune erit qui hæc statuta contempserit, sed paternorum regulis subjacebit.

X. De dominica oratione quotidie patenter pronuntiandæ.

Nonnulli sacerdotum per Hispanias reperiuntur qui dominicam orationem quam Salvator noster docuit et præcepit, non quotidie sed tantum die Dominicæ dicunt, et quia ut sine intermissione oremus Apostolus docuit; qualiter autem oremus Christus præcepit dicens: *Cum autem oratis, dicite: Pater noster, qui es in cœlis: quomodo ergo quotidie non dicatur quod sine intermissione dici jubetur? nam in tantum quotidie hæc oratio dicenda est, quantum et ipso titulo utitur dum vocatur oratio quotidiana; sic enim eam sancti Patres nuncupaverunt, quod etiam apud doctores quorum illustris doctrina est inventur.* Sanctus quippe Cyprianus dicit: Itaque in oratione dominica panem nostrum, id est Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus a sanctificatione et corpore ejus non recessamus. Sanctus Hilarius dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quid enim tam vult Deus quam ut quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ et panis e cœlo? et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque et detur oratur. Sanctus Augustinus dicit: De quotidianis autem brevibusque peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit: eorum est enim dicere:

* B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., terrarum.

† In **Æ.**, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., desunt omnia ab his

A Pater noster, qui es in cœlis; qui jam Patre tali regenerationi sunt ex aqua et Spiritu sancto: debet igitur hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet et illa a quibus vita fidelium etiam scelerata gesta paenitendo in melius mutata discedit. Ergo sicut Christus præcepit, sicut Apostolus admonuit, et quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione vel verbo vel opere delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus: quisquis ergo sacerdotum vel subjacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in publico aut in privato officio præterierit propter superbiam, judicatus ordinis sui honore mulctetur.

XI. De non cantando in Quadragesima Alleluia.

B Item cognovimus quosdam Hispaniae sacerdotes quod in quadragesimæ diebus *Alleluia* decantent præter in ultima hebdomada paschræ, quod deinceps fieri interdicimus, statuentes ut in omnibus predicationis quadragesimæ **371** diebus, quia tempus est non gaudii sed mœroris, *Alleluia* ideo non decantetur; tunc enim opus est fletibus ac jejuniis insistere, corpus cilicio et cinere in luere, aulum mœroribus dejicere, gaudium in tristitiam vertere, quounque veniat tempus resurrectionis Christi, quando oporteat *Alleluia* in letitia canere et mœrorem in gaudium commutare. Hoe enim Ecclesiæ universalis consensio [T. 2, consuetudo] in cunctis provinciarum a partibus roboravit, quod et a nobis omnibus ut conservetur per Hispanias Galliasque provincias oportebit: in temporibus quoque reliquorum calendis Januariis, quæ propter errorem Gentilium aguntur, omnino *Alleluia* non decantabitur, in quibus etiam præter pisces et olus, sicut in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abstinetur et a quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis igitur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni estimat præferendum, ordinis sui officio carere cogatur et communione ejusdem paschæ privetur.

XII. Quod laudes non mox post Apostolum sed post Evangelium sint dicendas.

In quibusdam quoque Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantantur priusquam Evangelium prædictetur, dum canones præcipiant post Apostolum non laudes, sed Evangelium e pronuntiare, præsumptio est enim ut anteponantur ea quæ sequent; nam laudes ideo Evangelium sequuntur propter gloriam Christi quæ per idem Evangelium prædicatur; circa omnes igitur sacerdotes hic ordo deinceps retineatur: excommunicationis poenam suscepturi qui hunc ordinem perturbaverint.

XIII. De hymnorum canto non remendo.

De hymnis etiam canendis et Salvatoris et apostolorum habemus exemplum, nam et ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Mattheo evangelista te-

vocibus: in temporibus, usque ad illas: *Si quis igitur.*

* **Æ.**, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., annuntiare.

stante : *Et, hymno dicto, exierunt in montem Oliveti* : et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit dicens : *Implemini Spiritu loquentes vos in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus.* Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprehendunt pro eo quod de Scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt; resplicant **372** ergo et illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus : *Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen.* Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt : *Gloria in excelsis Deo, et in terra paz hominibus bona voluntatis* : et reliqua quae ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec idem in ecclesie canendus est quia in sanctorum Scripturarum libris non est *? Componuntur ergo hymni, sicut componuntur missæ sive preces vel orationes sive commendationes seu manus impositiones, ex quibus si nulla dicantur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri atque hortatur Timotheum Apostolus dicens : *Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt.* Sicut igitur orationes ita et hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modo Gallia Hispanaque celebret : excommunicatione plectendi qui hymnos rejicerent fuerint ausi.

XIV. De hymno trium puerorum in cunctis missarum solemnitiis decantando.

Hymnum quoque trium puerorum, in quo universa cœli terraque creatura Deum collaudat et quem Ecclesia catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in missa dominicorum dierum et in solemnitatibus martyrum canere negligunt: proinde hoc sanctum concilium instituit, ut per omnes ecclesias Hispanæ vel Gallæ in omnium missarum solemnitate idem hymnus in pulpite decantetur: communionem amissuri qui et antiquam hujus hymni consuetudinem nostramque definitionem excesserint.

XV. Ut in fine psalmorum : Gloria et honor Deo sit dicendum.

In fine psalmorum non sicut a quibusdam hucusque *Gloria Patri, s. d. Gloria et honor Patri* dicatur, David propheta dicente : *Afferte Domino gloriam et honorem*: et Joannes evangelista in Apocalypsi audiuit vocem cœlestis exercitus dicentium : *Honor et Gloria Deo nostro sedenti in throno*: ac per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cœlis resonant. Universis igitur ecclesiasticis hanc observantiam damus, quam quisquis præteriorit communionis actuam habebit.

* *Ez., Ergo nec ipsi in ecclesiis canundi sunt, quia in sanctorum Scripturarum libris non inveniuntur?*

A 373 XVI. De discretione Gloriarum in fine responsoriis.

Sunt quidam qui in fine responsoriis Gloriam non dicant propter quod interdum inconvenienter resonat; sed hæc est discretio, ut in laetis sequatur *Gloria*, in tristioribus repetatur principium.

XVII. De Apocalypsis libro in omnibus recipiendo.

Apocalypsis librū multorum conciliorum auctoritas et synoda sanctorum præsum Romanorum decreta Joannis evangelistæ esse præscribunt, et inter divinos libros recipiendum constituerunt: et quia plurimi sunt qui ejus auctoritatem non recipiunt atque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt, si quis eum deinceps aut non receperit aut a Pascha usque ad Pentecosten missarum tempore in ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit.

B XVIII. Quod post benedictionem populo datum communicare debeant sacerdotes.

Nonnulli sacerdotes post dictam orationem dominicam statim communicant, et postea benedictionem populo dant, quod deinceps interdicimus; sed post orationem dominicam et conjunctionem panis et calicis benedictio in populum sequatur, et tunc demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine ut sacerdos et levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorūm populus.

XIX. De ordinatione episcoporum.

C Perniciosa consuetudo nequaquam est reticenda, quæ majorum statuta præteriens omnem Ecclesiam ordinem perturbavit, dum alii per ambitum sacerdotia appetunt, alii oblatis munieribus pontificatum assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati vel sæculari militiae dediti indigni ad honorem summi aës sacri ordinis pervenerunt; de quorum scilicet casu atque remotione oportuerat quidem statuendum, sed perturbatio quamplurima Ecclesiae oriaretur. Præteritis omissis, deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum necessario creditus inserendum: id est qui in aliquo crimen detecti sunt, qui infamie nota aspersi sunt, qui sclera aliqua per publicam poenitentiam admississe confessi sunt, qui in heresim lapsi sunt, qui in heresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semelipsos abscederunt, aut naturali defectu membrorum aut decisione aliquid minus habere noscuntur, qui **374** secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt aut numerosa conjugia frequentarunt, qui viduam vel marito relictam duxerunt aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas ad fornicationes habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui sæculari militiae dediti sunt, qui curiaz nexibus obligati sunt, qui insciæ litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem querunt, qui munieribus honorem obtinere moluntur, qui a dcessoribus in sacer-

D D

Digitized by Google

dotium eliguntur; sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, nec autoritas metropolitani vel comprovincialium ^a sacerdotum assensio exquisivit. Quicunque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, et in his quæ predicta sunt, exquisitus in nullo horum deprehensus fuerit atque examinatus probabilis vita atque doctrina existiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis aucto: carte a tribus in sacerdotium die dominica consecrabitur, conniventibus cæteris, qui absentes fuerint, litteris suis, et magis auctoritate vel præsentia ejus, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est ubi metropolitanus elegit: metropolitanus autem non nisi in civitate metropoli, comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra predicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatibus suis adepti honoris periculo subjacebit.

XX. De numero annorum quo sacerdotes et levitæ ordinantur.

In veteri lege ab anno vicesimo et quinto levitæ tabernaculo servire mandantur, cuius auctoritatem in canonibus et sancti Patres secuti sunt. Nos et divinae legis et conciliorum præcepti inimemores, infantes et pauperes levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque ne ulterius fiat a nobis et divinae legis et canonice admonemus sententiis, sed a viginti quinque annis ætatis levitæ consecratur, et a triginta presbyteres ordinantur, ita ut secundum apostolicum præceptum probentur primum, et sic ministrant nullum crimen habentes.

XXI. De castitate sacerdotum.

Quicunque in sacerdotio Dei positi sunt **375** irreprehensibiles esse debent, Paulo apostolo attestante: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse: inoffensos igitur et immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec ullo eos fornicationis contagio pollui, sed caste viventes mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, et ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi digni accedere et Deum pro delictis omnium deprecari.*

XXII. Ut episcopus in conclavi suo idoneum testimonium habeat.

Quamvis conscientiam puram apud Denm nos habere oporteat, tamen et apud homines famam optimam custodire convinit, ut juxta præceptum apostolicum non tantum coram Duo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimonium habeamus; quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creaverunt, dum in accusatione luxuriæ, in conver-

^a Ex cæteris Codicibus, præter A., in quo: provincialium.

^b Ex reliquis præter A. et E. 3, in quibus: prædicta.

satione vitæ non bona famæ existunt. Ut igitur excludatur deinceps omnis nefanda suspicio aut casus, et ne detur ultra sæcularibus obtrectandi locus, oportet episcopos testimonium probabilium personarum in conclavi suo habere, ut et Deo placeant per conscientiam puram ^c et Ecclesiæ per optimam famam.

XXIII. Ut presbyter vel diaconus vitæ sue habeant testimonium.

Non aliter placuit, ut quemadmodum antistites ita presbyteres atque levitæ quos forte infirmitas aut ætatis gravitas in conclavi episcopi manere non sinit, ut et iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine ita et meritis teneant.

XXIV. De conversione clericorum: ut in uno conclavi sint.

Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum, nihil enim incertius quam vita adolescentium; ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorenentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agant deputati probalissimo seniori, quem et magistrum doctrinæ et testem vitæ habent: quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela soveantur, ut et vita eorum a criminibus intacta sit, et res ab injurya improborum. Qui autem bis præceptis reluctaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes **376** animi et superbi severiori regula distingantur.

XXV. Ut sacerdotes Scripturarum sanctorum et canonicum cognitionem habeant.

C Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis suscepérunt: sacerdotes enim legere sancta Scriptura adiunget, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: *Intende lectioni, exhortationi, doctrinæ, semper permane in his.* Sciant igitur sacerdotes Scripturas sanctas et canones, ut omne opus eorum in prædicatione et doctrina consistat, atque ædificant cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina.

XXVI. De officiali libello parochianis presbyteris dando.

Quando presbyteres in parochias ordinantur, libellum officiale a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ne per ignorantiā etiam ipsis divinis sacramentis offendant, ita ut quando ad litanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant qualiter susceptum officium celebrant, vel baptizant.

XXVII. De professione parochianorum presbyterorum.

Quando presbyteres aut diacones per parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste et pure ^d vivant sub timore Dei, ut dum eos talis professio alligat ^e, vite sanctæ disciplina retineat.

XXVIII. De ordine quo depositi iterum ordinantur.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, si a gradu suo

^c A.E., B.R., E. 4, T. I., U., G., per conversationem boiam.

^d T. 2, casti et puri.

^e B. R., E. 4, T. I., U., G., obligat. T. 2, religat.

injuste dejectus in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat nisi gradus amissos recipiat, ut si episcopus fuerit recipiat coram altario de manu episcoporum orarium, annulum et baculum; si presbyter, orarium et planetam; si diaconus, orarium et albam; si subdiaconus, patenam et calicem; sic et reliqui gradus ea in reparationem sui recipient, quae cum ordinarentur perceperant.

XXIX. De clericis magos aut aruspices consulentibus.

Si episcopus quis, aut presbyter, sive diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos aut aruspices aut ariolos aut certe augures vel sortilegos vel eos qui profitentur arte in aliquam, aut aliquos eorum similia exercentes, **377** consulere fuerit reprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterii pœnam excipiat, ibique perpetue penitentiae deditus scelus admissum sacrilegii, iustus.

XXX. De sacerdotibus ad gentem extraneam nuntiis mitterentibus.

Constituti hostium sacerdotes, præter eos qui a regia potestate licentiam acceperunt, quodlibet mandatum ad gentem extraneam occulte accipere vel dirigere non presumant: qui autem reprehenditur atque convincitur, denuntiatus principi apud concilium condigna animadversione mulctabitur.

XXXI. De discretione causarum.

Sæpe principes contra quoslibet majestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt; sed quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri judices, ubi jure jurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consilium discussor in alienis periculis existiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

XXXII. De cura populorum [T. 2, pupillorum] et pauperum.

Episcopi in protegendis populis [T. 2, pupillis] ac defendendis impositam a Deo sibi curam non ambigant, ideoque dum consciunt judices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant; et si contempserint cinendari, eorum insolentias regius auribus intiment, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coercent. Si quis autem episcoporum id neglexerit, concilio reus erit.

XXXIII. Ne de facultatibus ecclesiistarum, excepta tercia oblationum, episcopus aliquid auferat.

Avaritia radix cunctorum malorum, cuius sitis etiam sacerdotum mentes oblitus; multi enim fidellum in amorem Christi et martyrum in parochis episcoporum basilicas construunt, oblationes conscribunt, sacerdotes hanc auferunt atque in usus suos convertunt: inde est quod cultores sacrorum deficiunt dum stipendia sua perdunt, inde labentium basilicarum ruine non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua te constitu-

A tum est a præsenti concilio episcopos ita dioceses suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre, sed juxta priorum auctoritatem concilio tam de **378** oblationibus quam de tributis ac frugibus tertiam consequantur: quod si amplius quidpiam ab eis præsumptum existiterit, per concilium restauretur, appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum si jam illi a sæculo deceserunt. Noverint autem conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conserunt nullam potestatem habere, sed, juxta canonum constituta, sicut Ecclesiam ita et dotem ejus ad ordinationem episcopi pertinere.

XXXIV. De tricenni tempore et propter provincias causarum discretionis.

Quicunque episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum jus legis ejus jam videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio reponscendi, sed hoc intra unam provinciam, extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur provinciarum termini confundantur.

XXXV. De basilicis noviter constructis ad quem episcopum pertineant.

Sicut diocesim alienam tricennialis possessio tollit, ita territorii conventum non adimit, ideoque basilicæ quæ novæ conditæ fuerint ad eum procul dubio episcopum pertinebunt, cujus conventus esse constituerit.

XXXVI. De requisitione ab episcopis per singulos annos in parochiis peragenda.

Episcopum per cunctas dioceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quid unaquæque basilica in reparationem suæ indigeat; quod si ipse aut languore detenus, aut aliis occupationibus implicatus id explore nequiverit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui et redditus basilicarum et reparaciones et ministrantium vitam inquirant.

XXXVII. De promissi solutione ex rebus Ecclesiæ.

Quicunque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiastica utilitati providerint et pro eo quodcumque modicum in remuneratione promiserint, promissi solutionem eos exsolvere oportebit, ita ut id ad concilium comprovinciale deductum eorum convenientia confirmetur, quia sicut Paulus apostolus ait: *Dignus est operarius mercedem suam accipere.*

XXXVIII. De suffragio fundatoribus ecclesiarum vel filiis eorum impertiendo.

Præbendum est a sacerdotibus vita solatum **379** indigentibus et maxime his quibus restituenda vicissitudo est: quicunque ergo fidellum de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid devotione propria contulerint, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipient. Si enim clericis vel monachis seu peregrinis aut quamlibet necessitatem sacerdotibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticae largiuntur, quanto magis his consumendum est quibus retributio justa debetur?

**XXXIX. De discretione presbyterorum et diaconorum, A
ut in utroque choro consistant.**

Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut sese presbyteris anteponant atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis : ergo ut subligniores sibi presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in utroque choro consistant.

XL. De uno orario a diaconibus utendo, nec ornato sed puro.

Orariis duobus nec episcopo quidem licet nec presbytero uti, quanto magis diacono qui minister eorum est? Unum igitur orarium oportet levitatem gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat, dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat : caveat igitur amodo levitas gemino uti orario, sed uno tantum et puro nec ullis coloribus aut auro ornato.

XLI. De qualitate tonsuræ a cunctis clericis vel lectoribus habenda.

Omnes clerici vel lectores sicut levite et sacerdotes, detinso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut hucusque in Gallæcæ partibus facere lectores videntur, qui prælixis ut laici comis in solo capitellis apice modicum circumulum tundunt, ritus enim iste in Hispaniis hereticorum fuit; uade oportet ut pro amputando Ecclesiæ scandalo hoc signum dedecoris auferatur, et una sit tonsura vel habitus sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit fidei catholicæ reus erit.

XLII. De remotione mulierum a consortio clericorum.

Cum clericis extraneæ feminæ nullatenus habent, nisi tantum mater et soror, filia vel amita, in quibus personis nihil sceleris aestimari sedus naturæ permittit : id **380** eam et constitutio antiquorum Patrum decrevit.

XLIII. De venditione mulierum quæ clericis conjunctæ noscuntur.

Quidam clerici legitimum non habentes conjugium extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, ideoque quacunque clericis taliter adjunete ^a sunt, ab episcopo auctorantur et venundentur, illis pro tempore religatis ^b ad paenitentiam quos sua libidine infecerunt [Æ. 4, interfecerunt].

XLIV. De personis mulierum quas non convenit clericis copulari.

Clerici qui sine consulta episcopi sui uxores ducent, aut viduam vel repudiatam vel meretricem in conjugium acceperint, separari eos a proprio episcopo oportebit.

XLV. De clericis qui arma sumpserint.

Clerici quo in quacunque seditione arna volentes sumpserint aut sumpserunt, reporti amissio ordinis sui gradu, in monasterium paenitentia contrandantur.

^a Æ., B.R., E. 4, T. 1, conjunctæ.

^b Æ., B.R., E. 4, ligatis. T. 1, U., G., relegatis.

XLVI. De clericis sepulcræ demoliendibus.

Si quis clericus in demolieundi sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine subnoveri et paenitentia triennio deputari.

XLVII. De absolutione a laboribus vel indictionibus clericorum ingenuorum.

Præcipiente domino nostro atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atque labore habeantur imminunes, ut liberi Deo servant nullaque prepediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

XLVIII. De institutione economorum.

B Eos quos economos Græci vocant, hoc est qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet; qui autem deinceps contempserit, obnoxius eidem magno concilio erit.

XLIX. De professione monachorum.

Monachum aut paterna devotio aut propria **381** professio facit; quidquid horum fuerit, allatum tenebit : prouinde eis ad mundum reverti intercludimus aditum, et omneum ad sacerdolum interdicimus regressum.

C **L. De clericis qui monachorum propositum appetunt.** Clerici qui in monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

L.I. De discretione potestatis episcoporum quam in monasteriis habere possunt.

D Nuntiatum est praesenti concilio quod monachi episcopali imperio servili opere mancipentur et iura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cenobio possessio fiat atque illustris portio Christi ad ignominiam servitatemque perveniat; quapropter monemos eos qui ecclesiis præsunt, ut ultra talia non præsumant, sed hoc tantum sibi in monasteriis vindicent sacerdotes quod præcipiunt canones : id est monachos ad conversationem sanctam præmonere, abbates aliaque officia instituere, atque extra regulam acta corrigere. Quod si aliquid in monachis canonibus interdictum præsumpsent aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis qui se deinceps nequaquam substulerint ab illicitis.

LII. De monachis vagis.

Nounulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad sacerdolum revertuntur, sed etiam et uxores accipiunt : hi igitur revocati in idem monasterium a quo exierunt paenitentia deputentur, ibi ^c defecant criminia sua unde decesserunt.

^c Ab hoc voce : ibique usque ad finem canonis de sunt omnia in A.

LII. *De religiosis ratis.*

Religiosi viri proprie regionis qui nec inter clericos nec inter monachos habentur, sive hi qui per diversa loca vagi seruantur [Æ., vagitantur], ab episcopis in quorum conventu comitanete noscuntur licentia eorum coerceatur, in clero aut in monasteriis deputati, praeter hos qui ab episcopo suo aut p[ro]pter statem, aut propter languorem fuerint absoluti.

LIV. *De discretione paenitentium.*

Hi qui in discrimine constituti paenitentiam **382** accipiunt nulla manifesta scelera constentes, sed tantum peccatores se praedicantes, hujusmodi si revaluerint possunt etiam pro morum probitate ad gradus ecclesiasticos pervenire; qui vero ita paenitentiam accipiunt ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus possunt, quia se confessione propria notaverunt.

LV. *De paenitentibus viris ac viduis sive virginibus.*

Quicunque ex saecularibus accipientes paenitentiam se tollenderunt, et rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo ad paenitentiam ex qua recesserant revocentur; quod si aliqui per paenitentiam ^a irrevocabiles sunt nec ad mortali revertuntur, vere ut apostatae coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter et hi qui detorsi a parentibus fuerint aut sponte sua, amissis parentibus, se ipsos religioni voverunt, et postea habitus saeculares sumpserunt, et idem a sacerdote comprehensi ad cultum religionis acta prius paenitentia revocentur; quod si reverti non possunt, vere ut apostatae anathematis sententiae subjiciantur. Quæ forma servabitur etiam in viduis virginaibusque sacris ac paenitentibus feminis quæ sanctimoniale habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt aut ad nuptias transierunt.

LVI. *De discretione viduarum saecularium et sanctimonialium.*

Duo sunt genera viduarum, saeculares et sanctimoniales: saeculares viduae sunt quæ adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt; sanctimoniales sunt quæ, jam mutato habitu saeculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel ecclesiae apparuerunt. Itæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes postea castitatis propositionem abjecerunt.

LVII. *De discretione Judæorum: qui non, vel qui credere vi cogantur.*

De Judæis autem hoc præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre, *Cui enim vult Deus miseretur et quem vult indurat;* non enim tales inviti salvandi sunt sed volentes, ut integræ sit forma justitiae: sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic vocante gratia Dei propriæ mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi sed **383** liberi ar-

^a Æ., B. R., E. 4, per potentiam.

^b Æ., B. R., E. 4, erraverunt.

A arbitrii facultate ut convertantur suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religioissimi principis Sisebuti, quia jam constat eos sacramentis divinis associatos et baptismi gratiam suscepisse et chrismate unclos esse et corporis Domini et sanguinis existuisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate suscepérunt tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides quam suscepérunt vilis ac contemptibilis habeatur.

LVIII. *De his qui contra fidem Christi Judæis munus et favorem præstant.*

Tanta est quorundam cupiditas, ut quidam eam appetentes juxta quod ait Apostolus etiam a fide erraverint ^b; multi quippe hucusque ex sacerdotibus atque laicis accipientes a Judæis munera perfidiari eorum patrocinio suo sovebant, qui non immerito ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra Christum faciunt. Quicunque igitur deinceps episcopus sive clericus vel saecularis illis contra fidem Christianam suffragium vel munere vel favore præstiterit, vere ut profanus et sacrilegus anathema effectus ab Ecclesia catholica et regno Dei efficiatur extraneus, quia dignum est ut a corpore Christi separetur qui inimicis Christi patronus efficitur.

LIX. *De Judæis dudum Christianis, et postea in priorem ritum concversis.*

Plerique qui ex Judæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christianum non solum Judaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam et abominandas circumcisiones exercere præsumperunt: de quibus consulto piissimi ac religiosissimi principis domini nostri Sisenandi regis hoc sanctum decrevit concilium, ut hujusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis revocentur, ut quos voluntas propria non emendat animadversio sacerdotalis coerceat. Eos autem quos circumcididerunt, si filii eorum sunt, a parentum consortio separantur; si servi, pro injuria corporis sui libertati tradantur.

LX. *De filiis Judæorum, ut a parentibus separati Christianis debeant deputari.*

D Judæorum filios vel filias, ne parentum ultra involvantur errore ^c, ab eorum consortio separari decernimus deputatos aut monasteriis aut Christianis viris ac mulieribus **384** Deum timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant.

LXI. *De filiis fidelibus Judæorum, ne parentum prævaricatione a bonis suis excuses fiant.*

Judæi baptizati si postea prævaricantes in Christianum qualibet poena damnati existenterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia ut scriptum est: *Filius non portabit iniuriam patris.*

^c Æ., B. R., E. 4. T. 1, 2, U., erroribus.

LXII. *De Judæis baptizatis, qui infidelibus Judæis se sociant.*

Sæpe malorum consortia etiam bonos corrum-
punt; quanto magis eos qui ad vitia proni sunt?
Nulla igitur ultra communio sit Hebreis ad fidem
Christianam translati cum his qui adhuc in veteri
rito consistunt, ne forte eorum participio subver-
tantur. Quicunque igitur amodo ex his qui baptizati
sunt infideliu[m] consortia non vitaverint, et hi Chri-
stianis donentur, et illi publicis cædibus deputentur.

LXIII. *De Christianorum Judæorumque conjugiis.*

Judæi qui Christianas mulieres in conjugio ha-
bent admoneantur ab episcopo civitatis ipsius, ut si
cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur;
quod si admoniti noluerint, separantur, quia non
potest infidelis in ejus permanere conjunctione que
jam in Christianam translatæ est fidem; filii autem
qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem
matris sequantur: similiter et hi qui procreati sunt de
infidelibus mulieribus et fidelibus viris Christianam
sequantur religionem, non Judaicam superstitionem.

LXIV. *De Judæis conversis et post prævaricantibus,
ut ad testimonium non admittantur.*

Non potest erga homines esse fidelis qui Deo ex-
stiterit infidus ^a: Judæi ergo, qui dudum Christiani
effecti sunt et nunc in Christi fidem prævaricati sunt,
ad testimonium dicendum admitti non debent,
quamvis sese Christianos annuntient, quia sicut in
fide Christi suspecti sunt, ita et in testimonio hu-
mano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum
testimonium qui in fide falsi docentur, nec eis esse
credendum qui veritatis a se fidem abiciunt.

LXV. *Ne Judæi officia publica agant.*

Præcipiente domino atque excellentissimo **385**
Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, ut
Judæi, aut hi qui ex Judæis sunt, officia publica nul-
latenus appellant, quia sub hac occasione Christianis
injuriam faciunt: ideoque judices provinciarum cum
sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter elici-
tas ^b suspendant, et officia publica eos agere non
permittant. Si quis autem judicum hoc permiserit,
velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, et is
qui subrepserit publicis cædibus deputetur.

LXVI. *Ne Judæi mancipium Christianum habeant.*

Ex decreto gloriosissimi principis hoc sanctum
elegit concilium, ut Judæis non licet Christianos
servos habere, nec Christiana mancipia emere, nec
eiusquam consequi largitate: nefas est enim ut
membra Christi serviant Antichristi ministris. Quod
si deinceps servos Christianos vel ancillas Judæi ha-
bere præsumperint, sublati ab eorum dominatu li-
bertatem a principe consequantur.

LXVII. *De libertis Ecclesiæ.*

Et si qui nulla ^c ex rebus suis pauperibus Christi
distribuunt æterni Judicis voce in futurum condemna-
bentur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus

A quod non dederunt? Quapropter episcopi qui nihil
ex proprio suo Ecclesiæ Christi compensaverunt hanc
divinam sententiam metuant, et liberos ex familiis
Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non pre-
sumant; impium est enim ut qui res suas ecclesiæ
Christi non contulit damnum inferat et jus Ecclesiæ
alienare intendat: tales igitur libertos successor
episcopus absque aliqua opposione ad jus Ecclesiæ
revocabit, quia eos non æquitas sed improbitas ab-
solvit.

LXVIII. *De discretione manumissorum Ecclesiæ.*

Episcopus qui mancipium juris Ecclesiæ non re-
tent ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat,
duo meriti ejusdem et peculi coram concilio Eccle-
siae, cui præminent, per communionem subsci-
bentibus sacerdotibus offerat, ut rata et justa inveniatur
definitio commutantis; tunc enim liberam manu-
missionem sine patrocinio Ecclesiæ concedere pote-
rit, qui ^d eum quem libertati tradere disponit jam
juri proprio acquisivit. Illiusmodi autem liberto
adversus Ecclesiam cuius juris extitit accusandi
vel testificandi denegetur licentia; quod si presum-
pserit, placet ut stante commutatione in servitulam
propriæ ecclesiæ revocetur, quam nocere conatur.

386 LXIX. *Quod liberti ex familia Ecclesiæ pro com-
pensatione acquisitæ rei possint fieri a sacerdotibus.*

Consensus totius concilii definit, ut sacerdotes
qui aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil ha-
bentes aliqua tamen prædia aut familias ecclesiæ suis
conquirunt, licebit illis aliquos de familiis ejusdem
Ecclesiæ manumittere juxta rei collatæ modum,
quem antiqui canones decreverunt, ita ut cum pecu-
lio et posteritate sua ingenui sub patrocinio Ecclesiæ
maneant, utilitates injunctas sibi juxta quod potue-
rint prosequentes.

LXX. *De professione libertorum Ecclesiæ.*

Liberti Ecclesiæ, quia nunquam moriuntur eorum
patrona, a patrocinio ejusdem nunquam discedant,
nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones
decreverunt; ac ne forte libertas eorum in futura
prole non pateat ipsaque posteritas naturali ingenui-
tate obnitens sese ab Ecclesiæ patrocinio subtrahat,
necessæ est ut tam idem liberti quiam ab eis proge-
niti professionem episcopo suo faciant, per quam se

D ex familia Ecclesiæ liberos effectos esse fateantur,
eiusque patrocinium non relinquant, sed juxta vir-
tutem suam obsequium ei vel obedientiam præbeant.

LXXI. *De libertis Ecclesiæ ejusdem patrocinium re-
linquentibus.*

Liberti Ecclesiæ qui a patrocinio ejus discedentes
quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire
contempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per
inobedientiæ contemptum ingrati actione tenentur.

LXXII. *De libertis patrocinio Ecclesiæ commendatis.*

Liberti qui a quibuscumque manumissi sunt alio
Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut re-

^a A.E., B. R., E. 4, T. 1, 2, *infidelis.*

^b Ex reliquis, præter A., in quo: *relictas.*

^c T. 1, *Etsi hi qui nulla.* T. 2, *Si qui nulla.*

^d A.E., B. R., E. 4, T. 1, *quia.*

gulo: antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur sive in statu libertatis eorum seu in peculio quod habere noscuntur.

LXXXIII. *De discretione libertorum qui ad ecclesiasticos honores pervenire possunt.*

Quicunque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum submet in eis obsequium patronus retinet, isti si sine crimine sunt a clericatus ordinem libere suscipiuntur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc a patrono servit: **387** tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini stant ex clericis servi.

LXXXIV. *De libertis Ecclesiae qui ad sacerdotium promoveantur.*

De familiis Ecclesiae constituere presbyteres et diacones per parochias licet, quos tamen vita retitudo et probitas morum commendat, ea tamen ratione ut antea inanumissi libertatem status sui percipient et denuo ad ecclesiasticos honores succedant: irreligiosum est enim obligatos existere servitute, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem. Quidquid autem talibus aut per libertatem concessum aut successione extiterit debitum, aut a quolibet quoquomodo collatum, non licet eis quidquam inde in extraneas personas transmittere, sed omnia ad jus Ecclesiae, a qua manumissi sunt, post eorum obitum pertinere: his quoque sicut et ceteris Ecclesiae libertis accusandi vel testificandi adversus Ecclesiam aditus intercluditur; quod si aspiraverint, non solum libertatis beneficio carant, sed etiam et honoris gradu quem non dignitate naturae sed temporis necessitate a promovererunt.

LXXV. *De commonitione plebis ne in principes delinquantur: de electione principum: de commonitione principum qualiter iudicantur: atque de execratione Sanctorum et conjugis ac prolis ejus: similiter et de Ceilane germano ejus, ac rebus eorum.*

Post instituta quedam ecclesiastici ordinis vel decreta quæ ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum et stabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum sub Deo judice ferre decreatum: multarum quippe gentium, ut fama est, tanta exstat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis observare contenant, et ore simulenti juramenti professionem dum retineant mente perfidiae impietatem, jurant enim regibus suis et fidem quam polluentur prævaricant; nec metuunt volumen illud iudicij Dei, per quod inducitor maleficio multaque poenarum communatio super eos qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ igitur spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? quod foedus non violandum? quæ in hostibus jurata sponsio permanebit, quando nec ipsis propriis regibus juratam fidem **388** conservant? Quis enim adeo su-

* A.E., B.R., tempore necessitatis.

Ariosus est qui caput suum manu propria dese: et Illi ut notum est immemores salutis suæ propria manus se ipsis interimunt, in semictipos suosque reges proprias convertendo vires, et dum Dominus dicat: *Nolite tangere christos meos;* et David: *Quis, inquit, extendet manum suam in christum Domini et innocens erit?* Illis nec vitare metus est perjurium nec regibus suis inferre exitium: hostibus quippe fides pacti datur nec violatur; quod si in bello fides vallet, quanto magis in suis servanda est? Sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eis sit pacti transgressio, sed et in Deum quidem in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est quod multa regna terrarum cœlestis iracundia ita permulavit, ut per impietatem Ædei et morum alterum ab altero solveretur: unde et nos cavere oportet casum hujusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur præcipiti et poena puniamur crudeli: si enim Deus angelis in se prævaricantibus non pepercit qui per inobedientiam cœleste habitaculum perdiderunt, unde per Esaiam dicit: *Inebriatus est gladius meus in cœlo;* quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem sævientis Dei gladio perreamus? Quod si divinam iracundiam vitare volumus et severitatem ejus ad clementiam provocare cupimus, servemus erga Deum religionis cultum atque timorem et usque in mortem custodiamus erga principes nostros pollicitam si leni atque sponsonem: non sit in nobis sicut in quibusdam gentibus infidelitatis subtilitas impia, non subdola mentis perfidia, non perjurii nefas, nec coniurationum nefanda molimina; nullus apud nos præsumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas seditiones civium; ne quo meditetur interitus regum, sed defuncto in pace principe primatus totius gentis cum sacerdotibus successorem regni consilio communis constituant, ut dum unitatis concordia a nobis retinetur, nullum patriæ gentisque discidium per vim atque ambitum oriatur. Quod si hoc admonitio mentes nostras non corrigit et ad salutem communem cor nostrum nequam perducit, audite sententiam nostram: Quicunque igitur a nobis vel totius Hispaniae populis qualibet coniuratione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu vel conservatione regis salutis pollicitus est, temeraverit aut regem nece attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyranica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Dei Patris et angelorum, atque ab Ecclesia catholica quæ perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni cœtu Christianorum **389** alienus cum omnibus impietatis suæ sociis, quia oportet ut una pena teneat obnoxios quos similis error invenerit implicatos. Quod iterum secundo replicamus dicentes: Quicunque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae populis qualibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum

statu vel conservatione regiae salutis pollicitus est, violaverit aut regem nece attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrranica regni fastigium usurpaverit, anathema in conspectu Christi et apostolorum ejus sit, atque ab Ecclesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni consortio Christianorum alienus, et damnatus in futuro Dei iudicio habeatur cum participibus suis, quia dignum est qui talibus sociantur ipsi etiam damnationis eorum participationi obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus dicentes: Quicunque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae populis qualibet mediatione vel studio sacramentum Audei sue quod pro patris salute gentisque Gothorum statu vel incolumentate regiae potestatis pollicitus est, violaverit aut regem nece attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrranica: egni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti et martyrum Christi, atque ab Ecclesia Christi catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni communione Christianorum alienus, neque partem justorum habeat sed cum diabolo et angelis ejus æternis suppliciis condemnetur una cum eis qui eadem conjuratione militantur, ut par poena perditionis contingat quos in pernicie prava societas copulat: et ideo si placet omnibus qui adestis haec tertio reiterata sententia, vestre vocis eam consensu firmate. Ab universo clero vel populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitiōem præsumpscrit, anathema Maran atba, hoc est perditio in adventu Domini sit, et cum Iuda Iscariote partem habeat et ipse et socii eorum. Amen.

Quapropter nos ipsi sacerdotes omnem Ecclesiam Christi ac populum admisionemus, ut haec tremenda et toties reiterata sententia nullum ex nobis presenti atque æterno condemnnet iudicio, sed fidem promissam erga glorioissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes ac sincera illi devotione simulantes, non solum divinæ pietatis clementiam in nobis provocemus, sed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. Te quoque presentem regem futurosque ætatum sequentium principes humilitate qua debemus depositimus, ut moderati et milites erga subjectos existentes cum **390** justitia et pietate D populos a Deo vobis creditos regatis, bouiamque vicisitudinem qui vos constituit largiori Christo respondetis, regnantes in humilitate cordis cum studio bonaæ actionis, nec quisquam vestrum solus in causis capitum aut rerum sententiam ferat, sed consensu publico cum rectoribus ex iudicio manifesto delinquentium culpa patescat, servata vobis inoffensis mansuetudine, ut non severitate magis in illis quam indulgentia pollicatis; ut dum omnia haec auctore Deo plus a vobis moderamine conservantur, et reges in popu-

A lis, et populi in regibus, et Deus in utrisque latetur. Sane de futuris regibus hanc sententiam promulgamus: Ut si quis ex eis contra reverentiam legum superba dominatione et fastu regio in flagitis et facinore sive cupiditate crudelissimam potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia a Christo Domino condemnetur, et habeat a Deo separationem atque iudicium propter quod præsumpscerit prava agere et in perniciem regnum convertere.

De Saintilane vero qui scelera propria metuens se ipsum regno privavit et potestatis facultibus exiit id cum gentis con-ulti decrevimus: Ut neque cuudem vel uxorem ejus propter mala quæ commiserunt, neque filios eorum, unitati nostræ unquam consociemus, nec eos ad honores a quibus ob iniuriam dejecti sunt aliquando promoveamus, quique etiam sicut fastigio regni habentur extranei, ita et a possessione rerum quas de miserorum sumptibus hauserant manent alieni, præter in id quod pietate piissimi principis nostri fuerint consecuti. Non aliter et Geilanem memorati Saintilanis et sanguine et scelere fratrem, qui nec in germanitatis fœdere stabilis exstitit nec fidem glorioissimo domino nostro pollicitam conservavit, hunc igitur cum conjugi sua, sicut et antefatos, a societate gentis aique consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus in quibus per iniuriam creverant reduces fieri, præter in id quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis nostri, cuius gratia et bonos donorum præmis dedit et malos a beneficentia sua non separat.

C Gloria autem et honor omnipotenti Deo in cuius nomine congregati sumus; post haec pax, salus et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Sisenando regi, cuius devotio nos ad haec decreta salutiferum convocavit, corroboret Christi gloria regnum illius gentisque Gotborum in fide catholica, annis et meritis protegat illum usque ad ultimam senectutem summi Dei gratia, et post id præsentis regni gloriam ad æternum regnum transeat, ut sine fine regnet **391** qui intra sæculum fideliter imperat, ipso præstante qui est rex regum et dominus dominorum cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Definitis itaque his quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosisimo principe, placuit d. inde nulla re impediens a quolibet nostrum ea quæ constituta sunt temerari, sed cuncta salubri consilio conservare: quæ quia prosecutibus Ecclesiæ et animæ nostræ convenient, etiam propria subscriptione ut permaneant roboramus.

I. Ego Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Hispaniensis metropolitanus episcopus haec statuta subscripsi.

II. Ego Sclua ^b in Christi nomine Ecclesiæ Narbonensis metropolitanus episcopus subscripsi.

* AE., B. R., E. 4. T. 1, 2, G., feliciter.

^a AE., dominantium.

^c In A. et E. 3 additur: et subscripterunt omnes.

^d Ex ceteris, præter A., in quo: Isclua.

III. Ego Stephanus in Christi nomine Ecclesiae Emeritensis metropolitanus episcopus subscripti.

IV. Ego Justus in Christi nomine Ecclesiae Tolitanæ metropolitanus episcopus subscripti.

V. Ego Julianus in Christi nomine Ecclesiae Bracarense metropolitanus episcopus subscripti.

VI. Ego Audax in Christi nomine Ecclesiae Tarraconensis metropolitanus episcopus subscripti.

Stephanus Ausonensis Ecclesiae episcopus subscripti.

Petrus Ecclesiae Beterensis episcopus subscripti.

Acutulus Ecclesiae Elenensis episcopus subscripti.

Nunnitus Ecclesiae Gerundensis episcopus subscripti.

Conantius ^a Ecclesiae Palentinae episcopus subscripti.

Clarentius Ecclesiae Accitanæ episcopus subscripti.

Sisodus Ecclesiae Emporitanæ episcopus subscripti.

Vigintinus Ecclesiae Vigastrensis episcopus subscripti.

Bonifa Ecclesiae Cauriensis episcopus subscripti.

Hilarius ^b Ecclesiae Complutensis episcopus subscripti.

Eusebius Ecclesiae Bastitanæ episcopus subscripti.

Gabinius Ecclesiae Calaguritanæ episcopus subscripti.

Joannes Ecclesiae Eleplensis episcopus subscripti.

Sisisclus Ecclesiae Elboensis episcopus subscripti.

392 Marcellus Ecclesiae Urcitanæ episcopus subscripti.

Deodatus Ecclesiae Egabrensis ^c episcopus subscripti.

Joannes Ecclesiae Dertosanæ episcopus subscripti.

Eusebius Ecclesiae Valeriensis episcopus subscripti.

Leudfredus Ecclesiae Cordubensis episcopus subscripti.

Jacobus Ecclesiae Mentesanæ episcopus subscripti.

Germanus Ecclesiae monasterii Dumiensis episcopus subscripti.

Samuel Ecclesiae Irensis episcopus subscripti.

Profuturus Ecclesiae Lamicensis episcopus subscripti.

Servusdei Ecclesiae Calabrensis episcopus subscripti.

Montensis Ecclesiae Egitaniensis episcopus subscripti.

Remesarius Ecclesiae Nemausensis episcopus subscripti.

^a U., G., *Calantius*.

^b Desumpta hujus episcopi subscriptio ex B. R., E. 4, T. 1, 2, G., cum desit in reliquis.

^c Ex B. R., G. In A., E. 3, *Gabriensis*. E. 4, T. 1, 2, *Segabrensis*. U., *Agabrensis*. Deest in AE.

Concordius Ecclesiae Asturicensis episcopus subscripti.

Ranarius Ecclesiae Urgellitanæ episcopus subscripti.

Eugenius Ecclesiae Egarensis episcopus subscripti.

Florentius Ecclesiae Setabitanæ episcopus subscripti.

Theodoigius Ecclesiae Abilensis episcopus subscripti.

Abentius ^d Ecclesiae Astigitanae episcopus subscripti.

Pimenius Ecclesiae Asidonensis episcopus subscripti.

Aetherius Ecclesiae Eliberitanæ episcopus subscripti.

Anatholius Ecclesiae Lutiphensis ^e episcopus subscripti.

Fructuosus Ecclesiae Ilerdensis episcopus subscripti.

Perseverantius Ecclesiae Castulonensis episcopus subscripti.

Musitacius Ecclesiae Valentianæ episcopus subscripti.

Wiaricus Ecclesiae Olyssiponensis episcopus subscripti.

Antonius ^f Segobriensis ^g Ecclesiae episcopus subscripti.

Ansiulphus Ecclesiae Portucalensis episcopus subscripti.

Serpentinus Ecclesiae Illicitanae episcopus subscripti.

393 Suabila [T. 1, Suabia] Ecclesiae Oretanensis episcopus subscripti.

Metopius Ecclesiae Britanniensis episcopus subscripti.

Anastasius Ecclesiae Tudensis episcopus subscripti.

Elpidius Ecclesiae Tirasonensis episcopus subscripti.

Osulfus Ecclesiae Oscensis episcopus subscripti.

Braulio Ecclesiae Cesaraugustanae episcopus subscripti.

Ansericus Ecclesiae Segobiensis episcopus subscripti.

Ildisclus Ecclesiae Segontiensis episcopus subscripti.

Eparchius Ecclesiae Italicensis episcopus subscripti.

Lausus Ecclesiae Vesensis episcopus subscripti.

Modurius Ecclesiae Pacensis episcopus subscripti.

Hicilia Ecclesiae Salamanticensis episcopus subscripti.

394 Vasconius Ecclesiae Lucensis episcopus subscripti.

^d B. R., *Habentius*.

^e B. R., *Lutevensis*. E. 4, T. 1, 2, *Lutensis*.

^f Desumpta hujus episcopi subscriptio ex B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., cum desit in reliquis.

^g U., G., *Egabrensis*.

Egila Ecclesiæ Ojomensis episcopus subscripti.

Centaurus ^a Ecclesiæ Tuccitanæ presbyter, agens vicem domini mei Fidentii episcopi, subscripti.

Renatus Ecclesiæ Copimbriensis archipresbyter, agens vicem domini mei Ermulsi episcopi, subscripti.

Marcus Ecclesiæ Auriensis presbyter, agens vicem domini mei David episcopi, subscripti.

Joannes Ecclesiæ Barcinonensis presbyter, agens

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, G., *Centaurus presbyter vicarius Fidentii Tuccitani episcopi subscripti; hanc formula u'untur hi Codices in reliquis subscriptionibus.*

A vicem domini mei Severi [Æ., Eusebii] episcopi, subscripti.

Domarius Ecclesiæ Arcavicensis archidiaconus, agens vicem domini mei Carterii episcopi, subscripti.

Stephanus Ecclesiæ Magalonensis archidiaconus, agens vicem domini mei Genesii episcopi, subscripti.

Domnellus Ecclesiæ Carcasonensis archidiaconus, agens vicem domini mei Sollemnii episcopi, subscripti.

L

CONCILIUM TOLETANUM QUINTUM.

VIGINTI QUATUOR EPISCOPORUM, HABITUM ÆRA ^a DCLXIV, ANNO PRIMO DOMINI NOSTRI CHINTILANI REGIS.

Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniæ sacerdotes Domini in uno pacis collegio in basilica sancte martyris Leocadiæ qui consedimus gratiarum actiones omnipotenti Domino persolvimus propter suam magnam misericordiam, cuius nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri Chintilani regis initia, ob ejus salutis et felicitatis constantiam supernam imploramus clementiam, qui in medium nostri cœlus ingressus cum optimatibus et senioribus palati sui supplex se omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione [U., G., oratione] coegit, atque banc institutionem, quam ex præcepto ejus et decreto nostro sancimus, diviuia inspiratione præmisit.

395 I. De institutione novarum litaniarum.

Scilicet ut in cuncto regno a Deo sibi concessa specialis et propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut a die iduum Decembrium litaniae triduo ubique annua successione peragantur et indulgentia delictorum lacrymis impetretur; quod si dies dominica intercesserit, in sequenti hebdomada celebrantur, ut quoniam abundante iniquitate et deficiente charitate eo usque protelatur malitia ut nova exerceantur facinora, nova quoque hæc ipsa surget consuetudo quæ possit ante omnipotentis oculos nostra esse purgatio.

II. De custodia salutis regum et defensione prolis præsentium principum.

Summa autem nobis vigilancia et grandi religionis cura providendum est, ut mala quæ assidue prohibita perpetrantur circumiuspecta disciplina ecclesiastica extirpentur, non enim incassum scriptum est: Pestilenti flagellato stultus sapienior erit. Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum experientia pene semper ac sæpe fieri discimus quod magnopere vitare debemus, quodque etiam custodiutros nos cum divinis sacramentis spondimus temeritate violamus, ideo frequenter est compescendum quod

B crebro invenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedentibus ac deinde sequentes invideant anteriores, ut cuncta quieta et pacata perinaneant, hæc nostri concilii communiter considerata deferatur sententia: Ut servatis quæcumque in universali et magna synodo provisa conscriptaque circa principum salutem et utilitatem sunt, hæc quoque adjecta custodianter: videlicet, ut omni benignitate omnique firmitate circa omnem posteritatem principis nostri Chintilani regis teneatur dilectio et præbeatur rationabile defensionis adminiculum, ne rebus justis provisis aut etiam parentum digna provisione procuratis vel juris proprietate injuste fraudentur, ne a quoquam causæ illicitæ et exquisite lœdendi eos præbeantur, ne quocunque modo quibuslibet rebus spreta dilectione molestentur; hæc enim licentia efficit et principes in subjectis suspectos et subjectos in bonis principum cupidos. Quocirea ne hæc præmissa temerentur et ut cupiditas radix omnium malorum auferatur, 396 contestamur omnes præsentes et absentes vel etiam futuris temporibus subsequentes eorum Deo et angelis ejus, quod si quisquam nostræ contestationis temerator extiterit atque contemptor et quacunque argumentatione odiose eos molestare aut in aliquo fuerit conatus lœdere, sit anathema in Christianorum omnium cœtu atque superno condemnetur judicio, sit exprobabilis omnibus catholicis et abominabilis sanctis angelis in ministerio Dei constitutis, sit in hoc sæculo perditus et in futuro condemnatus, quia tam rectæ provisioni noluit præbere consensum.

III. De reprobatione personarum quæ prohibentur adipisci regnum.

Inexpertis et novis morbis novam decet invenire medelam: quapropter quoniam inconsideratae querundam mentes et se minime capientes, quos nec origo ornat nec virtus decorat, passim putant licenter ad regiæ potestatis ^d pervenire fastigia, hujus

^a Ex B. R., E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquis, erra CLXXIV.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, confessoris.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, Chintilæ.

^d In reliquis, præter A. et E. 3, majestatis.

Arei causa nostra omnium cum invocatione divina profertur sententia : Ut quisquis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium provehit, nec Gothice gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, sit a consilio catholicorum privatus et divino anathemate condemnatus.

IV. De his qui sibi regnum blandiuntur spe rege superstite.

Ergo quia et religione inimicum et omnibus constat esse superstitionis futura illicite cogitare et causas principum exquirere ac sibi in posterum providere, cum scriptum sit : Non est vestrum nosse tempora vel momenta quo Pater in sua posuit potestate : hoc decreto censenus, ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse et vivente principe in alium atten- disse pro futura regni spe, aut alios in se propter id attraxisse, a conventu catholicorum excommunicationis sententia expellatur **b**.

V. De his qui principes maledicere presumunt.

Sed et hoc pro pestilentiosis hominum moribus salubri deliberatione censenus, ne quis in principem maledicta congerat, scriptum est enim a legislatore : Principem populi tui ne maledixris : quod si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur, nam **397** si maledici regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab Ecclesia necessario pellitur qui divinæ violator sententiæ inventur ?

VI. Ut regum fideles a successoribus regni a rerum jure non fraudentur pro servitutis mercede.

Simili providentia pro fidelibus regum d' nostra datur sententia : Ut quisquis superstes principum extiterit juste in rebus proligatis aut largitate principis acquisitis nullam debeat habere jacturam ; nam si licenter et injuste fidelium perturbeatur meritum, nemo optabit promptum ac fidele præbere obsequium dum cuncta nutant in incertum et in futuro discriminis formidatur causa : sed saluti et rebus eorum principalis pietas debeat præbere suffragia ; exemplis enim cæteri provocantur ad finem, cum fideles non fraudantur mercede.

VII. Quod in celebritate cunctorum conciliorum syndodus Toletana temporibus Sisenandi habita per pronuntiationem vocis clare ob custodiam sui cunctis debeat innotescere.

Propter malarum mentium facilitatem et memoriarum oblivionem hoc sacratissima statuit synodus : Ut in omni concilio episcoporum Hispaniae universalis concilii decretum quod propter principum nostrorum est assolutum constitutum, peractis omnibus in synodo publica voce debeat pronuntiari, quatenus sæpe replicato auribus vel assiduitate iniquorum mens territa corrigitur, quæ ad prævaricandum et oblivione et facilitate perducitur.

a E., B. R., E. 4, U., G., hominibus.

b E., B. R., E. 4, G., repellatur.

c Br., E. 4, T. 1, 2, ordinatione.

d E., regum ex consulo religiosissimi principis nostra.

VIII. De indulgentia principum noctis reservata.

In his omnibus quæ præmisimus potestatem indulgentiae in culpis delinquentum principi reservamus ut justa bonitatis et pietatis sue moderamen et emendationem perspercerit mentium, veniam tribuat culparum.

IX. De favore principis concilii acclamatione concessio.

His vero omnibus finem et robur subscriptione nostra facientes gloriam et laudem omnipotenti Domino, in quantum mortalium valetudo sinit, reddimus ; post hac gratias excellentissimo et glorioso principi nostro **398** Chintilano regi peragimus, cujus ardor fidei et studium bonæ intentionis et unanimitati concordiam nobis tribuit et fiduciam charitatis. Donec ei Dominus et de inimicis triumphum et de beatitudine gaudium : custodiat eam protectione astida et miniat bonæ voluntatis suæ circuminspectione tutissima, cujus regnum maneat in sæcula sæculorum Amen.

Ego Eugenius **f** Dei miseratione Toletanae Ecclesiæ provinciæ Carthaginis metropolitanus episcopus bis communibus decretis annuens subscripsi.

Ego Conantius Ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Ego Braulio Ecclesiæ Cæsaraugustanae episcopus subscripsi.

Ego Oya **g** Barcinonensis episcopus Ecclesiæ subscripsi.

Ego Clarentius Ecclesiæ Accitanæ episcopus subscripsi.

Ego Vigilius Vigastrensis episcopus subscripsi.

Ego Eusebius Ecclesiæ Bastitanæ episcopus subscripsi.

Ego Hilarius Ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

Ego Marcellus Ecclesiæ Urcitanæ episcopus subscripsi.

Ego Florentius Ecclesiæ Setalitanæ episcopus subscripsi.

Ego Elpidius Ecclesiæ Tirasonensis episcopus subscripsi.

Ego Mustacius Ecclesiæ Valentianæ episcopus subscripsi.

Ego Wiarius Ecclesiæ Olysiponensis episcopus subscripsi.

Ego Jacobus Ecclesiæ Mentesanæ episcopus subscripsi.

Ego Eusebius Ecclesiæ Valeriensis episcopus subscripsi.

Ego Serpentinus Ecclesiæ Illicitanæ episcopus subscripsi.

Ego Suavila Ecclesiæ Oretanæ episcopus subscripsi.

e E., B. R., E. 4, T. 1, 2, et juxta largitatem.

f Episcoporum nomina non eundem in omnibus Codicibus ordinem aut locum servant.

g E., Bola permittente Deo Ecclesiæ Barcinonensis episcopus. T. 4, 2, G. Ola.

Ego Amandius ^a Ecclesiae Aucensis episcopus subscripsi.

Ego Egila Ecclesiae Oxoniensis episcopus subscripsi.

Ego Anserius Ecclesiae Segobiensis episcopus subscripsi.

Ego Ildeclus Ecclesiae Segontiensis episcopus subscripsi.

Ego Antonius Ecclesiae Vianensis episcopus subscripsi.

Ego Asflalus presbyter, agens vicem domini mei Persverantii episcopi, subscripsi.

Ego Petrus diaconus, agens vicem domini mei Antonii episcopi subscripsi.

399 *In nomine Domini Flavius Chintila rex* ^b.

Cum boni principis cura omni nitatur vigilancia providere patriæ gentisque suæ commoda, tunc potissimum non existit infructuosa, si etiam sua industria placatur divina clementia; ideoque nostræ mansuetudinis collectis in urbe Toletana ex provinciis diversis episcopis adhortationis exstilit instantia, ut tempore congruo hæc religionis per eorum sententiam institueretur observantia, ut a die iduum Decembrium, secundum quod eorum decrevit sanctitas,

^a B. R., E. 3, T. 1, 2, U. G., *Amanusus*.

^b Hæc concilii per Chintilan confirmatione desumpta est ex AE. cum desit in reliquis.

A litanie per omnes regni nostri provincias omni debeat celebrari devotionis cura. Quocirca tam saeratissime electioni et omni desiderio amplectendæ regali auctoritate saventes et quæcumque in eadem synodo definita sunt confirmantes decernimus: Ut in triduo conscripto juxta quod reverentissimorum virorum continet decretum ab omni 400 anima Christiana eorum Domino humilitatis satisfactione dependatur, et pro facinoribus atque flagitiis quibus quotidie grassante diabolo irretimur, lacrymis jejuniisque digna obsequia rependamus. Verumtamen, ut vobis certios praefatorum Patrum sententia innotescat, eam subter connecti precipimus: oraculis autem nostris sancimus, ut hi quorum in quibuslibet rebus patrice nostræ invigilat cura, id est, tam optimatum quam

B comitum judicium etiam cæterorumque ordinum præcipua sollicitudo existat, ut his diebus ab omni omnino inquietudine vel qualibet negotiorum actione omnis conditio, ætas et sexus debeat vacare, ut otio sancto mancipati potiores erga Deum reddi possint coelestem implorando misericordiam consequi: ergo ut omnes hoc præcepto nostro præmoneantur sacerdotum industria delegamus. Datum sub die pridie calendas Julias anno feliciter primo regni nostri Toleto.

LI.

CONCILIUM TOLETANUM SEXTUM

QUADRAGINTA ET OCTO EPISCOPORUM

Convenientibus nobis Hispaniarum Galliarumque pontificibus summi orthodoxi et gloriissimi Chintilani regis salutaribus hortamentis, atque in prætorio Toletano in ecclesia sanctæ Leocadiæ martyris ^b debitæ sedibus collocatis, sub die quinto idus Januarias anno præfati principis et triumphatoris in Christo secundo, æra sexagesima septuagesima sexta ^c, hoc decretum fidei prius sancimus.

I. De plenitudine fidei catholicæ.

Cum primum omnipotenti Domino pro corona fratrum tam numerosæ gratiae a nobis fuissent peractæ, nihil melius nihilque salubrioris omnium insedit animis, quam more synodi universalis post solemnia perfunctæ orationis quod mente ruminabamus lingua manaremus, et quod corde credemus ore ruciaremus, supernæ saventes sententiae: Eructavit cor meum verbum bonum, quod justa prophetam fecit Dominus abbreviatum super terram: quamobrem ex abundantia nostri cordis sit confessio vocis, ut fidem quam omnium mens intrinsecus gestat in confessione interpres lingua foros effundat. Itaque credimus et constemus sacratissimam et omnipotentissimam Trinitatem, Patrem et Filium

C et Spiritum sanctum, unum Deum solum non solitum, unius essentiae, virtutis, potestatis, majestatis uniusque naturæ, discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantia deitatis, creatorem omnipotem creaturarum; Patrem ingenitum, increatulum, fontem et originem totius ^a 201 divinitatis; Filium a Patre intemporaliter ante omnem creaturam sine iunctio genitum, non [G., nec] creatum, nam nec Pater unquam sine Filio nec Filius existit sine Patre, sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo, Pater Filiæ, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris et Deus de Patre, per omnia coæqualis Patri, Deus verus de Deo vero; Spiritum vero sanctum neque genitum neque creatum, sed de Patre Filioque procedentem utriusque esse Spiritum;

D ac per hoc substantialiter unum sunt. quia et unus ab utroque procedit. In hac autem Trinitate tanta est unitas substantiae, ut pluralitate caret et æquabilitatem teneat; nec minor in singulis quam in omnibus, nec major in omnibus quam in singulis maneat personis. Ex his igitur tribus divinitatis personis solum Filium fatemur ad redemptiōnem humani generis propter culparum debita quæ per inobedientiam

^a AE., B. R., E. 4, T. 1, 2, episcoporum universale habitum in nomine Domini Iesu Christi feliciter.

^b B. R., confessoris, E. 4, T. 1, 2, virginis.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, æra p. cl. xvi.

Adæ originaliter et nostro libero arbitrio contrarauis resolvenda, a secreto Patris arcanoque prædiisse, et hominem sine peccato de sancta semper virginie Maria assumpsisse, ut idem Filius Dei Patris esset Filius hominis, Deus perfectus et homo perfectus, at homo et Deus caset unus Christus naturis in duabus, in persona unus, ne quaternitas Trinitati acceleret, si in Christo persona geminata esset. Ergo a Patre et Sp̄itu sancto inseparabiliter discretus est persona, ab homine autem assumpto natura; item cum eodem homine unus existat persona, cum Patre et Sp̄itu sancto natura, ac sicut diximus ex duabus naturis et una persona unus est Dominus noster Jesus Christus, in forma divinitatis æqualis Patri, in forma servi minor Patre: hinc enim est vox ejus in psalmo: *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* Natus itaque a Deo sine matre, natus a virgine sine Patre solus [Æ., cuius] Verbum caro factum est et habitavit in nobis; et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepit hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen accepit hominem in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii non quod commune Trinitati: nam si naturam hominis Deique alteram in altera confudisset, tota Trinitas corpus assumpsisset, quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam. Sic igitur Dominus Jesus Christus missus a Patre suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inviolabilis de suo, mortalis de nostro venit in hunc mundum peccatores salvos facere et credentes justificare, faciensque mirabilia traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter justificationem nostram, cuius livore sanati, cuius morte Deo Patri reconciliati, **402** cuius resurrectione sumus resuscitati: quem etiam venturum in fine exspectamus sæculorum et cum resurrectione omnium æquissimo suo iudicio redditum justis præmia et impiis pœnas. Ecclesiam quoque catholicam credimus sine macula in opere et absque ruga in fide corpus ejus esse, regnumque habiturum cum capite suo omnipotenti Christo Jesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem et mortale immortalitatem, ut sit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac heresies extirpantur, in hac omnis Ecclesia collocata jam in regno cœlesti, et degens in sæculo presenti gloriatur: et non est in alia fide salus, nec omni nomen aliud est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri.

H. De observatione litaniarum.

Religiosissimi principis nostri devotionem et nosroruim consacerdotum primo anno regni sui constitutionem cum magna reverentia et veneratione suscipientes, quam jam constat in omni regno suo annua vice celebrari, placuit etiam nostra assensione firmari: proinde universalis auctoritate censemus concilii, ut hi dies litaniarum qui in syuodo præmis-

A sa sunt instituti, eodem in tempore quo jussi sunt excoli annuo recursu omni observatione habentur celeberrimi, ut pro illis quibus nunc usque simul implicati sumus delictis sit nostra expiatio ante oculos Dœi omnipotentis.

III. De custodia fidei Iudeorum.

Inflexibiliis Iudeorum perfidia deflexa tandem videtur; ietate et potentia superna; hinc enim liquet quod de spiramine summi Dei excellentissimus et christianissimus princeps ardore fidei inflammatus cum regni sui sacerdotibus prævaricationes et superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec sinit degere in regno suo eum qui non sit catholicus: ob cujus servorem fidei gratias omnipotenti Deo colorum regi, eo quod ejus tam illustrem creaverit animam et sua repleverit sapientia, donet ei præsentis avi diuturnam vitam et in futuro gloriam æternam. Illud autem prævida nobis cura et valde est decernendum vigilanti solertia, ne ejus calor et noster labor quandoque in posteris tepefactus liquecat; quo circu consonam cum eo corde et ore promulgamus Deo placitum sententiam, simul etiam cum suorum optimatum illustrumque virorum consensu ex deliberatione sacrimus: Ut quisquis succendentium temporum regni sortierit apicem non ante concendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta

403 pollicitus fuerit hanc se catholicam non permissuram eos violare fidem; sed et nullatenus eorum perfidiæ favens vel quolibet neglectu aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis, sed quod magno pere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseverare in futurum; nam incassum bonum agitur, si non ejus perseverantia videtur. Ergo postquam ordine præmisso ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator extiterit hujus promissi, sit anathema Maran alba in conspectu semipueri Dei et pubulum efficiatur ignis æterni, simul cum eo damnatione perculti quicunque sacerdotium vel quilibet Christianorum ejus implicati fuerint errore; nos enim ita præsentia decernimus, ut præterita quæ in universalis syuodo de Iudeis conscripta sunt confirmemus, quoniam quæque necessaria pro eorum salvacione scribi potuerunt in eadem esse cautiuni scimus, quapropter quæ tunc decreta sunt valitura censemus.

IV. De damnatione clericorum per pecuniam ecclesiasticos gradus assequentium.

Sæpe pullulantia pravitatum germina licet æpissime Patrum justa noverimus severitate damnata, tamen quia crebris conspicuntur denuo vigore radicibus, justitia ariori vigore radicibus ea amputare sancimus iuxta quod in præteritis canonibus scriptum est anathema danti et accipienti. Proinde quicunque Simonis imitator simoniaca quoque heresis extiterit auctor, ut ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum

* E., T. 1, 2, prævidetur. G., providetur.

impensione conquerat et per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo nec dignitas morum ulla commendat, talis inventus sacerorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur; sed si et adeptus fuerit, communione privatus cum ordinatoribus suis proprietum bonorum [*E.*, gradu] ammissione damnetur, quia non pro amore Dei, sed pro ambitione honoris tonsuram suscepisse noscuntur.

V. De stipendiis clericorum ne a jure alienentur Ecclesie.

Sæpe fit ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis; quapropter providentes decernimus, ut quisquis clericorum vel aliorum quarumlibet personarum stipendium de rebus Ecclesiae enjuscunque episcopi percipiat largitate, sub precariæ nomine debeat professionem scribere, ut nec per **404** tentationem diuturnam præjudicium afferat Ecclesiae, et quicunque in usum percepit debeat utiliter laborem, ut nec res divini juris videantur aliqua occasione negligi, et subsidium ab ecclesia cui deseruntur percipere possint clerci: quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare.

VI. De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacram.

Proclivis cursus est ad voluptatem et imitatrix natura vitiorum; quamobrem quiq[ue] virorum vel mulierum habitum semel induerint vel induerunt spontaneo religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro vel feminæ fuerit aut fuit deligata pueriarum monasterio, in utroque sexu prævaricator ad propositum invitum reverti cogatur, ut vir detondeatur, et pueria monasterio redintegretur. Si autem quolibet patrocino desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia ita de Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locutio cum eis ulla sit communis. Videas quoque, sicut universis jam dudum statuit synodus, professio:is vel habitus sui desertrices superiori sententia condeuenientur.

VII. De paenitentibus transgressoribus.

Quamvis priora nunquam siluerint de tantis facinoribus **b** concilia, ratio tamen poscit ut ea quæ frequenti prævaricatione iterantur frequenti sententia condemnentur: et ideo quoniam tanta existit per veritas hominum, ut hi quos sub religioso habitu paenitentia professio pro peccatorum venia ad maximum sacerdotis deducit vel adduxit, iterum rediviva malitia ad vite pristinæ sordes revocet, hujus rei causa sancta synodus decernit: Ut si qui ingenuorum utriusque sexus sub nomine paenitentia in habitu religioso sunt conversati, post haec autem commam nutrientes vel vestimenta sæcularia suientes, ad id quod reliquerant redierunt aut redierint, ab episcopo civitatis, in cuius territorio sunt conversi, comprehensi, rursus legibus paenitentia in monasteriis subdantur inviti: quod si facere propter ali-

A quem potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicut priscorum canonum statuerunt decreta, quoque ad dimissum ordinem revertantur excommunicati habeantur, sed et hi qui post communionem vel interdictum cum ipsis communicaverint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscuntur, si eos quilibet munere vel favore **405** aut negligentia admonere noluerit, ut aut revertentes suscipiat aut contemnentes de Ecclesia rejiciat, simili sententia plectatur, quousque emendationis eorum ab eo sententia promulgetur.

VIII. Quod quibusdam paenitentibus pristina reddantur conjugia.

Antiqui et sanctissimi est Patris sententia papæ Leonis, ut is qui in ætate adolescentiae positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad paenitentia remedium, si conjugatus et sorte fuerit incontinentis, ne postea adulterii incurrat lapsus, redeat ad pristinum conjugium quousque possit adipisci temporis maturitate continentiae statum: quod nos sicut de viris, ita et de feminis æquo modo censemus non quidem generaliter et legitime præceptum, sed constat a nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, ut si is qui paenitentia non est legibus deditus ante ab hac vita discesserit quam ex consensu ad continentiam eorum fuerit regressus, superstisti non licet denuo ad uxoris transeire amplexus: sin autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit benedictionem paenitentis nubat, si se C continere non potest, et alterius consor:io fruatnr uxoris: quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum est decreuisse, ita videlicet ut in his omnibus sacerdotis ordinatio exspectetur, ut iuxta quod ætatem actum prospexerit, continentiae, absolutionis vel distinctionis tribuat legem.

IX. De professionibus et obedientia libertorum Ecclesie.

Longinquitate sæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis; unde jam decretum est in anterius universalis concilii canone, ut professionem suam liberti Ecclesiae debeat facere, qua profiteatur se et de familiis Ecclesiae manumisso:is et Ecclesiae obsequium nunquaque relicturos. Unde his quoque nos adjicimus, ut quoties cursum vitae sacerdos impleverit et de hac vita migraverit, mox successor ejus advenerit, omnes liberti ejus ecclesie vel ab eis progeniti carthulas suas in conspectu omnium debeat ipsi substituto possibili publicare et professions suas in conspectu Ecclesiae renovare, quatenus status sui vigorem et illi obtineant, et obedientia eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suas intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contenerint aut professions suas renovare noluerint, vacue et inane carthulae ipso remaneant, et illi origini sue redditus sint perpetuo servi.

b In ceteris, præter A. et E. 3, tanto facinore.

* Ab hac voce quia usque ad finem canonis de sunt omnia in reliquis Codicibus præter A.

406 X. *De progenie libertorum Ecclesiae, ne eis A vel pro nutritione ab ecclesia licet evagare.*

Etenim decet, ut hi quorum parentes titulum libertatis de familiis Ecclesiae percepérunt, intra Ecclesiam cui obsequium debent causa eruditio nis enarrantur: contemptus quippe est patrōrum si ipsis neglectis aliis ad educandum degur progenies manumissorum. Ilaque censemus, ut sine sui status praejudicio ab episcopis habeantur in doctrinæ obsequium, quatenus et illi debitum reddant famulatum et nullum patientur ingenuitatis suæ detrimentum: eos vero, qui aliter quam sententia nostra decrevit agere tentaverint, invitios jubemus ab episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos pontificibus suis dare contempserint et alias sibi patronos adoptaverint, ingratorum feriantur lege libertorum.

XI. *Ne sine accusatore legitimo quispiam condemnetur.*

Dignum est ut vita innocentum non maculetur pernicie accusantium: ideo quisquis a quolibet criminatur non antea accusatus supplicio dedicetur, quam accusator presentetur, atque legum et canonum sententiae exquirantur, ut si indigna ad accusandū persona invenitur, ad ejus accusationem non judicetur, nisi ubi pro capite regiae majestatis causa versatur.

XII. *De consurgentibus ad hostes.*

Pravarum audacia mentium saepe aut mali in cogitationum aut causa culparum refugium appetit hostium: unde quisquis patrator causarum extiterit talium, virtutes emitens defendere adversariorum, et patriæ vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, in potestate principis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus longinquieris penitentias legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius remissens ad ecclesiam fecerit consiguum, intercessu sacerdotum et reverentia loci regia in eis pietas reserveretur comitante justitia.

XIII. *De honore primatum palatii.*

Qui primatum dignitate atque reverentiae vel gratiae ob meritum in palatio honorabiles habentur, his a junioribus modestus honor per omnia deseratur, qui etiam minores a senioribus et dilectionis amplectantur affectu et utilitatis imbuantur exemplo.

XIV. *De remuneratione collata fidelibus regum.*

Primum fraudare fidelibus non solum **407** inhumanum, sed etiam existit injustum: ideoque cum fidei meritum tam in rebus divinis quam in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde, ut anno primo serenissimi principis nostri decrevit concilium sanctum, omnes qui fidei obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint principis totaque intentione salutis ejus custodiam vel vigilantiā habuerint, a regni successoribus nec a dignitate nec a rebus pristinis causa repellantur injusta; sed et nunc ita pro uniuscujusque utilitate

A principis moderentur discretione, sicut eos prospexit necessarios esse patriæ; et sic illis impetratur benignitas, ut in cæteris maneat gratiae potestas: quatenus ita omnia in rebus juste conquista lucrentur, ut posteris relinquendi vel quibus voluntas eorum decreverit confrendi spontaneo fruantur arbitrio. Cæterum si in fidelis quisquam in capite regio aut in uillis in rebus commissis praesenti piissimo domino nostro Chintilano regi extiterit, in clementiæ ejus manu et in potestatis nulu constet hujusmodi moderatio; nefas est enim in dubium inducere ejus potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata judicio. Quod si post ejus discessum quispiam repertus fuerit ejus vite fuisse insidiosus, quidquid largitate ipsius in rebus habuit conquitis careat confiscandum et fidelibus largiendum.

XV. *De collatis rebus ecclesiis ut in earum jure perdurent.*

Quia his qui principibus digne deserviunt atque deferentibus fidele illis obsequium constat nos optimum ministrasse suffragium, dum juste a principibus adquisita in eorum jure persistere sancimus induulta, æquum est et maxime ut rebus ecclesiærum Dei adhibeatur a nobis providentia opportuna. Adeo quæcumque rerum ecclesiis Dei a principibus juste concessa sunt vel fuerint vel cuiuscumque alterius personæ quilibet titulo illis non iugis e collata sunt vel extiterint, ita in eorum jure persistere firma jubemus, ut evelli quoconque casu vel tempore nullatenus possint; opportunum est enim ut sicut fidelia bonorum servitia non existere censuimus ingrata, ita ecclesiis collata quæ proprie sunt pauperum alimenta eorum jure pro mercede offerentur maneant inconvulsa.

XVI. *De incolumitate et adhibenda dilectione regie prolis.*

Sicut insolentia malorum regum odioi semper et execrabilis existit subjectis, ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populi. **408** Quocirea quis ferat aut quis toleranter Christianus videat regis robores aut posteritatem expoliari rebus aut privari dignitatibus? quod ne fiat cum generalis promatur de filiis principis sententia nostra, id est, de praesenti excellentissimi et gloriosissimi principis

C Chintilani regis posteritate datur aperta a nobis decreta: ut ea quæ synodus præterito anno in hac ecclesia habita constituit circa omnem posteritatem ejus, universitas regni sui conservet, hoc est ut præbeatur filiis ejus dilectio benigna et firma, et tribuantur ubi loci opportunitas exhibuerit defensionis adminicula justa; ne de rebus juste proligatis aut parentum dignitate procuratis vel largitate principis aut alicuius impensis aut etiam proprietate debitis fraudentur qualibet insidia calliditatis; neque a quoquam laudandi eos præbeantur argumenta machinationis, quia dignum est ut cujus regimine habemus securitatem, ejus posteritati decreto concilii imper-

tiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri principis exstant beneficia ut longum sit sigillatim ea promovere lingua; ipso enim auctore Deo nobis pacem, ijsse quasi capivam reduxit charitatem; ipsius operi, ipsius sumus largitione ditati, ipse medicamine bonitatis suae et reis pepercit et rectos sublimavit, eis si dignis voluerimus respondere beneficis, non tantis extamus copiis virtutis quanto volo sufficiimus voluntatis.

XVII. *De his qui rege superstite aut sibi aut aliis ad futurum provident regnum, et de personis quae prohibent ad regnum accedere.*

Quanquam in concilio anteriori quod anno primo gloriosi principis nostri habitum est de hujusmodi resuerit promulgata sententia, tamen placet iterare quod convenit custodiire. Itaque regis vita constante nullus sibi aliquo opere vel liberalitate seu cuiuscunq[ue] dignitatis laicus, seu gradu episcopatus, presbyterii aut diaconii consecratus ceterisque clericatus officiis deditus regem provideat contra viventis regis utilitatem et procul dubio voluntatem, nullo blandimento vel suasione pro eadem spe aut alios in se trahat aut ipse in alium acquiescat; iniquum enim et valde execrabile Christianis debet haberri futuris temporibus illicita prospicere et vita sua ignarus ventura disponere. Quod si quisquam jam talia iniqua deliberatione cum quocunque est meditatus, hoc sibi neverit esse sacerdotali moderatione concessum, ut veniabiliter possit hoc sine mora presentis principis auribus publicare: si autem obstinata deliberatione sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. Rege vero defuncto nullus tyrannica **403** præsumptione regnum assumat, nullus sub religionis habitu detonsus aut turpiter decalvatus aut servilem originem trahens vel extraneæ gentis homo, nisi genere Gothus et moribus dignus prævehetur ad apicem regni: temerator autem hujus præceptionis sanctissimæ feriatur perpetuo anathemate.

XVIII. *De custodia ritæ principum et defensione precedentium regnum a sequentibus adhibenda.*

Jam quidem in antecedenti universalis synodo pro salute nostrorum principum constat esse consultum, sed libet iterare bene sancta et digna auctoritate munire salubriter ordinata; ideoque contestamur coram Deo et omni ordine angelorum, eoram prophetarum atque apostolorum vel omnium martyrum chorom, eoram omni Ecclesia catholica et Christianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis nece attrahet, neino regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica præsumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in ejus adversitatem sibi conjuratorum nunquam associet.

^a Ex reliquis, præter A. et E. 3, in quibus: probatur.

^b T. 4, 2, Chintilano principi nostro.

^c A., prona. B. R., E. 4. T. 1, 2, U., G., proba.

^d In A., B. R., E. 4, T. 1, 2, præponitur uominibus episcoporum pronomen ego.

^e A., B. R., E. 4, T. 1, Scilia etsi indignus Ecclesiæ Narbonensis episcopus his constitutionibus a nobis edi-

A Quod si in quidpiam horum quisquam nostrorum temporario ausu presumptor exsisterit, anathemate divino percusus absque ullo remedii loco habeatur condemnatus æterno judicio: is autem qui ejus sede in fuerit assecutus, si vult tanto expiari piaculo, quasi proprii patris ejus ulciscatur interitum, in cuius defensionis auxilium universi regni Gothorum consentiat fortitudo; si autem desidi cura et minori zelo tam honestum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium cæteris gentibus.

XIX. *De gratiarum actionibus in confirmatione concilii Deo et principi datis.*

B His omnibus rite dispositis et diuturna collatione deliberatis, benedictionem, gloriam et honorem invisi bilis omnium auctori rependimus luiniuum Patri, et in his conservandis ejus imploramus opem suffragii, ut constitutionibus nostris roborem tribuat sua virtutis fragilitatemque humanam ita huic dispositioni reddat efficacem, ut non judicet prævaricatricem. Nos igitur omnia supra scripta, salva auctoritate præcorum canonum, subscriptione nostra firmamus, et gratias agimus Christianissimo et gloriosissimo **410** Chintilano ^b regi principi ostro cuius studio advocati et instantia sumus collecti, cujus voluntas probata ^c et ordinatio exstitit religiosa: donet ei Dominus ut optimo principi diuturnum in sæculo præsenti triumphum et in parte justorum perpetuum regnum felices que annos: felix ipse longa felicitate fruatur et divinae dexteræ protectione ubique muniatur.

Ego ^d Scilia ^e Ecclesiæ Narbonensis episcopus subscripsi.

Julianus Ecclesiæ Bracarensis episcopus subscripsi.

Eugenius ^f Ecclesiæ Toletanae episcopus subscripsi.

Honoratus Ecclesiæ Ilipalensis episcopus subscripsi.

Protasius ^g Ecclesiæ Tarragonensis (A., T. 2, Valentiniæ) episcopus subscripsi.

Conantius (T. 2, Canantius) Ecclesiæ Palentiniæ episcopus subscripsi.

Leudfredus Ecclesiæ Cordubensis episcopus subscripsi.

Vigintinus Ecclesiæ Vigastrensis episcopus subscripsi.

Acutulus Ecclesiæ Elenensis episcopus subscripsi.

Jaunes Ecclesiæ Ilipensis episcopus subscripsi.

Bonifa Ecclesiæ Cauriensis episcopus subscripsi.

Eugenius (E., T. 2, Eusebius) Ecclesiæ Vastitanæ episcopus subscripsi.

Hilarius Ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

Jacobus Ecclesiæ Mentesanæ episcopus subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Dertosanæ episcopus subscripsi.

Sisisclus Ecclesiæ Elboensis episcopus subscripsi.

^his subscripsi: haecque forma utuntur hi Codices in quibusdam posterioribus subscriptionibus.

ⁱ B. R., E. 4, T. 1, Ego Eugenius Dei miseratione ecclesiæ Toletanae metropolitanus subscripsi.

^j B. R., E. 4, T. 1, In nomine Domini ego Protasius sanctæ primæ sedis Tarragonensis immixto episcopus subscripsi. Desunt reliquæ subscriptiones in his Codicibus.

David Ecclesiae Aurensiae episcopus subscripti.
 Elpidius Ecclesiae Tironensis episcopus subscripti.
 Osdulfus Ecclesiae Oscensis episcopus subscripti.
 Fructuosus Ecclesiae Ilerdensis episcopus subscripti.
 Deodatus Ecclesiae Egabrensis episcopus subscripti.
 Prostuturus Ecclesiae Lamecensis episcopus subscripti.
 Servusdei Calabriensis Ecclesiae episcopus subscripti.
411 Pimenius Ecclesiae Asidonensis episcopus subscripti.
 Anatolius Ecclesiae Lutebensis episcopus subscripti.
 Suabila Ecclesiae Oretanæ episcopus subscripti.
 Montensis Ecclesiae Egiditanæ episcopus subscripti.
 Ucila Ecclesiae Salamauticensis episcopus subscripti.
 Ausulfus Ecclesiae Portucalensis episcopus subscripti.
 Serpentinus Ecclesiae Illicitanæ episcopus subscripti.
 Braulio Ecclesiae Cæsaraugustanæ episcopus subscripti.
 Oya Ecclesiae Barcinonensis episcopus subscripti.
 Ansericus Ecclesiae Segobiensi episcopus subscripti.
 Viaricus Ecclesiae Olyssiponensis episcopus subscripti.
 Guda Ecclesiae Tuccitanæ episcopus subscripti.

^a *Æ., T. 2, U., G., diaconus, qui et Petrus, agens.* C

A Anastasius Ecclesiae Tudensis episcopus subscripti.
 Egila Ecclesiae Oxomensis episcopus subscripti.
 Ildiclus Ecclesiae Segontiensis episcopus subscripti.
412 Vasconius Ecclesiae Lucensis episcopus subscripti.
 Amanuncus Ecclesiae Causensis episcopus subscripti.
 Eparchius Ecclesiae Italicensis episcopus subscripti.
 Renatus Ecclesiae Conimbricensis episcopus subscripti.
 Tunila Ecclesiae Malacitanæ episcopus subscripti.
 Oscandus Ecclesiae Asturicensis episcopus subscripti.
 Justus Ecclesiae Accitanæ episcopus subscripti.
 Domninus Ecclesiae Ausonensis episcopus subscripti.
 Gottomarus Ecclesiae Iriensis episcopus subscripti.
 Farmus Ecclesiae Vasensis episcopus subscripti.
 Gutisculus presbyter, agens vicem Orootii episcopi Emeritensis Ecclesiae, subscripti.
 Domarius presbyter, agens vicem Carterii episcopi Arcavicensis Ecclesiae, subscripti.
 Wamba diaconus, agens ^a vicem Antonii episcopi Segobriensis (Æ. Segobricensis) Ecclesiae, subscripti.
 Citronius presbyter, agens vicem Gavini episcopi Calagurritanae Ecclesiae, subscripti.
 Severinus diaconus, agens vicem Musitacii episcopi Valentiniæ Ecclesiae, subscripti.

LII

CONCILIJ TOLETANUM SEPTIMUM

TRIGINTA EPISCOPORUM, GESTUM ANNO QUINTO, CLEMENTISSIMO DOMINO NOSTRO CHINDASV NDO
 REGE REGNANTE, DIE XV KALENDARVM NOVEMBRIUM, ÆRA DCLXXXIV.

I. De refugis atque perfidis clericis sive laicis.
 Cum in sanctæ nomine Trinitatis pro quibusdam disciplinis ecclesiasticis tam nostra devotione quam studio serenissimi et amatoris Christi Chindasvindi regis nosier apud Toletanam urbem conventus ad esset, competenter **413** visum est mutua collatione decernere quod sollicite conservatum et præsentibus et futuris commodis nimium ut confidimus prodesse constabit magis; quia semper est magnopere providendum quidquid vel ecclesiasticis moribus vel utilitatibus publicis, sine qua quieti non vivimus, opportunum esse perpenditur. Nam licet tantæ constitutiones canonum existent, quæ ad omnem possint correctiōnem sufficere si quis eas dignetur libenter attendere, tamen quia luminis claritas tanto amplius emicat quanto fuerit studioeius sapientissime contractata, non parum proficit ad emendationem multorum si dum ea quæ constituta sunt per fraternalm collationem ad memoriam reducuntur, illa magis adjiciantur quæ aut dñe videntur aut omnino constituenda competenter existimantur. Quis enim nesciat quanta sint hac-

tenus per tyrannos et refugas transferendo se in externas partes illicite perpetrata, et quam nefanda eorum superbia jugiter frequentata, quæ et patre diminutionem afferrent et exercitu Gothorum inde sinente laborem imponerent? Quod quidem laicorum insaniam factum tolerandum nobis forsitan aliquoties videretur: illud tamen est vehementius stupendum, quia quod pejus est tanti ex religionis proposito in bac interdum præsumptione præcipites efferruntur, ut non ad levem confusionem nostram pertinent si res ullatenus inulta remaneat, quam et mundana lege et ecclesiastica convenit instanter disciplina corriger. Ideoque placuit nunc concordi sententia definire: Ut quisquis in ordine clericatus a maximo gradu usque ad minimum constitutus in alienæ gentis regionem se quacunque occasione transduxerit, ut exinde superbiendo vel redditu suum vel quodlibet aliud videatur expelere, sive etiam quod gentem Gothorum vel patriam aut regem specialiter sub hac occasione possit nocere vel fieri disposuerit vel aliquatenus fecerit, sed et qui cum

talibus concius reperitur eisque vel consilium vel opem administrasse cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fugam appelerent aut in malis quæ cœperant perdurarent seu quamcumque lesionem genti Gothorum vel patriæ aut principi post fugam inferrent, atque in eadem pravitate perseveraluros dignoscitur suassisse, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu privetur, ut locum ejus in quo ministraverat alter continuo perpetuum regendum accipiat; ipse vero transgressor sub paenitentia constitutus, si reminiscens mali quod fecerit et usque in diem mortis suæ recissime paenituerit, in solo tantum fine communioni ei praestanda est, ita ut antequam tempus finis ejus adveniat, si quispiam sacerdotum etiam ordinante principe ei communicare **414** consenserit, particeps criminis illius effectus anathema fiat in perpetuum atque simili cum eo cui communicaverit sententia condemnetur; quoniam potestatis principis nullus sacerdotum in hoc prebere debet assensum, unde vel perjurium videatur incurrire, vel quod abit, si quicunque catholice fidei prævaricator princeps surrexerit, sacerdos idem vel favore principis vel terrore a rectæ credulitatis lumine ad tenebras cogatur reverti. Sic enim nec super admixta capitula vel imperiis principum vel terroribus operetit unquam evacuari, quia novimus omnes pene Hispanie sacerdotes omnesque seniores vel judices ac cæteros homines officii palatini jurasse, atque ita dudum legibus decretum fuisse, ut nullus refugia vel persidus qui contra gentem Gothorum vel patriam seu regem agere aut in alterius gentis societatem se transducere reperitur, integrati rerum suarum ullenatus reformetur, nisi forsitan princeps humanitatis aliquid personis talibus impertiri voluerit, cui tamen non amplius quam vicesimam partem rerum ei qui persidus exsistit de rebus unde rex elegerit tribuendi potestate habeat. Sed et quia plerosque clericos tanta levitatis interdum pravitas elevat, ut præternissa sui ordinis gravitate ac polliciti sacramenti imminores, constante principe, cui fidem servare promiserant in alterius erectionem temeraria levitate consentiant, abrogari deret hanc omnino licentiam et a nostro consilio penitus extirpari, ita ut si quicunque lacorū quandoquidem intra fines patriæ Gothorum superbens ^a regni apicem sunere fortasse tentaverit, eique clericorum quilibet adjutorium vel favorem præstiterit, atque hunc qui superbire videtur ad eamdem regni ambitionem prævalente delicto pervenire conigerit, ex eo quidem die vel tempore eundem episcopum vel cuiuslibet ordinis clericum excommunicationem manere perpetuum oportebit qui tali se scelere implicavit; tamen si improbitate principis cui iniuste consepsit non potuerit instantia sacerdotum a communione suspendi, saltem si superstitem eum post ejusdem regis obitum tempus invenerit, superiori anathematis correctioni subjacent quicun-

A que illi præter in ultimo vitæ suæ, si tamen hunc legitime paenitere probaverit, communionis gratiam consenserit impendendam. Nobis interim ratio persuasit synodalı super hoc constitutione decernere: ut quicunque etiam laicorum in predictis capitulis, hoc est adversitate gentis aut patriæ vel regis potestatis in externas partes se conferendo vel talibus opem præbendo noxius fuerit ultra rei ertus, non solum, ut dictum est, omni rerum suarum proprietate privetur, sed et perpetua **415** excommunicatione damnatus, numquam illi præter in ultimo mortis suæ communio tribuatur, excepto si aliter communionis ejus remedium vel eorum quod supra taxavimus imploratione sacerdotum apud principem fuerit imperatum. Nam si, quod omnino fieri non oportet, in derogationem aut contumeliam principis reperiatur aliquis nequiter loqui aut in nece in regis seu iurisdictionem intendere vel consensum præbere, nos si quidem hujuscemodi excommunicatione dignum censemus; utrum tamen sit illi quandoque communi-
C candum, pietati principis discernendum relinquisimus, cuius procul dubio potestatis est subjectoru[m] culpas misericordiae iusticie sententia temperare. Contestamus autem clementissimos principes et per inefabilem divini nominis sacramentum obtestantes unanimiter obsecramus, ne quandoquidem absque justa ubi necesse fuerit imploratione sacerdotali excommunicationis hujus sententiam a perfidis clericis vel laicis ad externas partes se transferentibus vel consensum præbentibus quacunque temeritate suspendant; nam quid magis eorum utilitatibus videtur ferre consultum, si hujus constitutionis nostræ forma ab ipsis principibus servetur et omnibus subjectis impleri cogatur? Si quis vero haec instituta putaverit esse execranda, anathema fiat et velut prævaricator catholicæ fidei semper apud Dominum reus existat quicunque regum deinceps canonis hujus censuram in quoquinque crediderit vel permiscerit violandam.

II. De languoris eventu ministrantium clericorum.

Nihil contra ordinis statum ^b temeritatis ausu præsumitur neque illa quæ summa veneratione censentur vel minimo præsumptionis actu solvuntur, cum ad hoc tantum quæ fieri jussa sunt interrupta noscuntur, ne languoris proventu robore salutis natura **D** privetur; non ergo solum fragilitati consulitur humana, sed etiam honori ministeriorum Dei providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri sollicite. Censemus igitur convenire, ut cum a sacerdotibus missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat cuiuslibet evenitus quo cœptum nequeat consecrationis expleri ministerium, sit liberum episcopo vel presbytero alteri consecrationem exequi officii cœpti; non enim aliud ad supplementum sui initiatis mysteriis ^c competit quam aut incipientis aut subsequentis completa benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt

^a statum.

^b E. 4, T. 1, 2, ministeriis.

^c Ex reliquo, præter A. et E. 3, in quibus: superbens.

^d Ex reliquo, præter A., E. 3, T. 2, in quibus:

asis perfectionis ordine compleantur. **416** Cum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei repräsentat : quod etiam consultum cuncti ordinis clericorum iudicatum esse sibi non ambigunt, sed ut præmissum est præcedentibus libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen quod naturæ languoris causa consultetur in præsumptioni perniciem convertatur, nullus post cibi potusve quamlibet minimum sumptum missus facere, nullus absque patenti preventu molestiae minister vel sacerdos cum cœperit imperfecta officia præsummat omnino relinquere : si quis hæc temerare præsumperit excommunicationis sententiam sustinebit.

III. De esequiis morientis episcopi.

Ea quæ competunt honestati contingit sæpe quærumdam desidia non compleri^a : proinde quia nōrum est quæ dignitas in esequiis morientis episcopi ex canonibus conservetur traditione moris antiqui, hoc tantum adjicimus, ut si quis sacerdotium secundum statuta Valletani concilii ad humana decedentis episcopi membra venire commonitus pīgra voluntate distulerit, appellantibus clericis obeuntis episcopi apud synodus sive apud metropolitanum episcopum, anni annius tempore nec faciendi missam nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteres autem sive cæteri clericis quibus major honoris locus apud eamdem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro esequiis aut jam mortui aut continuo antitidis morituri ad commonendum episcopum tardū inveniantur, aut per quameunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad penitentiam in monasteriis deputentur.

IV. De exactione ecclesiæ Gallæciae provinciæ.

Inter cætera denique quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit querimonias etiam parochialium presbyterorum Gallæciae provinciæ solertissime discernere^b decuit, quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas ut comperimus tandem compulit in publicum examen deferre. Illi enim pontifices, ut evidens inquisitio patescet, indiscreto moderanîne parochianas ecclesias prægravantes, dum in exactionibus superflui frequenter existant, pene usque ad exinanitionem ex remæ virtutis quædam basilicas perduxisse prohantur. Ne ergo fiat de cætero quod constat hactenus inordinate **417** præsumptum, non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum præfatae provinciæ per singulas dioecesis suæ basilicas juxta synodum Bracarensem annua illatione sibi expetet inferri, monasteriorum tamen [B. R., autem] basilicas ab hac solutionis pensione^c sejunctis. Cum vero episcopus diocesem visitat, nulli præ nultitudine onerosus existat nec unquam quinquagenarium^d numerum evasionis

^a E. B. R., E. 4, T. 1, 2, U., impleri.

^b T. 1, 2, decernere.

^c B. R., E. 4, T. 4, 2, impensione.

^d In omnibus Codicibus quinquagenarium scribitur :

A excedat, aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicunque vero pontificum eorumdem aliter quam decernimus agendum præsumperit, correptioni prœcul dubio canonum subjacebit, qua constitutione in syndicalium transgressores priscorum Patrum edictis corripiendos oportet.

V. De reclisis honestis sive vagis.

Quosdam paternarum incognitos vel oblitos traditionem in tantam conspicimus corruisse desidiam, ut eorum execrando usu pene abolita patescant quæ exstiterunt legitime constituta; dum enim indocti docere appetunt, quid aliud quam quia ignorantie errore vexentur ostendunt? Et quia gressu præpostero innitentes præsumptionem doctrinæ discendi studiis anteponunt, patet quod non summa utilitatis petunt, sed actioni depravationis inerviunt. Ex hoc igitur justæ severitatis talia decernentes, opportuno amputare judicio jubemus eos quos in cellulis propriis reclusi sanctæ vītæ ambitio tenet, quoque ejusdem sancti propositi et merita juvant et probitas ornat, quietos Dei auxilio et nostro favore tutor existere. Illos vero quos in tale propositum ignavia impulsit, non prudentiae cognitio deputavit, quosque nulla vītæ dignitas ornat, sed, quod est deterius, et ignorantia fœdat et morum execratio turpat, decernimus ab his alijs cellulis atque locis in quibus aut feruntur vagi aut tenentur inclusi, atque ab episcopis sive rectoribus monasteriorum, ex quorum congregazione fuerunt vel in quorum vicinitate consistunt, in monasteriis omnimodo deputentur, ut illie sancti ordinis meditantes doctrinam primum possint discere quæ sunt a Patribus instituta, ut post valeant docero quæ sunt sancta meditatione percepta. atque tunc derum si doctrinæ et sancti operis fructu exstiterint fecundati, ad summam virtutis properent exercitio sanctæ intentionis imbuti. Deinceps autem quicunque ad hoc sanctum propositum venire disposuerint, non aliter illis id dabitur assequi neque hoc antea poserunt adipisci, nisi prius in monasteriis **418** constituti, et secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditæ et dignitatem honestæ vītæ et notitiam potuerint sanctæ promereri doctrinæ. Illos autem quos tantum extrema vesania occupari, at incertis locis vagi atque morum depravationibus in honesti ullam prorsus nec stabilitatem sedis nec honestatem mentis babere exstiterint cogniti, quicunque a sacerdotibus vel ministris vagantes repererit, aut^e, si fieri potest, cœnobiorum Patribus corrigendos assignet, aut, si difficile est, pro sola honestate vītæ vigori suæ potestatis erudiendos inclinet.

VI. De convicinis episcopis in urbe regia commorandis.

Id etiam placuit, ut pro reverentia principis ac regie sedis honore vel metropolitani civitatis ipsius consolatione convicini Toletanæ urbis^f episcopi,

corruptum locum conjicimus ; forsitan quinarium.^g

^e B. R., E. 4, T. 1, 2, aut si fas est in propriis locis cœnobio suis rectoribus eos reformet, aut si d'ffice.

^f B. R., E. 4, T. 1, 2, U., sedis.

juxta quod ejusdem pontificis admonitionem acep-
rint, singulis per annum mensibus in eadem urbe
debeant commorari, messivis tamen ac vendemiali-
bus feriis relaxatis. Nós autem immortali Deo et
glorioso Chindasvindo principi, ob cujus votum in
hac urbe sancta devotione convenimus, gratias una-
nimiter referentes optabili admixu depoescimus, ut
sanctae Ecclesiae catholicæ fidei semper ac pacis cu-
muletur affectu, et memorato principi cum prosperi-
tate præseatis regui futuri etiam largiantur præmia
gaudii, ipso præstante quid in Trinitate unus Deus
vivit et gloriatur ^a in saecula saeculorum. Amen.

Orontius in Christi nomine sanctæ Ecclesiae Eme-
ritensis metropolitanus episcopus hæc statuta definiens
subscripti.

Antonius Dei misericordia sanctæ Hispanensis Ec-
clesiae metropolitanus episcopus hæc statuta definiens
subscripti.

Eugenius sanctæ Ecclesiae Toletanae episcopus
hæc statuta definiens subscripti.

Protasius Ecclesiae Tarragonensis metropolitanus
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Bilarius gratia Christi episcopus Ecclesiae Complu-
tensis hæc statuta definiens subscripti.

Deodatus in Christi nomine Ecclesiae Egabrensis
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Eparchius Dei misericordia Ecclesiae Ialicensis
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Stephanus Dei misericordia Ecclesiae Astigitanae
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

419 Tagontius Deo misericordia Ecclesiae Valerien-
sis episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Egila in Christi nomine Ecclesiae Oxomensis epi-
scopus hæc statuta definiens subscripti.

Richtinus sanctæ Ecclesiae Dumensis episcopus
hæc statuta definiens subscripti.

Sisiculus in Christi nomine Ecclesiae Elborensis
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Ansericus in Christi nomine Ecclesiae sanctæ Se-
gobiensis episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Widerius sanctæ Ecclesiae Segontiensis episcopus
hæc statuta definiens subscripti.

Winibal Dei miseratione sanctæ Ecclesiae Illi-
tanæ, qui et Ejotanae, episcopus hæc statuta defi-
niens subscripti.

Maurusius in Christi nomine Ecclesiae Or. tanæ
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Eustochius in Christi nomine Ecclesiae Abilensis
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Johannes Dei gratia Ecclesiae Cauriensis episcopus
hæc statuta definiens subscripti.

Egeredus Ecclesiae sanctæ Salamanticensis epi-
scopus hæc statuta definiens subscripti.

Servus-Dei sanctæ Ecclesiae Calabriensis epi-

^a B. R., gloriatur per infinita semper saecula saculo-
rum. Amen.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, Anianus.

A pus hæc statuta definiens subscripti.

Vasconius etsi indignus Ecclesiae Lucensis episco-
pus hæc statuta definiens subscripti.

Gottomarus sanctæ Ecclesiae Iriensis etsi indignus
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Farmus sanctæ Ecclesiae Vesensis etsi indignus
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Sonna sanctæ Ecclesiae Brittanensis etsi indignus
episcopus hæc statuta definiens subscripti.

Codestus sanctæ Ecclesiae Aurientis episcopus
hæc statuta definiens subscripti.

420 Witericus sanctæ Ecclesiae Lamecensis epi-
scopus hæc statuta definiens subscripti.

Armenius sanctæ Ecclesiae Egiditanæ e;iscopus
hæc statuta definiens subscripti.

Ademirus sanctæ Ecclesiae Tudensis episcopus hæc
statuta definiens subscripti.

Anesius ^b sanctæ Ecclesiae Valentiniæ Dei misera-
tione e;iscopus hæc statuta definiens subscripti.

Donum-Dei sanctæ Ecclesiae Empuritanæ epi-
scopus hæc statuta definiens subscripti.

Valentinianus archipresbyter, agens vicem domini
mei Leudefredi Cordubensis Ecclesiae episcopi, hæc
statuta definiens subscripti.

Crispinus abbas, agens vicem domini mei Neu-
freli ^c e;iscopi Olyssiponensis Ecclesiar, hæc statuta
definiens subscripti.

Wiliensus presbyter, agens vicem domini mei Pi-
meni Asidensis Ecclesiae episcopi, hæc statuta de-
finiens subscripti.

Paulus presbyter, agens vicem domini mei Candi-
dai Asturiensis Ecclesiae episcopi, hæc statuta de-
finiens subscripti.

Magnus presbyter, agens vicem domini mei Morei
e;iscopi Castulonensis Ecclesie, hæc statuta deli-
niens subscripti.

Constantius presbyter, agens vicem domini mei
Teudredi e;iscopi Pacensis Ecclesie, hæc statuta
definiens subscripti.

Reparatus presbyter, agens vicem domini mei
Ætherii e;iscopi Eliberitanæ Ecclesie, hæc statuta
definiens subscripti.

Clemens diaconus, agens vicem domini mei Joan-
nis e;iscopi Iliplensis Ecclesie, hæc statuta deli-
niens subscripti.

Ambrosius diaconus, agens vicem domini mei Ci-
vici e;iscopi Montesanz Ecclesie, hæc statuta de-
finiens subscripti.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Vigiliu-
s e;iscopi Vigastrensis Ecclesie, hæc statuta definiens
subscripti.

Matthacellus diaconus, agens vicem domini mei
Durlilani ^d e;iscopi Malacitanæ Ecclesie, hæc statuta
definiens subscripti.

^a B. R., Nebridii. E. 4, T. 1, 2, Nefridii.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, Dunlani.

LIII

CONCILIO TOLETANUM OCTAVUM

QUINQUAGINTA DUORUM PONTIFICUM IN URBE REGIA CELEBRATUM, DIE XVII KALENDARUM JU-
NUARIUM, AERA DCXCI, ANNO QUINTO ORTHODOXI ATQUE GLORIOSI ET VERA CLEMENTIE
D.GN TATE PRÆCIPUI ^a RECESVINTHI REGIS.

421-422 Cum nos omnes divinæ ordinatio voluntatis ejusdem principis serenissimo jussu in basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad sacrum synodi coegisset aggregari conventum, dies tandem latitudo appetitu diutissime præoptatus et gratus adfuit et juvendus, tanto nostri pectoris avidiori voto suscepitus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelantium præcordiis exquisitus: cumque ex more unusquisque nostrorum ordine suo sedes debitas occupasset et eventum rei tranquille intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenis imus et summo laudum titulo gloriosus, qui sece nostro cœtu reddens acclinis ut hunc omnipotenti Domino precibus commendaremus, attentis dulcissimis cohortatus est verbis, grates referens Deo virtutum quod sue iussionis implentes decretum in unum suissemus adunati concilium. Sed cum tam pie humilem cognovissemus ejus sanctæ animæ voluntatem et tam sublimis glorie celsitudinem sublimius veleremus acclinem, tanta sumus in Dei gloriam exultatione succensi, ut grates illi debitas et honorem et lati humiles redderemus et cernui; sed quanto extulerat principe humilitatis ordo, sublimius tanto ad exercitia summæ virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostræ religionis. Tunc relatis Deo laudibus de unitatis alernæ proventu magna nos cum tranquillitatibus gratia allocutus est dicens: Etsi summus auctor rerum me divæ memoriae domini et genitoris mei temporibus in regni sedem subverxit atque ipsius glorie partipem fecit, nunc tamen cum ipse requiem æternarum adeptus est mansiōnum, ea que in me totius regiminis transflusa jura reliquit ex toto divina nubi potentia subjugavit. Unde quia regendorum membrorum causa salus est capit, et felicitas populum non nisi mansue uido est principum, votive decrevi vobis coram positis et votorum meorum deliberationem sanctione patula reserare et studiorum aea sincera exhibitione deferre. At vero quia anhem pectus sese in promissorum complementa diffundit nec pigredire sessam retardationis oneribus sese summittit, longam prosecutionem compendio brevitas adstrinxī, et quidquid productionibus inquietarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus complicamento respersum calamo vestrae sanctitudini offerre decrevi, id magno precatu deliberationis exhortans, ut quæcumque illic detinentur adscripta valido attendatis intuitu, sagaci prescrutenui studio, ac de his quæcumque extiterint placita Deo vestri oris ad nos sacro re'erantur oraculo. Ac-

A cepto dehinc oblato nobis tomo agentes Dominus gratias acclamavimus: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Post hujus exultationis beatæ gaudium et cœlestis gloriae hymnum ei em sacro principi benediximus, reseratoque dein volumine tomi ^b hæc inibi contexta reperimus.

In nomine Domini Flavius Recesvinthus rex reverentissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus: Sancti Spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens **423** et instructam agnoscens atque in honorem ejus diadema gloriae cum cordis humilitate prosternens, illo latet auditu quod omnes reges terræ serviant et obediunt Deo, en, reverendi Patres excelsiori mihi venerationis honore sublines, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meæ

B vestræ beatitudinis testimonium convocans et ad testimonium visionis vestræ memet coram omnipotenti Dei nutibus tremendis acclinans, referens illi corde late gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ celsitudinis jussu ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere cœtum, confidens tam mihi quam vobis et in presentium serie temporum et in futurorum longitudine aeculorum ejus adesse gratia præmium, quoniam et vestræ concordia in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum et dispositionis meæ in regendis populis quam plium sit properasti patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia momenti locutio longæ dictio non capit excessum, quid de sancta fide noverim quam cœlitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum sequentiumque Patrum ora cognovi, seu quid de securis negotiis pro quibus hunc conventionum vestræ congregationis coadunare percensui intimare decreverim, in hujus tomi serie conscripta tenete ac relecta prænoscite, et cunctis quæ tenori ejus nostræ amplitudinis potestas impressit vestræ beatitudinis gravitas effectum tam proprie ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat. Exordium itaque allocutionis meæ ex definitione sanctæ fidei inchoans, cætera quæ futuris sunt prosecutionibus illinanda velut supra soliditatem petrae constructurus annexam, ut operis mei ædificium congressurus eo sequentia validius ponam quo decentius firmissima prætulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat quod nosse non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, sanctam et sinceram regulam de corde puro et conscientia bona plenissime habere, veraciter scire, et firmissime retinere, atque eam ita complecti, venerari atque diligere, sicut eam

^a T., U., G., perspicui.

^b AE, 1, 1, U., involuto tomo. B. R., E. 4, 2, involucro.

apostolica traditio dedit, sicut eam sancta synodus Nicæna constituit, sicut Constantinopoli sanctorum Patrum congregatio definitivit, sicut Ephesini primi cœtus unitas affirmavit, sicut Chalcedonensis concilii descriptio protulit, hanc cum fidelibus servans, ad haec salvandos infideles advitans [B. R., invitans], in haec subjectos populos regens, hanc propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians, ut in illa glorificans Deum et in tempore mortalium me summae divinitatis felicitas assequatur, et in terra viventium **424** hereditas a me gloriae capiatur. Enī, reverentissimi Patres, quantum ad veritatem fidei sanctæ pertinuit ex toto animam meam suæ confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensavit. Jam nunc magnopere arbitror esse mihi opportunius entendum societati ejusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectore, ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus aut non plenitudinis sue dignitate perspicua decidat inobusta, dum Scriptura non silente de quibusdam infertur qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Ut ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam quem reprobaverunt quicunque adiunctantes, ideū tamen a Dominō factus est in caput anguli, et est admirabile in oculis nostris, plenus habeamus ejusque insignibus decentius exornemur, attendite cujus o. eris fructum cuiusque operationis augmentum studii: hujus sanctæ fidei consociare velimus et innectere quam' ocius præceptemus. Itaque revolutis retro tempore: ihns ita vos omnemque populum jurasse recolimus, ut enjus cuncte vel honoris persona in necem regiam excidimique Gothorum gentes ac patriæ detecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententia multatus atrocitate nusquam mereretur venias remedium vel alieñus temperantiae periperet quacunque subsidium. At nunc quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione hæc sententia resultare perpenditur et sic funditus damnationis astipulatio retinetur, ne pietati quæ Apostolo præcento ad omnia utilis est quocunque aditus reseretur, vestris hinc committit fidenti animo sacris pertractanda judicis ac dirimenda sententiis. Unde jam vestrum erit inspirante vobis miseratione divina ita utriusque discriminis temperante mensuram, ne aut juramenti conditio teneat reos aut impietatis ultio habeat inhumanos, siveque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos nec in profanationibus habeam subditos, nec impietatis vinclis doleam communatos: post hujus conventionis alloquium sequentium nectens causas negotiorum similiisque subjungimus vos intendere attentione. Dernimus attentes universitatem vestram per summæ divinitatis coequalem, et coeternam, et inseparabilem Trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, quod incarnatum Dei Filium de Spiritu sancto et Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntia, atque ejusdem adventum Jesu Christi, filii Dei, Domini nostri, quo perimendi sunt im-

A pii, et regnum ejus quo glorificandi sunt sancti, ut quocunque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus existenter patefacta, cum justitiae vigore misericorditer et cum temperamento **425** miserationis justissime cum nostra connivenientia terminetis; in legum sententiis que aut depravata consistunt, aut ex superfluo vel indebito conjecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu, hæc sola que ad sinceram justitiam et negotiorum sufficienciam convenient ordinatis: canonum obscura quædam et in dubium versa in meridiem lucidae intelligentiæ reducatis, omniumque negotiorum conventus ordinumque status qui in vestram existenter devoluti præsentiam ita majorum regulis concordantes justissime, pie ac temperanter constitutæ studeatis, ut et mibi quia studiorum fructum bonorum anhelo pars beatorum adveniat, et vos quoniā implentes voluntatem Dei me non spernitis imprecantem regio beatitudinis æternæ suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter inbærere concedat. **V**os etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo intercessione mos primævus obtinuit ac nobilitas expectabilis honoravit et experientia æquitatis plebiuum rectores exigit, quos in regimine socios, in adversitate fidus et in prosperis amplectior strenuos, por quos justitia leges implet, miserationes inficit, et contra justitiam legum moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obtestor per omne illud admirabile et solēm unius sacræ fidei sacramentum, quo venerabilem omnium sanctorum Patrum sum obtestatus conventum, ut ad tantæ veritatis ac dilectionis justissimæ formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium Patrum sanctorumque virorum aliorum mentis decentes obtutum quidquid innocentia vicinum, quidquid justitiae proximum, quidquid a pietate non alienum vel soli Deo cognovit existere placitum, insister, modeste et cum omni dignemini intentione complere, scientes quia in eo quod hæc mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis, et in eo quod de reorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobis simul Deo placitum assigno. In commune jam vobis cunctis et ex divino cultu ministris idoneis et ex aula regia rectoribus D decenter electis, divini nominis adjuratione constricatis, adjicio concessionis meæ verum purumque promissum, ut quocunque justitiae aut pietati salutarique discretioni vicinum decernere seu adimplere cum nostro consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam et adversus omniamodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Præmissis illis que ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit, adhuc si iudicauit a beatitudinis **426** vestras conventioni ejusdem fidei avidi as sancta depositi, connectente me in sequestrationis conflito causam que a nostro dogmate probatur extranea, quam licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardenter

* In reliquis, præter A. et E. 3, cunctæ.

opiat evidenter oblinet : Judæorum scilicet et vitam amoresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse posse contagii ; nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit hæreses, hoc solum sacrilegii dedecus remansisse dignoscitur, quod aut nostræ devotionis instantia corrigat aut vel ionis suæ vindicta desperat. Ex his enim quosdam traditionis errore velutæ video retinere jura perfidiae, quosdam vero saeri baptismatis expiatos ablutione ita in apostasiæ doleo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis profanatio blasphemie, quam in illis quos nondum constat purificatos esso regenerationis sacrae liquore. Pro quo bonæ intentionis agone et lucro fidei veræ obsecro reverentiam beatitudinis vestræ atque per supra taxatim contestor tremenda conjurationis tenorem, ut abeque omni favore, absque omni personarum par. ipsorum acceptione quidquid ad Domini et Redemptoris mei Jesu Christi veram si leui verumque pertinet ad honorem b, de his jubeat ardenter et verissime Doo ac fidei meæ placitam sententiam dare, ut sicut mihi divisa pietas regimen fideli dedit cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quietus et voluntatis suæ fieri bonum et ejus advenire congaudeam venerabile regnum. Datum sub die xvii calendarum Januarium anno feliciter quinto gloriae regni nostri.

In nomine Domini Flavius Reevesianus rex bane fidei et bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscrispi.

I. Relecta e tomis ^c pagina vel finita, cum gloriosissimum Deum de fidei principalis auditu et de bonæ voluntatis ejus affectu, ad peragendum causarum negotiorum ceterarum statim vertimus animum simulque summus exorsi judicium. Tunc prima narrationis exorta en verso fidei nobis tractatus occurrit, ut incipientes de illa, primitus loqui, inde soliditatis suspicimur exordium, unde sacre sumpsimus nativitatis initium, quatenus asserti. nostrarum fortí præmissa sententia quidquid subsequenter advenierit de actis negotiorum fortiori subsistere valeat serie decretorum. Itaque unius sacrae fidei vera professionem veramque regulam tenere nos tota virtute animi et profitemur et acclamamus, exactisque percipiendam ac **427** retinendam plena deliberatione incessanter prædicamus et pandimus, sicut a sanctis apostolis ostensa docetur, sicut a sequentibus Patribus orthodoxe disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis synodalibus gestis verissime confirmata dignoscitur, in quibus Arii, Macedonii, Nestori vel Eusebii insanissimus error et dilucide proditur et radicibus extirpatur, sicut denique in sacris missarum solemnitatibus concordi voce profiteamur ac dicimus :

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem,

^a Ex reliquis, præter A., in quo, *actionis.*

^b In reliquis, præter A. et E. 3, *amorem.*

A factorem creli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditionem : et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia aëcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominumque Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantię, per quem omnia facta sunt que in cœlo et que in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, Inde [B. R., iterum] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis : credimus et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas : in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam : confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri saeculi. Amen.

Hujus sancte fidei regula idcirco nunc tractatum non recipit aperturam, quia et a sacris doctoribus abunde constat expositam, et imminentium causarum negotia nos ad alia pertrahunt peragenda.

M. Secunda disputationis occursu adiuit negotium tam difficile quam et grave, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota, utrumque posset eorumdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed cum illarum series conditionum, ad quas decursis non longe temporibus pro eorum penuria hostilitatis vastitas nos jurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse texturam, ut materialium suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim quod in utroque pavor agebat, et ne sancti nominis profanatio fieret et ne miserationis operatio interiret, quia et ex Dei nominis profanatione non aberat quod ferrebat et ex prohibitione pietatis aderat quod temebat, dumque alterno periculorum objectu **428** se prolate sententiae compugnarent, periclitabamur auctipes in bifido partium dissidentium calle, quo diremptionis tramite judicium properaret; sed cum gressibus disputationis nostræ sese difficultatis compressio devia objecisset, properandi tandem relicto discrimine, cum fragore singultum et imbris lacrymarum ad Deum qui pietatis fons est verba simul et corda convertimus.

Aspira, sancte Spiritus, et ducito nos in portum voluntatis tue, sedatis fluctibus ignorantiae nostræ : ecce enim periculorum syrtes in littore eurus morsii pervenimus atque hinc de stravitibus naufragiorum obicibus quo dispositionis nostræ vela pandamus attentionis consideratione non cernimus. Sed

^c E. 4, *Relata.*

^d Ex reliquis, præter A. et E. 3, in quibus : *omni.*

aspira rurcum, sancte Spiritus, et dato nobis te dominante nosse quid jubeas ac te juvante implere posse quod jusserris, ut et perlustrando illumines quod nescimus et adjuvando perficias quod implere pavemus. Si jam ergo iu te requiescentes, erroneorum fluctuum pavoribus abdicatis, commercia nos jules disponere pacis, inchoemus illa quæ et in gloriam tuæ omnipotentiaz conferantur et humanæ saluti te annuente donentur. Temporibus non procul excursis cum quorundam refugiarum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, et scandala populis cum excidiis irrgaret, adeo ut captivorum tuomas reducere et desolations terræ quæ tali concussæ sunt pesta quilibet conatus nequeat reparare, exactum est vi potius necessitatæ exortæ quam deliberatione judicii, ut contra eosdem eisdemque simillimos cum omni fere populo acerrima juramenta daremus, unde jurasse nos per attestacionem divini nominis conditio juramenti demouastrat, et ne resolvi queat sacrae Scripturaræ auctoritas instat; scribitur namque in Exodo : *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim in contemnere habebit Dominus eum qui assumperit nomen Domini Dei sui frustra.* Item in Levitico : *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui : ego Dominus.* At vero quia illata pressurarum acerbitas resolvit ac debeat tam vinculum et lamentorum horror insiuuat, quam ejusdem auctoritatis Dominicæ præcepta commendant : etenim juxta veterem translationem ita quosdam per Isaiam gravi exprobratione Dominus increpat dicens : *Væ filii desertionis, dicit Dominus : fecistis consilium non per me, et sponzionem non per spiritum meum, adjicere peccatum super peccatum.* Item Jeremias : *Iniquitates nostræ declinaverunt ista et peccata nostra amovunt bona a nobis, quia inventi sunt in populo meo impi et laqueos statuerunt ad dispergendos viros et comprehendenterunt : ut laqueus stans p'enus 429 volutilibus, sic domus eorum plena dolo.* Et per Michælam : *Eheu mihi anima, quia periret revertens ad terram, et qui corrigat inter homines non est ; omnes in sanguine judicantur ; unusquisque proximum suum tribulat tribulatione ; in malum manus suas præparant.* Ad beneficentiam certe quæ divinis oculis tanto est gratior quanto et invenitur esse præstantior, sic nos Isaías instruit dicens : *Dissolve colligationes impietas, solve fasciculot deprimentes.* Paulus eliam vas electionis : *Pietas ad omnia utilis est.* Et Jacobus : *Judicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam ; superexaltat outem misericordia judicium.* Joannes item : *Qui odit fratrem suum homicida est, et scitis quia omnis homicida non habet vitum æternam in se manentem ?* Et per semelipsum Veritas : *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt : et iterum : D. multite et dimittetur vobis ; si autem non dimiseritis, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.* Ecce sunt dominicæ iussionis hinc inde astipulata firmissima cautione præcepta, ac proinde quia sunt divini oris prosecu-

A tione taxata, permanebunt per omnia æterna legi præfixa. Quid ergo ? Nunquid aut juramenti justitiam aut misericordia pacem sibi contrarie narrabimus, duis scriptum sit : *Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax se complexe sunt ?* Aut quia controversiarum lapsus sese in contentione diffundunt atque unius partis assertionem narrabimus non implicantem ? cur alterius assertio partis jacturæominatur instantiam ? Et quia juramenti custodia utilitionem non temporal pavescendam, idcirco impie-tatis atrocitas mortem pariet execrandam ? absit. Etenim si publicia sacramentorum gestis, quod Deus avertat, a quibuslibet illicita vel non bona existisset conditio alligata, quæ aut jugulare animam patris aut agere compelleret stuprum sacratissima virginis ; nunquid non tolerabilius esset stolæ promissionis rejicere vela, quam per inutilium promissorum custodiad exhorrendam criminum implere mensuram ? Quod si ita esset, quomodo crederetur unius observantia iussionis esse fons pietatis, cum euenteret rivulos a nitionis ? aut quænam illa esset sacra observatio legis quæ sacrificia committeret pravitatis, vel cuius menuræ æquitas videretur, ut ex unius præcepti cautela nervis exoriretur immunitas truculentia ? At nunc non ita contendimus ut contentioñum divortiis conciliatis nos ipsos contentionis certaminibus misceamus. Est vere pax in utroque quod dicimus, quia sic sanctus Spiritus iter nostrorum cursuum temperat, ut in nullo devium hoc a sua dispositione secludat : unde plena jam voce, pleniori fide, plenis imaque intentione prædicimus, atque 430 in totam sanctæ ecclesiæ universitatem prædicamus pariter et optimus, nulla profanatione solius et summae divinitatis nomen existere assumendum, nullo perjurii sacrilegio indebitè profanandum, nullo uspiam contractu fallaciae continuendum. Nam si attestante Veritate propter profanationem perjurii evitandam prohibetur omnino jurare, cum dicitur : *Sit sermo vester : EST, EST, NON, NON ; quod plus autem his est, a malo est : quomodo impunitum erit nomen tantæ gloriae voluntarie profanasse, dum in eo taxata fides dignocitor interisse, vel quatenus pacis fraterna in gentium discordia ligabuntur, si non juramenti pacta sanctiori integrilate serventur ?* Etenim omne quod in pacis fratre-venit tunc solidius substiat, cum juramenti hoc interpositio roborat, sed et omne quod animos amicorum conciliat tunc fixius dura, cum eos sacramenti vincula ligant, omne etiam quod testis astipulat, tunc verius constat, cum id adjectio iurbationis affirmat ; quod si et testis deficiat, innocentis fidem s.l. juris-jurandi taxatio manifestat. Hinc et ut motibus humaniæ divina voluntas panderet quod volebat, ne labens fragilitas pro incerto teneret quod inviolatae veritatis promissio exprimebat, per Isaiam loquitur dicens : *Ego Dominus et non est aliis, in memorijs juravi : si ergo tantæ institutionis limite sunt rotiva juramenta servanda, quis alienoru[m] a veritate haec*

* Ex A.E., B.R., E. 4, U. In A. et reliquis : tribulus.

adstruat execrabiliter violanda? Stabunt ergo sacrae auctoritatis vivida iussa nec vana profanatione erunt aliquatenus teneranda; verum ne juramenta quæ data sunt videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, ut nullam de pietatis affectu animæ viscera concipient indulgentiam paritoram, sic stabilitis contractibus juramenti sinum misericordiae aperimus, atque ita cunctis Deo placita devotione misereri censemus, ut nos nec juramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos. Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque quo valet, et relevatione alienæ vindictæ a se Dèi removere vindictam: libat enim Dominus prospira qui ab afflictis pellit adversa. Inde Job ante passionis experientiam impendens patientibus quod in passionis suæ patientia memorabat, suarum virtutum catalogum texens inter cetera sic concrevit: *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum: et paulo post: Flebam quondam super eum qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Hinc et Salomon: *Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad infernum liberare non cesses.* Quibus sanctæ auctoritatis instructi decrevis, nec sanctum nomen profanasse nos constat, quod nullatenus profanandum vox nostræ **431** predicationis inveniat, et indulgentiae visceribus adaptaris, licet oris sui professione damnati difficile mererentur absolvii juxta quod scriptum est: *Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est adversarii te: et iterum: Ex ore tuo justificaberis, et ex ore tuo condemnaberis;* tamen pietatis intuitu et parcendi viam prædunimus et misericordiam prorogamus; hujus sane promissionis incaute crudam cruentanquo temperare sententiam illa quam maxime compellimur causa, quod hæc duo mala licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temerare compulerit, id debeamus resolvere quod minori nexus noscitur obligare. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius proportionis scumine vestigenus; etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus; cum vero noxia promissa compleamur, et Dei iussa superbe contemnimus et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus: illic enim duplice culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo ut eo nostra pergit sententia quo misericordiae patuerit via, quæ ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso: *Misericordiam volui et non sacrificium.* Hac indulgentiae concessa licentia miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestatem redigimus, ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget, quæ ita principaliter discretione moderata persistant, ut et illis sit aliquatenus misericordia contributa et nusquam gens aut patria per eosdem aut periculum quocunquam perferat aut jacturam, hæc miserationis obtentu

* Ex reliquis, præter A., in quo: *religatione.*

A temperasse sufficiat. Ceterum quacunque juramenta pro regiae potestatis salute vel contutitione gentis et patris vel haec tenet sunt exacta vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omnique vigilancia insolubiliter decernimus observanda, a membrorum truncatione mortisque sententia religione et penitus absoluta. Sed ne ravarum mentium versuta nequitia nosmet ad perjurii quandoque devocet culpam, nec a sanctæ fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium Patrum asserita huic narrationi curaviinus innectenda. Etenim incommutabilis idemque semper existens Dei summi natura præcellens sua saepè in sacris litteris legitur mutasse promissa, et pro misericordia temperasse sententiam: unde quamlibet sit impensisibilis atque immutabilis idem quidem deitate summisima, crebro tamen ejus et juramenta leguntur et penitentia, quæ sacris exstant mysteriis adoperia. **432** Jurare namque Dei est a se ipso nullatenus ordinata convellere, penitere vero eadem ordinata cum voluerit immutare. Sic enim per Jeremiam dicit: *Repente loquar adversum gentem et adversum regnum, ut eradicem et destruam et disperdam illud: si penitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversum eam, agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut sacerdem ei.* Et per Ezzechiel: *Si dixero justo quod vita vivat et confisus in justitia sua frerit iniquitatem, omnis justitia ejus oblivioni tradentur, et iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur: Si autem dixero impio: Morte morieris, et egerit penitentiam a peccato suo, vita vivet et non morietur.* Si ergo nostra conversio sic divinam mutant sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ vel pressura tam crudam non temperet ex miseratione vindictam? Hinc etiam populo Israelitico sape ultio promissa suspenditur, et Ninivitarum perditio divinæ sententiae permutatione sedatur.

C At vero illusiri laudum titulo præclarus auctor Ambrosius in libro de Officiis primo hujuscemodi rei causa sic loquitur: *E t etiam contra officium, nonnunquam promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes qui juravit quoniam quidquid petitus esset daret filiæ Herodiadis, et necem Joannis præstít ne promissum negaret.* Nam de Jeph'e quid dicam qui inmolavit filiam quæ sibi victori primum occurserat, quo volum impleret quod spupo derat ut quidquid sibi primum occurrisset offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere quam promissum solvere parricidio. Item in libro tertio: *Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, ut unusquisque simplicem sermonem posserat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscriptione verborum inducat, nihil promittat in honestum, ac si promiserit, tolerabilius est promissum non facere quam facere quod turpesit.* Saepè plerique constringunt se jurisjurandi sacramento, et cum ipsis cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spoponderint; sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter pro-

*misit, crudeliter solvit, turpe quod regnum pro salta-
tione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro ju-
risjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tale
fuissest perjurium sacramento? Et post pauca de Jephite
diuersus: *Miserabilis, inquit, necessitas quæ solvitur
parricidio. Melius est non vovere quam vovere id quod
sibi is cui promittitur nolit exsolvi.* Et post paululum: *Non
semper igitur promissa solvenda omnia sunt.
Denique ipse Dominus, sicut Scriptura indicat, fre-
quenter suam mentit sententiam. Vir quoque sanctissi-
mus Augustinus vestigationis acumine cautus, inve-
niendi 433 arte præcipuus, asserendi copia pro-
fluens, eloquentiae flore venustus, sapientiae fructu
secundus, hæc in suis narrat affatibus: *Duo sunt
omnino genera mendaciorum in quibus non magna
culpa est; sed tamen non sunt sine culpa cum aut jo-
camur aut quod promisimus mentimur.* Illud primum
in jocando id est perniciuosissimum quia non
fallit, novit enim ille cui dicitur joci causa esse dictum.
Secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam
benevolentiam. Idem ipse: *Non auferat, inquit,
veritas misericordiam, nec misericordia impedit veri-
tatem; si enim pro veritate aut quasi rigida veritate
oblitus fuerit misericordiam, non ambulabis in via
Domini, in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi.*
Beatus etiam papa Gregorius et libris et meritis ho-
norandus, atque in ethicis assertionibus pene cunctis
merito præferendus, sic in libris insert moralibus: *Quia ergo behemoth iste ita inexplicabilis nodis ligat,
ut plerumque mens in dubio adducta unde se a culpa
solvere nititur inde in culpa arctius adstrigatur, recte
dicitur: Nervi testiculorum ejus perplexi sunt. Argu-
menta namque machinationum illius quasi collazantur
et relinquunt, eo magis implicantur ut teneant. Est tan-
men quod ad destruendas ejus versutias utiliter fit, ut
cum mens inter minora et maiora peccata constringi-
tur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus pa-
ret, minora semper eligantur, quia et qui murorum un-
dique ambitu ne fugiat clauditur, et in fugam præ-
cipitat ubi brevior murus invenitur. Nostri quoque
seculi doctor egregius, Ecclesie catholice novissi-
mum decus, præcedentibus ætate postremus, doc-
trina comparatione non insinuus, et quod majus est
in sæculorum fine doctissimus, atque cum reveren-
tia nominandus Isidorus in libro Sententiarum se-
cundo hæc pro tali narrat negotio: *Non est conser-
vandum sacramentum quo malum incaue promittitur,
veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea perma-
nendi fidem pollicetur: tolerabilius est enim non im-
plere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.*
Similiter in Synonymis: *In malis promissis rescinde
fidem, in turpi voto muta decretum quod incavæ vo-
visti non facias. Impia est promissio quæ scelere adim-
p'etur.* Hæc de sacris paginis auctoribusque præcipuis
brevissime suslavit prælibasse, nam plurima colli-
gere poterit qui hæc attentius legendi quæsierit:
Exterum quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc***

* AE., B. R., T. 1, 2, aut proximis mentimur. U., G.,
aut quod promissus proximo mentimur.

A samant cum rubore si entum, quia optamus ut vas
electionis anathema esse Christo pro fratribus no-
stris, quam perdurare crudelibus in delictis.

III. Tertiæ ratiocinationis alloquo dolimus contra
priorum monita Patrum vota 434 perniciosissima
posteriorum, nam quanto sequentius illi noxia velue-
runt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non
quiescunt; sieque per contrarium quod penitus oc-
cumbere debuit insultare non desinit, et res quæ tot
excissa decretis arescere potuit, ad vicem lernæ
capitis ut serunt fabulae truncata virescit. Denique,
quod non sine magno dolore dicendum est, reperiuntur
quamplurimi negotio muneri perituri mercari
velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium do-
nant ut pontificalis ordinis sublimne culmen accipient,
B oblii verborum Petri, quæ dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam domini
Dei existimasti per pecuniam possidere.* Proinde quia
et ositatum est tale malum, et majorum frequenter
existat muerone sucsum, nos quoque huic vulneri
canceroso ignitum quod superest adhuc injicimus
ferrum, dercentes omnimodo, ut quicunque deinceps pro percipienda sacerdotii dignitate quolibet
præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tem-
pore se noverit anathematis opprobrio condemnatum
atque a perceptione Christi corporis et sanguinis
alienum, quo illum constat hoc execrabile Christo
perpetrasse flagitium. Quod si aliquis existiterit qui
accusat, ille qui hunc ordinem munerum fuerat ac-
ceptione lucratus et suscepti honoris gradu privetur,
et in monasterio sub perenni poenitentia religetur:
illi vero qui pro hac causa niunerum acceptores ex-
sisterint, si clerici fuerint, honoris ammissione mul-
tientur, si vero laici, anathemate perpetuo condem-
nentur.

C IV. Quartæ congressionis eventu obvius sese no-
bis intulit pontificalis culminis lapsus, quem ambo
flere quam disponere compulsi ex ordine sumus;
nam cum secundum carnis assumptam mysterium Ec-
clesiae sue fuerit dignatus caput existere Christus,
merito in membris ejus intentio episcoporum officia
peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimiori
celitudine ordinum regunt et disponunt subjectas
multitudines plebium. Unde quanto ipi sunt sequen-
tium ductores, tanto meritorum lumine debent esse
fulgentes. Quapropter omnes episcopi inter extera-
rum ornamenti virtutum nitore carnis dehent pro-
pensiis eniti, ut ex hoc audientes munditiam appen-
tant ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeo
si deinceps episcopi de ecclesi suæ frucent execrabilibus
flagitiis cum quibuslibet feminis pollui ac familiari
peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sen-
tentia Patrum ulisci, id est et loci et ordinis sui di-
gnitate privari.

V. Quintæ actionis impulsu perenit ad totius
concilii sacrum auditum quædam sacerdotes et
ministros, obliviscentes majorum 435 vetera

b Ex reliquis, præter A., in quo: *hydra.*

constituta, aut uxorum aut quaruncunque seminarum se immunda societate et execrabilis contagione turpari, pessimi cordis oblatione tam sacris litteris quam Patrum regulis obviantes, nec levi quidem respiramine memorie comendantes quod scriptum est : *Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum*, dicit Dominus : et illud apostolicum : *Mortificate membra vestra quae sunt super terram, id est fornicationem et immunditiam, concupiscentiam malam et avaritiam* : quibus quanto est pertinacior [B. R., perniciosior] usus in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod flagitiū dedecus specialiter hoc a sancto concilio definitur; ut omnes episcopi id ipsum in suis querere sollicite current, et cum hoc verissime reperire posuerint, omnes placiti cautione tali constringant^a, ut nusquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero seu fibrae sint seu ancillæ, hac illis turpitudine sociatae, ita omnismodo separantur aut certe vendantur, ut ulterius ad consicos [B. R., consocios] sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum : illi vero si omnimodo coerceri nequierint, usque ad exitum vite sua monasteriis deputati penitentiae disciplinis manent omnino subjecti.

V. Sextæ discussionis objectu quorundam male sibi concionerum patuit denotatum elogium : nam relatum est nobis quosdam subdiacones, postquam ad sacri hujus ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit : *Mundanini qui fertis vase Domini*: sed etiam, quod dictu quoque uelas est, novis uxoris copulari, assentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt perceperisse. Prinde omni excusationem discesso velamine id præcipiens observari, ut cum iisdem subdiacones ordinantur, cum uas ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, et sacra dignoscitur consuetudo substare prolatæ, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub penitentiæ encribus usque ad extreum vitæ monasteriis religandi.

VII. Septimæ assertionis accessu adiit costum nostrum tam inverecunda progressio quam ignobilis ac detestanda præsumptio : quosdam enim aut ex eventu necessitatum aut metu periculorum adeptus fuisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum, et quoniam cum illis imponerentur id sibi fieri noluisse testantur, idcirco haec sperare atque ad pristina pertinentia conjugia moresque **436** redire, tam nequierit coelestia jura solventes quam prompte sæcularibus existant illecebris inhiantes. Quia de re nosse non convenit quod episcopalis eminentiæ culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit : scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedi-

ctionem, sacrorumque ordinum institutionem, que tandem valenter^b ordinata persistunt quam excellētissime conferuntur, qui et tanto ab eis singulariter inpenduntur, quanto eidem summo culmini agenda servantur. Quomodo ergo qui ea in se recipit a se rejicare poterit, cum haec a nullo altero conferri quam a solis pontificibus novit, a quibus nec ligata solvi nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait : *Quocunque ligaveris super terram erit ligatum et in celo, et quocunque solueris super terram erit solutum et in celo*. Nequaquam ergo aliquando poterit profanari quod divinitate jussionis siuulque apostolicæ traditionis auctoritate sacram noscitur existisse : verum sicut sanctum chrisma collatum et altaris honor evelli non queunt, ita quoque sacrorum decus honorum quod his compar habetur et socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnismodo inconveniunt. Ad extirpandum vero radicibus hujus callide machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noverint in objectu, quod sacrosancti baptismatis inappreciabile donum et semper et sœpe non solum nolentibus, verum etiam, quod majus est, nescientibus impertitur; sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si et hic opponitur necdum rationis capaces existere qui hoc probantur accipere, hinc omnimodo conticescant, quia si maiores impune non deserunt quod parvuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit violari quod pro mortis aut præuarum evadenda pernicie occulta Dei dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo talium desideriorum impuderali factores, et licet iuxti percepient quod non merebantur halere, libenter tamen ob hoc coeleste retineant præmium, quod nolendo pro terrenæ consecuti sunt necessitatis eventu, ut tandem inviti appetant bona diligere quæ sponte videntur desiderare impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum non sinceriter sacræ inhæserit cultibus, et abjiciens a se gratiam quam accepit relabi ad conjugia moresque seculi attenuaverit vel eum redire constituerit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privatus vere ut apostata a sanctæ Ecclesiæ liminibus et societate **437** fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris donec advixerit sub penitentia retrandendus.

VIII. Octavæ disceptationis affectu reperimus quosdam divinis officiis mancipatos tanta nescientiae socordia plenis, ut nec illis probentur iustiucti competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in usus. Prinde sollicite constituitur atque decernitur, ut nullus cuiuscunq; dignitatis ecclesiasticae deinceps percipiat gradum, qui non totum psalterium vel cantorum uerbi et hymnorum sive baptizandi perficie noverit supplementum. Illi sane qui jam honorum dignitate funguntur, hujusce tamen

^a In reliquis, præter A., distingant.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, separantur, et monasterio tradantur, ut ulterius.

^c Ex E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquis : a'iter.

^d A.E., B. R., E. 4, T. 1, 2, divina jussione.

Ignorantiae cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessaria perdiscendi aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur invitati.

IX. Nonæ intentionis admonitu detecta est ingluvies horrenda voracium, quæ dum frāno parcimonia non astringitur religioni contrarie censorum, nam dicente Scriptura: *Qui spernit minima paulatim decideret in maxima;* illi tanto edacitatis improbase sumptu grassantur, ut celestia et pene summa contemnere videantur. Etenim cum quadragesimæ dies anni tolius decimæ depulentur, quæ in oblationem jejunii Domini consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem creditus adducitur, et quatuor elementis formatus propter transgressionem decalogi quater decies convenienter affligitur, illi ausu temerario hæc omnia contemnentes nec veracitatis ingluvem frānant, et, quod peius est, paschalia festa illicitorum esum perceptione profanant: quibus ex hoc adeo acerrius intenditur, ut quisquis absque inevitabili necessitate atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate, diebus quadragesimas esum carnium præsumpsit attentare, non solum resens erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione, et hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentiae oblitus est disciplinam. Illi vero quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arcat, non ante prohibita violare præsumant quam a sacerdote permisum accipient.

X. Decimæ collocutionis assensu molestis actibus, quos sagax indagatio pietati obviare detexit, et non bene regendi licentia quam se mansuetudo impugnasse probavit, satis, ut opinamur, et lege gloriosi principis et decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perflavit, ut vitali statu verborum in posterum 438 omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namque est in definitionibus ipsis, ut quia pietatis divine incomprehensibilis et ignota natura sese conditioni mortalium in unione personæ coniunctis mysterio redemptionis humanae, nos quoque a membris capitilis hujus et perfidiae malum et concupiscentiam quæ radix malorum est omnium, et avaritiam quæ invenitur servitus idolorum, parsimoniam igne ac muercone totoque artificio radicibus evellamus ac desecemus. Abhinc ergo et deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia aut in loco ubi princeps decesserit cum pontificum majorumque palatii omnimodo elegantur assensu, non surinsecus aut conspiratione paucorum aut rusticarum plebium seditione tumultu; erunt catholice fidei assortores eamque et ab hac

A quæ imminet Judiorum perfidia et a cunctarum hæresum injuria defendentes; erunt actibus, judicis et vita modesti; erunt in provisionibus rerum tam parci amplius quam extenti, ut nulla vi aut factio Scripturarum vel definitionum qualiumcunque contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant; erunt in conquitis oblationis gratissimæ rebus non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti; de robis congregatis ab eis illis tantum sibi vindicent partes quas dicaverit auctoritas principalis; verum quæcunque inordinata reliquerint hæreditabunt gloriam successores, propria eorum ^a et ante regnum justissimo conquista aut filii aut heredes capiant jure proximitatis. De afflitione successionis vel munere quamvis inordinata relicta, aut primum tantum filii aut hæreditibus sequenter proficiant vel propinquis, atque ita in eorum cunctis actibus, moribus atque rebus præfatis legi erit auctoritas solitura, ut et perenniter maneat inconvulsa. Et non prius apicem regni quisque percipiat, quam se illam per omnia suppleturum juris-jurandi taxatione definit: eni etiam legi vel decreto episcopali non solum in futuro sed etiam in præsenti reverentiam apponentes decernimus, ut quicunque detractor et non potius venerator decreti ejusdem at quo legis esse maluerit, sive religiosus ille sit, sive laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum et sui ordinis dignitate privetur.

C **XI.** Undecimæ occasionis articulo decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper Deus oppositione judiciorum ærumnam relevet oppressorum, et sicut malis exigentibus hominum permittit exerceri penurias ultiōrum, ita, cum voluerit, gravedines relevat pressuram. Hinc et decreta præcedenti in 439 Patrum ad contentionis jurgium radicibus evellendum rite synodalem fieri censuere conventum, ut illic diversitate judiciorum prutensæ lites habeant terminum ubi sanctus Spiritus universalem condunaverit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu sanctie succensi ne quilibet in posteram aut impune valent commoveri aut generalia statuta convellere plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcunque pro fidei causa ecclesiasticisque negotiis aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut futuris etiam in decretis, vel sunt vel fuerint definitione conscripta universalis auctoritatis, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea reverberare præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens aut securrans aut certe lacerator aut invidus, ac non potius eorumdem sautor extiterit gratiosus, et honoris sui et communionis sanctæ lugeat amissione multates. Cum vero quælibet sancta synodus agitur aut pacifice inter episcopos hæc quidpiam definitur, si præciosiores per nescientiam vel

^a Ex omnibus, præter A. et E. 3, in quibus: successores proprii eorum.

b AE., B. R., E. 4, T. 1, 2, pontifices. U., G., pontifices ac laicos.

contemptionem ^a forte dissentiant, aut commoniti plurimorum sententiae cedant, aut ab eorum coetum dedecore confusionis abscedant et excommunicationis annuse sententiam luant.

XII. Duodecima quæ est finalis et ultima sacratissimi principis obsecratione piissima pro Judæorum abominabili ac nefanda perfidia execranda nostro coetui perpetuæ causa, quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam; quoniam eamdem gentem delicti sui merito retroductam per divinæ sanctionis oracula a capite positam deslemus in candam. Sed quia Christus ut pro nobis ita quoque pro illis est mortuus juxta quod ipse ait: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierant domus Israel*, necessarium duximus summam pro eis impendere curam pro quibus suam Christus ponere non dignatus est animam; ideoque principali clementiæ devotissime præfaventes, quæ ob hoc sui regni apicem a Domino solidari præceptat, si catholice fidei pereuntium turmas acquirat, indignum reputans orthodoxæ fidei principem sacrilegis imperare, fiduciumque plebem infidelium societate polluere, nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam ut decreta concilii Toletani, quod divæ memorie S. Isenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleant intentione: quisquis autem ab ejusdem synodi voluerit sententia dissentire, ut vere sacrilegum se noverit condennari.

Divinæ Trinitatis inseparabile nomen sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatum primordia lineavit, ita consummatione **440** sublimi eadem jam perficiendo concludit, ut in illo sit nostrum explicuisse a quo nobis adfuit inchoasse. Damus ergo gloriam et honorem eidem sanctæ atque invisibili Trinitati, quæ nobis et ex se dicere contulit et in se dicta complevit, quæ reformavit in extremitate saeculorum remedia pietatum et resolvit ligamina vinculorum collationibus gratiarum. Salus et benedictio ab exercitu Domino super serenissimum Reccesvinthum principem gloriissimum: gratiarum actio et reverentiae plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi bonorum gratioso largitori, cuius votorum instantia benigna Deus attulit complementa, cuius ^b dispositio piissima pressurarum removit exitia, cuius temporibus conferat vigere justitiam et exuberare misericordiam opulentam, cui post præsentis ævi tempora diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum nostrorum seriem ex rectæ fidei vel pietatis ac justitiae fonte manantem coram Deo et sanctis angelis ejus, orthodoxis omnibus et nunc et in futurum impensisime commendamus, obsecrantes enixius ut hanc et reverenter adimpleant et ab æmulis benigne [Æ., enixe] defendant; et contemnentibus eam divinæ severitatis ultio pavenda proveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua et gloria sempiterna contingat. Hujus quoque senten-

^a E. 4, T. 4, contentionem.

^b tiae fortitudine vel valore decreti nostri sciens, quam in serenissimi domini nostri Reccesvinthi regis edidimus nomine, pro rebus a divæ memorie patre suo quolibet titulo conquitis decernimus omnino constare. Legem denique, quam pro coercenda principum horrenda cupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmans, atque ut in futuris retro temporibus modis omnibus observetur pa i sententia definitus. Quæ etiam ne tacitura temporum vel oblivia vetustate depereant huic nostræ constitutioni utraque decrevimus innectenda, in cunctorum memorie commendanda, ut a cunctis regulis superioris ordinatis nusquam maneant segregata. Cætera quoque decretorum nosrorum judicia quæ ab hac sancta synodo noscuntur esse confecta si quis convellere forsitan decreverit aut temeranter implere neglexerit vel infringere quandoque voluerit, per judicium Dei omnipotentis anathema sit. Se hæc autem Deo nostro gloria in sæcula saeculorum. Amen. Intersuerunt huic sancto concilio Pontifices:

Orontius Emeritensis metropolitanus episcopus.

441 Antonius Hispæensis metropolitanus episcopus.

Eugenius regiæ urbis metropolitanus episcopus.

Potamius Bracarensis metropolitanus episcopus.

Gabinius Calagurritanus episcopus.

Eparchius Italicensis episcopus.

Dunila Malacitanus episcopus.

Stephanus Astigitanus episcopus.

Donumdei Ampuritanus episcopus.

Joannes Cauriensis episcopus.

Egeredus Salamanticensis episcopus.

Georgius Agathensis episcopus.

Selua Egitanensis episcopus.

Candidatus Asturicensis episcopus.

Athanasius Setabitanus episcopus.

Maurusius Oretanus episcopus.

Filimirus Lameccensis episcopus.

Aya Eliberitanus episcopus.

Amanuagus Abilensis episcopus.

Froila Mentesanus episcopus.

Ansericus Segobiensis episcopus.

Tayo Gerundensis episcopus.

Tagonius Valeriensis episcopus.

Winibal Elicitanus episcopus.

Floridius Segobricensis episcopus.

Marcus Castulonensis episcopus.

Vincentius Tuccitanus episcopus.

Witericus Segontinus episcopus.

Dadila Complutensis episcopus.

Gosericus Ausonensis episcopus.

Abientius Elborensis episcopus.

Sylvester Carcasonensis episcopus.

Wadila Vesensis episcopus.

Afrila Dertoranus episcopus.

Bacauda Egabriensis episcopus.

Felix Valentinus episcopus.

Ascaricus Palentinus episcopus.

Æ., B. R., E. 4, T. 4, dispositione.

Sonna Auriensis episcopus.
 Tayo Cæsaraugustanus episcopus.
 Fosforus Cordubensis episcopus.
 Ermenredus Lucensis episcopus.
 Julianus Accitanus episcopus.
 Valdigius Arcabicensis episcopus.
 Maurellus Urgelitannus episcopus.
 Litorius Aucensis episcopus.
 Siseberius Conimbroiensis episcopus.
 Adcodatus Pacensis episcopus.
 Giberius Bigastrensis episcopus.
 Celedonius Calabriensis episcopus.
 Servu-dei Vastitanus episcopus.
 Euscbius Oscensis episcopus.

Abbas.

Eumerius abbas.
 Fugitivus abbas.
 Eusychius abbas.
 Sempronius abbas.
 Cyriacus abbas.
 Joannes abbas.

442 Marcellinus archipresbyter [B. R., T. 4, abbas] Toletanus.

Siliculus primicerius [B. R., T. 4. abbas].
 Ildephonsus abbas.
 Anatolius abbas.
 Eumerius abbas.
 Morarius abbas.
 Secundinus abbas.

Vicarii episcoporum.

Absalius archipresbyter.
 Guterius diaconus.

Osdolzus abbas Riccimiri episcopi Ecclesiae Dumensis.

Servandus archipresbyter Vincentii episcopi Ecclesiae Egarensis.

Conantius diaconus Maurelli episcopi Ecclesiae Dianensis.

Godescalcus presbyter Egilanis episcopi Ecclesiae Oxomensis.

Daniel diaconus Marcelli episcopi Ecclesiae Urcitanensis.

Sindigis diaconus Vincibilis episcopi Ecclesiae Irenensis.

Sagarellus diaconus Saturnini episcopi Ecclesiae Osonovensis.

Mactericus presbyter Sosani episcopi Ecclesiae Britanniensis.

Victorinus presbyter beati episcopi Ecclesiae Tudensis.

Ex viris illustribus officii palatini.

Ilodoagrus comes Cubiculariorum et dux.
 Offilo comes Cubiculariorum et dux.
 Adulfus comes Scanciarum et dux.
 Babilo comes et procer.
 Astaldus comes et procer.
 Ataulfus comes.
 Ella comes et dux.

* B. R., E. 4, Sonani. U., Sosanis.

A Paulus comes Notariorum.

Evantius comes Scanciarum.
 Euredus comes et procer.
 Riquira comes Patrimoniorum.
 Afrila comes Scanciarum.
 Wenedarius comes Scanciarum et dux.
 Fandila comes Scanciarum et dux.
 Cunefrendus comes Spatiorum.
 Froila comes et procer.
 Riccila comes Patrimoniorum.

Decretum judicij universalis editum in nomine principis.

Soliditatem reddidisse fracturæ atque fecisse consurgere quod exstiterat concidisse et incrementum est usitatæ mercedis et plenitudo consummate perfectio-

Bnis : ponderi etenim collidentis ruinæ si aquilium proximorum curam convenit obviare, quanto grandioris erit culpæ prælatos incuria discrimen incurrire, si non quo valent excommunicationis onere commissos procurent populos sublevare ? Properandum ergo est inter 443 ruinas collisionum catervas eripere collisorum, ut ex hoc jugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, et omnis compressus noverit sanctæ sanctionis esse sacribi collata remedium. Cum decursis ergo temporibus durae dominationis sese potestas gravis attolleret, et in subjectis populis imperium dominantis non formaret jura regiminis sed excidia ultionis, aspergimine subditorum statum non ex ordine vegetari rectoria, sed dejici ex gravedine potestatis : contraxerant enim leges elata fastigia in bifronti discidio motionis, et aut in culpis lex ardua sævibat aut in spoliis favorem lex voluntaria commodabat : inde moestos animos non spes sovebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Unde jam in reparationis occursu non tantum nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa commotio rerum impellit, ut ex omnium animorum deliberatione concordi illa emaneat sententia dicti, qua et suam ausibus rite ponat illicitis et consultum salvandis jure ferat in populis. Quesdam namque conspiciimus reges postquam fuerint regni gloriam consequentes extenuatis viribus populorum rei propriæ congerere lucrum, et oblii quod regere sunt vocali defensionem in vastationem convertunt qui vastationem defensione pellere debuerant, illud gravius innocentes quod ea quæ videntur acquirere non regni deputant honori vel gloriæ, sed ita malunt in suo jure confundi, ut veluti ex debito decernant hæc in liberorum posteritatem transmitti ; quam itaque ob rem in proprietatis illa conantur redigere sinu qua pro solo constat illos imperiali percepiisse fastigio ? aut quo libita in juris proprii collocant antro quod publicæ utilitatis acquisitum esse constat obtenui ? Nam nunquid ad illos aut populorum adventus aut rerum poterat concurrere sensus, nisi existissent gloriæ sublimati culminibus ? aut ab æqualibus illi potuerunt rerum coacervatione ditari, nisi subjectis glorioso apice potuissent attolli ? Omnia certe | AE..

C contraxerant enim leges elata fastigia in bifronti discidio motionis, et aut in culpis lex ardua sævibat aut in spoliis favorem lex voluntaria commodabat : inde moestos animos non spes sovebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Unde jam in reparationis occursu non tantum nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa commotio rerum impellit, ut ex omnium animorum deliberatione concordi illa emaneat sententia dicti, qua et suam ausibus rite ponat illicitis et consultum salvandis jure ferat in populis. Quesdam namque conspiciimus reges postquam fuerint regni gloriam consequentes extenuatis viribus populorum rei propriæ congerere lucrum, et oblii quod regere sunt vocali defensionem in vastationem convertunt qui vastationem defensione pellere debuerant, illud gravius innocentes quod ea quæ videntur acquirere non regni deputant honori vel gloriæ, sed ita malunt in suo jure confundi, ut veluti ex debito decernant hæc in liberorum posteritatem transmitti ; quam itaque ob rem in proprietatis illa conantur redigere sinu qua pro solo constat illos imperiali percepiisse fastigio ? aut quo libita in juris proprii collocant antro quod publicæ utilitatis acquisitum esse constat obtenui ? Nam nunquid ad illos aut populorum adventus aut rerum poterat concurrere sensus, nisi existissent gloriæ sublimati culminibus ? aut ab æqualibus illi potuerunt rerum coacervatione ditari, nisi subjectis glorioso apice potuissent attolli ? Omnia certe | AE..

T. 1, 2, tamen] totius plebis membra subjecta dum ad principale caput relevant attentum debitæ visionis obtutum, ab illo negotiorum prospectant remedium cui modo gratum modo debitum irrogant censum. Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi convincit ex quo se regere cuncta cognoscit, et inde conquisita non alteri quam sibi juste defendit; unde non personæ sed potentiaæ sue hæc deberi non ambigit. Regem etenim jura faciunt, non persona, quia nec constat sui mediocritate sed sublimitatis honore: quæ ergo honori debent honori deserviant, et quæ reges accumulauit regno relinquant, ut quia eos gloria regni decorat, ijsi quoque gloriam regni non extenuent sed exornent. Habeant deinceps jure 444 eundem reges in regendo corda sollicita, in operando facta modesta, in decernendo judicia justa, in pariendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in conservando vota sincera, ut tanto gloriam regnum felicitate retinent quanto jura regimina et mansuetudine conservaverint et æquitate direxerint promissæ præmium dictionis [T. 2, dilectionis]. Ne non prodisse putetur ex fonte rationis, revelare convenient evidensissimam speciem operis, ut ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis ex quo se per acmetipsam reservaverit qualitas actionis. Ecce etenim ita ex gentis nostræ mediocribus majoribusque personis multos hactenus corruisse reperimus et deflemus, ut, eorum agnitis ruinis, non aliud possimus quam divinæ judicia considerare permissionis, quorum quidem domorum spolia et potentiarum divitias simul ac prædia ita conspicimus prorsus exinanita, et nec fisci usibus commoda nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cujus rei ex utroque concorrente defectu, dum et adjudicatos sententia judiciorum elisit et eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus nemo surrexit, pene non res ista disciplinam in ordine sed defectum posuisse pensatur in gente, illo majori salutis dispendio cumulato, quod tam quæ adjudicatis vigor judiciorum abstraxerat, quam illa quæ qualiscunque proventus ordine propagationis conseruat, tota proprietatis principum amplitudo in sinum suæ receptionis incluserat; sicque solo principali ventre suppleto cuncta totius gentis membra vacuata languescerent ex defectu; unde evenit ut nec subsidium mediocres nec dignitatem valeant obtinere majores, quia duin solius potestatis vigor maxima occupavit, totius plebis status nec minima jure defendit. Adeo cum omni palatio officio simulque cum majorum minorumque conventu nos omnes tam pontifices quam etiam sacerdotes et universi sacris ordinibus famulantes concordi definitione decernimus et optamus, ut omnis conquisionis proligatio in omnium rerum viventium ac non viventium, immobiliuni quoque et moveri valentium corpore vel specie, forma vel genere, quæ a gloriæ memorie Chindasvintho rege a die quo in regnum dignoscitur concendisse repertus, quolibet modo extiterit augmentasse, omnia in

À serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesvinthi principis perenni transeant potestate et perpetuo deputentur in jure, non habenda parentali successione, sed possidenda regali congressione, ita ut juste sibi debita quisque percipiat, et de reliquis ad remedia subjectorum quæcumque elegerit principis voluntas exerceat, illis tantumdem exceptis quæ memoratus 445 divæ memorie Chindasvithus princeps ante regnum aut ex propriis aut ex justissime conquisitis visus est habuisse; in quibus cunctis filiis ejus una cum glorioso domino nostro Reccesvintho rege permaneat et divisio libera et possessio pice plenissima: sed et illæ res quas prædictus princeps de justis proventibus filiis suis vel quibuslibet justissime visus est contulisse vel reliquise, omnes in eorum jure maneant inconvulse, illa negotii hujus veritate servata, ut quia grata voluntas gloriose domini nostri Reccesvinthi regis reddere decernit unicuique justissime debita, nemo invasionis calumniam moveat aut damna requirat, propter quod gloriæ memorie genitorem ejus quædam indebitè abstulisse constiterat.

Lex edita in eodem concilio a Reccesvintho principe gloriose.

In nomine Domini Flavius Reccesvithus rex. Eminentiae celstido terrenæ tunc salubrius sublimia probatur appetere, cum saluti proximorum pia certinatur compassionē prodesse; unde solet contingere ut plus commodi de aliena salute conquerat quam de propria utilitate quisque percipiat. In multis enim quia multorum salus attenditur majoris lucri summa percipitur: in se autem quia privati commodi fructus appetitur, non satis est si unius beneficij præmia conquerantur. Hinc et illa regendarum tantumdem salus est plebium quæ non suos fines privata voluntate concludit, sed quæ universitatis limites communī prosperitatī lego defendit. Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri quam factis, de sublimitatis obtentu reclinamus ad vota superlicum tranquillæ visionis aspectum, ut inde salutaris compassio habeat et modum unde turmæ plebium adeptæ fuerint supplicationis effectum. Cum igitur præcedentium serie temporum immoderatio aviditas principum sese prona dissunderet in spolis populorum, et augeret rei propriæ censum acrumna flebilis subjectorum, tandem supernæ respectionis afflatus nobis est divinitus inspiratum, ut quia subjectis leges reverentiae dederamus, principum quoque excessibus relinaculum temperantiae poneremus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostræ gloriæ successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus decretumque divalis observantiae promulgamus, ut nullus regum impulsione suæ quibuscumque motibus aut factionibus scripturas de quibuslibet rebus alteri debitum ita extorqueat vel extorquendas institual, quatenus inuste ac nolenter debitarum sibi quisque privari possit dominio r. rum. Quod si alicujus graties ma-

tato quidpiam de rebus a quoconque percepere vel pro evidenti præstatione lucratus aliquid fuerit, in eadem **446** scriptura patens voluntatis ac præstiti conditio annotetur, per quam aut impressio principis aut conferentis fraus evidentissime delegatur: et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut re-ipscat improbitas principis et evacuet quod male contraxit, aut certe post ejus mortem ad eum cui exacta est scriptura, vel ad hæredes ejus, res ipsæ sine cunctatione debeant revocari. Illæ autem res quæ seclusa omni compressionis argumentatione directo modo transierint in principis potestatem, in ejus perenniter jure perdurent; et quidquid ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit, suæ potestatis arbitrio subjacebit. Verum ut omne hujus negotiorum actionis roboret sinceritas veritatis, cum quoconque rerum scripturæ in principis nomine extiterint factæ, mox testes qui in eadem scriptura subscriptores accesserint ab his quos elegerit princeps diligissime perquirantur, si non aliquod indicium aut de impressione principis aut de fraude scripturam facientis modo quoconque cognoverint, ut sic aut rite facta series scripturæ permaneat, aut irrite connecta vanescat. Similis quoque ordo de terris, viis atque familiis observetur, si sine scripturæ textu tantummodo coram testibus qualibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore Santi Iohanni regis hucusque a principibus acquisitis aut deinceps si provenerit acquirendis quoconque forsitan princeps inordinata sive reliquit seu reliquerit, quoniam pro regni spice probantur acquisita fuisse, ad successorem tantumdem regni decernimus pertinere, ita habita potestate ut quidquid ex his elegerit facere liberum habeat velle. In illis autem rebus quæ ipsi aut de bonis parentum aut de quorumcunque prævenerint successionibus proximorum, ita eidem principi ejusque filii aut si filii defuerint hæredibus quo-

A que legitimis hæreditatis jura patebunt, sicut etiam et ceteris lege vel successione patere noscuntur. Quod si aliquid ex rebus de quorumcunque parentum aut proximorum non solum successione sed etiam qualibet collatione aut quoconque contractu ad jus ipsius pervenisse patuerit, si contingat hæc inordinata relinquiri, non ad successorem regni sed ad filios vel hæredes ejus qui conquisivit specialiter omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam et de illis rebus quæ idem princeps ante regnum aut ex proprio aut ex justissime conquisito dignoscitur habuisse, irrevocabili ordine aut faciendo quod voluerit potestatem habebit, aut certe filiis ejus successio plena patebit; quod si filii defuerint, legitimis hæredibus ex his quæ inordinata reliquerit hæreditatem adire licet. Hujus sane legis sententia in solis erit principum negotiis observanda, atque ita perpetui valitura, ut non ante qui piam solum regale concendat, quam juramento **447** fædere hanc legem se in omnibus inuplere promittat. Queincunque vero aut per tumultuosas plebes, aut per absconsa dignitati publicæ machinamenta adeptum esse constitelerit regai fastigia, mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus et anathema fiat, et Christianorum communionem amittat, tam diræ percussionis ultione collitus, ut omnis divini ordinis cultor, qui illi communicare præsumperit, simili cum ipso damnatione dispereat et poena tabescat. Nam et **448** si quis legis hujus seriem ex officio palatino malevole detrahendo lacerare voluerit, aut evanquandam quandoque vel silenter musitans vel aperte resultans proloqui detectus existiterit, cunctis palatinæ dignitatis et consortiis et officiis mox nudatus omnium rerum suarum dimidiam partem amittat, et in deputato sibi loco redactus a totius palatii maneat societate seclusus: religiosus etiam qui se in eadem culpa devolverit, simili rerum proprietatis suæ dispendio subjacebit.

LIV

CONCILIUM TOLETANUM NONUM

SEXDECIM EPISCOPORUM, ANNO FELICITER VII REGNI SERENISSIMI ATQUE CLEMENTISSIMI DOMINI NOSTRI RECCESVINTHI REGIS, ÆRA DCCXIII.

Dum canonice definitionis edicto in Toletana urbe pro peragendo concilio post diem Kalendorum Novembrium anno septimo Reccesvinthi principis gloriissimi in basilicam sanctæ Mariæ semper virginis in unum fuissemus, Domino favente, collecti, id communis definitione decrevimus, ut capitula quæ in præcis canonibus minime habebantur inserta pari promulgarentur sententia, et antiquis jungerentur regulis perenni jugitate mansura et omni reverentia conservanda. Sed quia nequaquam recte subditos judicat qui non seipsum prius justitiae censura castigat, aptum nobis et expedibile visum est ante nostris excessibus impouere modum et sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia

D diriguntur, eum vita judicium ante disponitur, eoque potius judicii forma complectur quo negotiorum principiis æquitas judicantium antefertur: adeo exordium æquitatis inchoari a judicibus debet, ut perfectione juris causarum limitem aptius formet.

I. *Ut de rebus Ecclesiæ nihil episcopi auferant, et qualiter proximi fundatori ecclesiæ sollicitudinem gerant.*

Omnis itaque rei ecclesiastice quantitas sicut remedium venia tribuit conferenti, ita dampnum rite preparat fraudatori: et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat vel juri suo aut cathedræ propriæ unitati connectu-

Devotio enim uniuscujusque, sicut gratariter volum A eocatulit Deo, ita definivit quod plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo vel ut si collata tenetur maneat gratia offerentis, ita si frustrantur imminent perniciies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas habeatur, condignis filiis vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel ditavit ecclesiam licitum sit hanc bonae intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquod ex collatis rebus præviderit defraudare, aut comminationis honesta conventione coimpescant, aut episcopo vel judici corrigenda denuntient: quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent: si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc auditibus intimare non differant. Ipsi tamen 449 bæredibus in eisdem rebus non licet quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam et fraudem ingerere, non violentiam. quamcumque præsumere, sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxiam operatio nocens attingat vel in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male raptâ cum confusione restituat et excommunicationis annua sententiam sustinebit.

II. Ut fundatores ecclesiârum quousque advixerint eorum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servitulos.

Cum saepè sit solitum etiam illa quæ non debentur prece supplicationis et vi quodammodo extorqueri doloris, quanto jam sine obstaculo concedi debent exquisita simul et ordine juris et dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur ut ecclesiæ parochiales vel sacra monasteria ita quorumdam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decident in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror quam in construendo gaudii extiterat labor, adeo pia compassione decernimus, ut quādiū eorumdem fundatores ecclesiârum in hac vita superstites extiterint pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, et sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis idem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos sacrâ cultibus instituat cum eorum conniventia servitulos. Quod si spretis eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumperit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam noverit esse, et ad verecundiam sui alios in eorum loco quos idem ipsi fundatores condignos elegerint ordinari.

III. Si de rebus ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiæ suæ quidpiam alicui sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti evidenter exponat, ut ex hoc aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens quæ latet appareat. Alter

A vero pro hujus negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

IV. Quæ de conquisitis rebus inter ecclesiam et sacerdotis heredes divisio fiat.

Sacerdotes vel quicunque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis sua tempore emerint, si de rebus propriis vel vile 450 vel parum habuerint, ad ecclesiæ nomen cui præsunt chartarum confidere instrumenta procurent; non euim convenit ut ecclesia quæ suscepit externum efficiat in alieno dicitur et in suo retineat fraudatorem. Ni vero qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re quā post ordinationis suarum diem visi sunt conquisisse, sive nulla sive aliqua sint instrumenta confecta, B compensata tam juris sui quam ecclesiasticarum rerum ambitione, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam et decedentis bæredem: quo jure conquisitio pertinebit: si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, majorem etiam portionem in divisione percipiet. Quicunque vero de predictis sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia vel præstatione aut quocunque modo aut per scripturæ seriem meruerit a quolibet collata percipere, in rebus ecclesiasticis non poterunt numerari, sed quod exinde voluerint facere ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi cui præfuit vel minister exstitit in perpetuo vindicabit.

C. V. Si episcopus monasterium facial vel parochianam ecclesiam ditet, quantum partem de rebus ecclesiæ conserat.

Bonæ rei dare consulum et præsentis habetur viæ subsidium et æternæ renumerationis exspectari certatur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, et hoc ex rebus ecclesiæ cui præsedit dilare decreverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debet, ut hac temperamenti æquitate servata et cui tribuit competens subsidium conserat, et cui tollit damna gravia non infligat. Ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis aut quam præ suis munificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsedit, ibidem conserre licebit, ea tamen cautela servata, ut una tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerandam assumat.

VI. Ut episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam cui elegere conserat.

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiârum pars episcopo conseratur, opportune duximus decernendum, ut si episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiæ cujus res esse patescit aut alteri ecclesiæ cui elegere conserre decreverit, et licitum maneat, et irrevocabile robur ejus sententia ferat.

451 VIII. *Ne extra constitutum ordinem morientis A sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant.*

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumant; quod si is qui recessit metropolitanus fuerit, hæres ejus aut successorem illus aut concilium sustinebit, ne passim hereditatis adeundæ data licentia, de rebus ecclesiæ aut non redditur ratio plena aut fraus non [*In A. deest non*] inveniatur illata: quod si presbyter aut diaconus fuerit quos obiisse constituerit, non sine cognitione sui episcopi rem ejus heredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus extiterit, pro his quæ non exspectato hoc ordine adierit invasionis damno legis sententiae subjacebit.

VIII. *Ut scripturæ quas sacerdotes vel ministri injuste B fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiæ administrare videntur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscatur, non ex die quo talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit suppurationis ordo substabit. Nunquam etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita iure judicantis, quia status contractuum initia non assumpsit ab origine æquitatis.

IX. *Quantum commodum sibi episcopus tollat de Ecclesia cujus tumulaverit sacerdotem.*

Plerique, dum rapinis inhiant ut non debent, aut miserationis opus condigne non implicant aut indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque ne amplius misericordia opus execrabilis dilabatur in scelus, id communī decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humandum corpus ejus advenerit dascriptis thesauris atque domorum internis, si locuples decadentis Ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus quibus ei pl. cœrit, exceptis ornamentiis ecclesiæ, cum gratia offertum auferre pertinet. Si vero minor rebus existiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet: nam et hæc ipsa usurpare ratio nulla permitteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuria contemplatione antiquitas hoc usu acta servasset. Porro brevem descriptrum rerum sub fideli relatione idem qui descriptis dirigere metropolitano curabit: metropolitanus autem ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam quæ ad eum pertinet salvacionis curam impendat.

452 X. *De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur.*

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum hactenus ^a emanaverint sententiæ Patrum et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio marum, usque adeo sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum ferre:ur ulio in actoribus scelerum, verum et in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdia-

conum deinceps vel ex ancilla vel ex ingenuæ detectando connubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura damnantur; proles autem tali nata pollutione non solum parentum hereditatem nunquam accipiet, sed etiam in servitute ejus ecclesiæ de cuius sacerdotis vel ministris ignominia nati sunt jure perenni manebunt.

XI. *Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.*

Qui ex familiis Ecclesiæ servituri devocantur in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipient donum, et si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quæ vero flagitiis sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catenam.

XII. *Quod post mortem sacerdotis in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*

Si sacerdos libertatem servis Ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scriptura tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum qui scripturam confecit verius obiisse constituerit.

XIII. *Ut ex libertis Ecclesiæ et ex personis ingenuis geniti ab obsequiis ecclesiæ non recedant.*

Excessibus libertorum Ecclesiæ plerumque patronam vidimus Ecclesiam convexari, et bicipiti coacti sumus tædio condolere, uno dum per superbiam reluctantis auctor contemnitur libertatis, altero dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis; adeo cum jam præteritis Patrum regulis multæ super hoc diversæ constitutions emanaverint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur sicut legum reverenda sanctio censuit, ita servari totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commissio maculet quod per totum **453** generositas propria decoravit: unde cunctis ecclesiæ libertis tam viris quam feminis eorumque propagini interdictum judicio generali, ne deinceps causa ^b connubii aut Romanis ingenuis copulentur aut Gothis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permissione tali genita proles nunquam merebitur jus indebitæ dignitatis nec Ecclesiæ unquam carebit obsequiis, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

XIV. *Quod si liberti Ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum rescula juri applicetur Ecclesiæ.*

D Si contingat quemcunque de libertis Ecclesiæ eorumque prosapia contra primævas modernasque Patrum regulas aut Gothis aut Romanis ingenuis copulari ^c, tam illis quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ patrocinio evagari, sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quæcunque vel parentes eorum vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse insidente pontifice in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ.

XV. *De obsequio et disciplina libertorum Ecclesiæ.*

Ecclesiæ liberti eorumque progenies eidem basilicæ quibuslibet copulentur personis ingenuis.

^c *Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U. causa conjunctionis*

^a In reliquis, præter A, usque hactenus.

^b *Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U. causa conjunctionis*

de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceraque parobunt, qui sicut hoc in obsequium pro possibilitate sui quod utiles ingenui dabunt, ita quoque in emendatione culparum quod inutiles ingenui sustinebunt.

XVI. *Quod libertis Ecclesiae nihil de rebus suis in alienum licet transferre dominum.*

Libertis Ecclesiae eorumque propagini ex omnibus rebus, quae de jure Ecclesiae noscuntur habere, nihil licet in extraneum dominium transactione quacunque ducere; sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti ejusdem Ecclesiae offerant convenienter emenda, earumque rerum pretia ut eis placuerit aut dispensent aut habeant: nam in dominium partis alterius rei sue censem nullomodo transire permittimus. Suis autem filiis vel propinquis eidem Ecclesiae vel servitio vel patrocinio subjugatis quæcumque vendere vel donare voluerint aditus omnino patebit. B

XVII. *Ut baptizati Judæi cum episcopis celebrent dies festos.*

Baptizati Judæi, quocunque loco cetero **454** tempore conversentur, festis tamen præcipuis Novi Testamenti serie consecratis ac diebus illis, quos olim sanctione Veteris legis sibimet censebant esse solemnes, in civitatibus publicisque conventibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem ac fidem & pontifex approbet et veritas servet. Hujus vero temerator edicti prout actas permisit aut flagris aut abstinentiæ subjacebit.

Exploris omnibus quæ ad honestatis regulam in collationem venero fraternalm, grates exsolvimus C immortali Domino soli, cuius dispositione mirabili ad hunc sanctæ congregationis cœlum meruimus adunari, ut et communis visio prosperitatem nostram ostenderet et par definitio concordiam assignaret; obsecrantes ejus mise iocundam largam, ut serenissimo a domino et amabili Christo Reccesvintho principi gloriose ita præsentis vita felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post tempora longæ concedat, atque ita nos ejusdem felicitate lœtos semper efficiat, ut in terram viventium remuneraturos attollat; antiquitatis debinc ordinem saluberrime retinente, postquam rationem festi paschalis fraternitas

^a E. 4, T. 1, reverentissimo.

^b Desunt subscriptiones in A. Desumptæ sunt ex D. B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus.

A vestra cognovit, neverit se anno venturo die kalendârum Novembrium causa peragendi concilii in hac urbe favente Domino congregari, ut simili disceptatu aut quæ prospicerimus congrua decernamus, aut solius pacis conventa lætemur. Consummatum est hoc sanctum concilium die VIII Kalendarum Decembrium anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesvinti regis, a. m. **DCXCVI.**

Interfuerunt ^b huic sancto concilio Pontifices:

Eugenius regis urbis metropolitans episcopus.
Tayo Cesaraugustanus episcopus.
Marcus Castuloneus episcopus.
Winibal Illicitanus episcopus.
Witericus [U., Guidericus] Segontinus episcopus.
Maurus Oretanus episcopus.
Dadila Complutensis episcopus.
Felix Valentinus episcopus.
Valdingius Arcavicensis episcopus.
Maurellus Urgelitanus episcopus.
Eupsychius Segobricensis episcopus.
Athanasius Setabitanus episcopus.
Giberius [U., G., Guiberius] Bigastrensis episcopus.
Waldefredus Mentesanus episcopus.
Maguarius Arcitonus episcopus.
Stephanus Valeriensis episcopus.

455 Abbates.

Fugitus abbas.
Ildephonsus abbas.
Emerius abbas.
Morarius abbas.
Joannes abbas.
Item Joannes abbas.
Marcellinus abbas ^c.
Siliculus abbas ^d.

456 Vicarii episcoporum.

Daniel diaconus Marcelli episcopi ecclesiæ Urcitanæ.
Viri illustres officii palatini.
Paulus comes Notariorum.
Etherius ^e comes Cubiculariorum.
Ella comes et dux.
Ricilla comes Patrimoniorum.

^a E. 4, U., G., archipresbyter Toletanus.

^b T. I., Primicerius. T. 2, U., G., Primicerius.

^c E. 4, T. 1, 2, Hemeterius.

LV

CONCILIJ TOLETANUM DECIMUM

VIGINTI EPISCOPORUM, HABITUM DIE KALENDARUM DECEMBRIUM, ANNO VIII GLORIOSI DOMINI RELIGIOSISSIMI RECCESVINTHI PRINCIPIS, ÆRA DCXCIV.

Gratulationem nobis spiritualem divina contulit gratia, quando tribuit uti nos et salutaris disciplinae frequentia et convenire ad pacificorum votorum studia praecoptata. Congregatis ergo nobis et in concor-

diam animi et in conventum loci, referentes gratias invisibili Deo et gloriose rerum domino Reccesvintho regi, cuius sacratissimo voto retenta paternitatis sanctæ traditione ad sacrum quivimus adiuvari con-

ventum, has subter annexas regulas concordiae defini- A nitione prolatas æterna statuimus manere lege præfixas.

I. De celebritate festivitatis dominicæ matris.

Cum nihil fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat et unitatem catholicæ regulæ varietas nulla decerpit, est tamen quod nisi temporum uilitate servetur et discidium indiscissæ unitati parturiat et sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est quod paschale festum nisi uno die celebremus et tempore in Iudaicum decidamus errorem: hinc adventum sancti Spiritus post resurrectionem Dei nisi expectemus tempore definito dierum simul et numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono, quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest et mysterii sacramento: hinc nativitatis dominicæ sacrum, quo evidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, absque dubio servat et temporis cursum, repræsentat specialis diei et momentum. Si ergo Nativitatis et mortis incarnationi hujus Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer Ecclesia celebretur, cur non festivitas gloriosæ Matris ejus eadem observantia uno simul ubique die similique habeatur honore? Invenitur etenim in multis Hispaniæ partibus hujus sanctæ Virginis festum non uno die per omnes annorum circulos agi, quoniam transducti homines diversitate temporum, 457 dum variatatem sequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re quoniam d' e qua invenitur angelus Virgini Verbi conceptum et nuntiasse verbis et indidisse miraculis eadem festivitas non potest celebrari condigne, cum interdum quadragesima dies vel Paschale festum videtur incumbere in quibus nihil de sanctorum solemnitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari; cum etiam et ipsam incarnationem Verbi non convenienter in celebritatibus prædicari, quando constat idipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attollit; adeo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem quo natus est Dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus et præclarus. Ex pari enim honore constat ut sicut Nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solemnitas; nam quid festum est matris nisi incarnatione Verbi? cuius utique ita debet esse solenne, sicut est et ejusdem nativitas Verbi. Quod tamen nec sino exemplo decentis moris, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui; in multis namque Ecclesiis a nobis et spatio remotis et terris hic mos agnoscitur retineri. Proinde ut de cætero quidquid est dubium sit remotum, solemnitas dominicæ matris in die xv Kalendarum Januariarum omnimodo celebatur et nativitas Filii ejus Salvatoris nostri die octavo Kalendarum earumdem, sicut mos est, solemnis in omnibus habeatur.

* Ex AE., T. 1, 2. In A. et reliquis: utique debet.

II. De non violandis juramentis in salutem regiam datis.

Frequentium molestiaruin nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterat gravitatis; sed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta sollicitudo cohibere properat quod frequentata usitatio vitare non curat. Adeo cum et quorundam paternorum sanctionibus decretorum et institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum gentisque aut patriæ quisquam meditari conetur adversum, hoc unum specia- liter nunc depromitur observandum, ut si quis religiosorum ab episcopo usque ad extremi ordinis clericum sive monachum generalia juramenta in salutem regiam gentisque aut patriæ data reperiatur violasse B voluntate profana, mox propria dignitate privatis et loco et honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo servato, ut an locum an honorem an ultraque possidat concedendi jus licentia que principalis potestas obtineat.

458 III. Non permittendum laicis imperare religiosis.

Reverentiae totius auditum, quia res adiit dura, non frustra cogimur hanc duriori extirpare censura: a novimus enim quosdam pontifices præcepti principis apostolorum, qui ait: *Pascite qui in vobis est gregem, non coacte sed spontanee, neque dominantes in clero sed forma facti gregis*, ita esse immeiores ut quibusdam monasteriis parochialibusque ecclesiis aut suis consanguinitatis personas aut sui favoris participes iniquum sc̄ope statuant in prelatum, ita illis providentes commoda in honesta ut eisdem defran- tur aut quæ proprio episcopo dare justus ordo po- poscerit aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet et in præ- senti tale rescindere factum et non esse de cætero fa- ciendum: nam quisquis pontificum deinceps aut san- guine propinquus aut favore sibi personis quibuscumque devinctus talia commodare luca tentaverit ausu nefandæ præsumptionis, et quod jussum fuerit devo- cetur in irritum, et qui ordinavit annua excommuni- cationis ferat excidium. Quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddantur in duplum.

IV. De professione ac veste religiosarum viduarum.

Bene per Spiritum Dei possumus cum sancto apo- stolo dicere non ignorare nos astutias Satanæ, quia impellimur zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudum studia convalescentem excre- visse perniciem, ut et primæva Patrum constitutio a quibusdam restimetur illudi et nova judicium putetur intentio falli: nam inveniuntur nonnullæ viduae di- versis excusationibus se adeo contingentes ut blandiant [Recitus, blandiantur] sibi, non se Patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Unde antiquis inconcusses permanentibus regulis hoc adjicitur novum oraculo sanctionis, ut vidua quæ sancte religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti vel ministro ad quem aut ipsa venerit aut quem ad se venire con- ligerit, scriptis professionem faciat a se aut signo

aut subscriptione notataam, continentem se et religio-
nis propositum velle ei hoc pereuniter inviolate ser-
vare, ac tunc accepta a sacerdote vel ministro apta
religionis usui veste seu lectulo quiescens sive quo-
cunque loco consistens incunctanter utatur; nec di-
versi coloris aut diversæ partis eadem sit notabilis
vestis, nisi religiosa et non suspecta quæ caret et
varietatibus colorum et diversitatibus partium, adeo
ut absque ulla suspicione transgressionis maneat usui
tantum apta sanctæ. **459** religionis; et sui sexus
competens ad testimonium probitatis. Ut autem deinceps nibil devocetur in dubium, palleo purpurei vel
nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religio-
nis, ut duia illuc intulerit signum probabilis sanctita-
tis ubi nullius falli poterit visio intuentis, nusquam
attentetur ausus detestandæ presumptionis.

**V. De remissis excusationibus viduarum transgressionem
religionis sequentum.**

Omnes feminæ quæ jam in præterito religionis
veste suisse probantur induæ, nihil ad excusationem
valeat oppositionum quælibet objectio, quamvis di-
versis aut callidis adumbrare se velint fallaciæ ar-
gumentis, sed ad sacratissimas sanctiones disciplina
sanctior eas teneat religatas atque subnixas: com-
moneantur sane sacerdotis auctoritate ut sponte re-
deant; quæ si redire noluerint impulsu sacerdotis ad
religionis habitum reducantur, et in monasteriis re-
dactæ excommunicationis condignæ sententia feran-
tur. Illic idem quoque ordo in illarum condemnatione
manebit, quæ quamlibet a sacerdote vel ministro
sanctioniæ vestem non acceperint, ipsæ tamen aut
indutæ sunt aut illo indui habitu consenserunt qui
religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, sic
que coram ecclesia vel sacerdote aut etiam compen-
tentibus testibus quandoque indutæ visæ certis indi-
ciis aut testimoniis approbantur. Omnes hæc tamen
seu venientes ad primam religionem, seu post trans-
gressum resumentes iteratam conversionem, sicut
præmissum est, et palleo capita contegant et con-
scriptam roboratamque professionis faciant scriptu-
ram, per quam ulterius non sinantur relabi ad præ-
varicationis audaciam: quæ vero ex omnibus his
fuerint reperti animum aut vestem in transgressione
dedisse, et excommunicationis sententiam ferant, et
rursum mutato habitu in monasteriis donec diem
ultimum claudant sub ærumnis arduæ pœnitentiaæ
maneant religatæ.

**VI. De his qui in parva ætate coram parentibus reli-
gionis habitum tenuerint.**

Quoniam hucusque dissolutæ operationis effectus
interdum mutare fecit honestæ constitutionis editum, dum incondite resolvi putatur quod indissolu-
bile sanctionis auctoritate tenetur, adeo quidquid
obvium ex incerto concurrit evidenter abjici decet ut
de cætero nihil supersit quod in dubium nutet: ideo-
que si in qualibet minori ætate vel religionis tonsura
vel religioni debitam vestem **460** in utroque

* Deest septimus hic canon in A., E., E. 3, U., G.
Desumptus est ex B. R. cum variantibus ceterorum
lectionibus, in quibus hæc canonis animadversio præ-

A seu filii aut unus aut ambo parentes dederint,
certe aut nolentibus vel nescientibus susceptam non
mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se
vel coram ecclesia palamque in conventu eosdem
filios talia habere permiserint, ad sæcularem reverti
habitum ipsis filiis quandoque penitus non licet, et
sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem
aliando habuerint, mox ad religionis et cultum
habitumque revocentur, et sub æterna districtione
hujuscemodi observantiae inservire cogantur. Paren-
tibus sane filios suos religioni contradere non am-
plius quam usque ad decimum ætatis eorum annum
licentia poterit esse, postea vero an cum voluntate
parentum an suæ devotionis sit solitarium votum,
erit filii licitum religionis assumere cultum. Quis-
quis autem vel abolitione tonsuræ vel sæcularis ve-
stis assumptione detectus fuerit attigisse transgres-
sionem, et excommunicationis censuram accipiat et
religioni semper inhæreat.

**VII. Ut nullus ex sacerdotibus, levitis vel ex catho-
licorum cœtu audeat mancipia Christiana Iudaïs vel
Gentilibus vendicare.**

Septimæ collationis objectu immane satis et infan-
dum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit
concilium, quod plerique ex sacerdotibus et levitis,
qui pro sacris ministeriis et pietatis studio gubernationisque
augmento sanctæ Ecclesie deputati sunt
officio, malunt imitari turbam malorum potius quam
sanctorum Patrum insistere mandatis: ut ipsi etiam
qui redimere debuerant, venditiones facere inten-
dant, quos Christi sanguine præscient esse redemptos,
ita duntaxat, ut eorum dominio quæ sunt empti
in ritu Judaismi convertantur oppressi, et fit exscruta-
bile commercium ubi nitente Deo jussum est sanctum
adesse conventum: quia majorum canones ve-
tuerint, ut nullus Judeorum conjugi vel servitia ha-
bere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacra
fidei sibi cohærentia tam conjugia quam servitia, fa-
rente Deo, unice adhærent, dicente propheta: *Qui
habitare facit unanimes in domo.* Nam revera nœ ad-
vertunt primum, quid Dominus præcepit per Moy-
sen dicens: *Si quis furaverit [Rectius, furatus fuerit]
hominem et vendiderit, convictusque morte moriatur.*
Et iterum: *Si fratrem tuum Hebrarum redemeris, ser-
viet tibi septem annis, et liberum abire permitte:* quod
sine dubio ab eis præscimus impleri. Quid enim dete-
rius, quidve in præceptis, dum ipsi quos novimus Dei
insertatores ita malunt sibi concessa implere præcepta
461 ut nulla prorsus ratione maneat evitata,
quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus
prelio sanguinis sacri, convenit custodire omnia
præcepta? Quid igitur sacerdos ille vel levita, seu
etiam omnis athleta Christi sibi vindicare velit, dum
Dominum et Redemptorem nostrum non vult imitari,
secundum quod ipse vaticinantibus prophetis ait:
Vos sacerdotes et levitæ offerte, aram Domini Dei

ponitur: *Septimæ igitur aggressions jura in obli-
tionem redacta hic subter curavimus inserenda, que omni-
bus patet esse custodienda.* Digitized by Google

*Israel ad locum qui ei paratus est : sit timor Domini vobis et cum diligentia cuncta facite : levate sacrificium et venite in conspectu ejus, et adorate Dominum in decore sancto ? Et alibi : Perfectio tua et doctrina tua raro sancto tuo, Domine, ut ponat thymiana in furore tuo, et holocausta super altare tuum. Et illud : Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem de ore ejus exquirunt, quia angelus Domini est. Lex veritatis in ore ejus et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace dirigens ambulavit, et multos convertit ab ini-
quitate. Nec non et David : Sacerdotes tui, Domine, influantur justitiam, et sancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induant salutari, et sancti ejus exultatione exultabunt. Quod et ipse Dominus et Salvator apostolis suis præcepit dicens : Euntes per universum mundum prædicare Evangelium regni, appropinquarit enim regnum cœlorum. Daemonia ejicite, claudos curate, leprosos mundate, mortuos sus-
citate. Et iterum : Quis, putas, est fidelis servus et pru-
dens, quem constituit Dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore opportuno ? Beatus ille servus, quem cum renerit dominus ejus invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Nam et Petro dixit : Simon Petre, si diligis me, pase ores meas. Unde et apo-
stoli in unum commorantes possessiones proprias et substantias vendebant, et non quidem credentium animas evertiebant, sed magis unicuique prout opus erat fidelium dividebant. Quod et beatus admonet Petrus dicens : Pascite qui in robis est grecem Dei ; non coacte, sed spontaneæ secundum Deum, neque tur-
pis luc i gracia, sed voluntarie, ut cum princeps pa-
storum apparuerit, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. Nam et Paulus ita ad Titum ait : Exemplo esto fidelium in verbo, in conversatione, in fide, in charitate et castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi, unum spiritum in Christo potati sumus, et se-
metipsum pro nobis tradidit factus pro nobis maledicitus, ut in nobis benedictio Abrahæ fieret. Jacobus igitur ita loquitur : Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : visitare pupilos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum 462 se custo-
dire ab hoc sæculo. Dicat nunc quisquis ille est se-
ctator interminabilis vertigo testationis, qui ex apo-
stolis sanctis vel ex omni turba credentium, quos advocabit Dominus, quemquani vendidisse aliquatenus hominum, dum ipse Dominus in Evangelio dicit : Venit enim Filius hominis querere et salvum facere quod perierat ? Audi namque Zachæum Domino dicentem : Ecco dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Quorum exempla apostoli et omnis toga sanctorum martyrum et confessorum impleverunt, et nobis implenda insinuaverunt, dicente apo-
stolo Paulo : Imitatores mei estote, sicut et ego per omnia Christi [I Tim. iv, 12]. Nam qua fronte, qua etiam conscientia quisquis ille est prioris illius imi-*

tator proditoris, ut post hujus nefanda commissa Dominu Deo præsummat offerre libamina aut percepcionis suscipiat sacra mysteria, quæ nobis est con-
cessum in ablutione peccatorum nostrorum, dum dicit : Non licet eos mittere in carbonam, quoniam pretium sanguinis est ? Corbona [T. 1, 2, Corban] enim nostrorum est arcana pectorum [T. 1, pecca-
torum], in quo sanctum suscipimus corpus; et maxime nobis est custodiendum de talibus commer-
ciis, ne inquinemur mentibus nostris, et proruamur eum Juda negotiatore cordibus cœcis, secundum quod Dominus dicit : Væ homini illi per quem Filius heminis tradetur in manibus peccatorum : bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Quod non tantum pro Juda, sed pro omnibus, scilicet qui hujus mer-
cenarii deserviunt, et ipsi illi in diem judicii erunt condemnati, per quem venundati in baresem occiderunt Judaice, aut etiam presenti sæculo male suscipiant secundum prophetam sermonem : Ecce furor Domini egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescat. Et iterum : Propheta namque et sacerdos polluti sunt, et in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus : Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim et corruent in ea : afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. Et per Isaiam : Dedi populum meum in manu tua : non posuisti eis misericordiam : aggravasti jugum tuum valde : descendere in pulvere : sede, tace, et intra in tenebras : veniet super te malum et nescies, et irruet super te repente calamitas quam non poteris expiare. Et iterum in Evangelio Dominus dicit : Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et illud : Cavete ab his, qui devorant domus viduarum, simulantes longam orationem : hi accipient damnationem majorem. Et iterum : Neminem concu-
tatis neque calumniam faciatis, et contenti estote sti-
pendii vestris. Quia si quis scandalizaverit 463 unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut ligetur cœlio ejus mola asinaria et projiciatur in mare. Unde et in Actibus apostolorum ita Dominum legimus dixisse : Saule, Saule, quid me persequeris ? nunquid in cœlum ascenderat Saulus, ut ibideum persecutio-
nem ejus sustineret Dominus ? sed in servis suis ba-
bitans hanc prolatus est sententiam, sicut ipse dicit : Qui vos spernit, me spernit : et qui me spernit, eum spernit qui me misit. Et illud : Qui non est mecum contra me est, et qui non congregat mecum spargit. Quod etiam dudum per prophetam dixit : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum. Et in Evangelio : Quid enim pro-
dest homini si mundum universum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur ? Ecce patersfamilias plantavit vineam, id est, Ecclesiam, et locavit eam agricolis, id est, sacerdotibus. Cum ergo venerit dominius vineæ, quid faciet agricolis illis ? Malos male perdet, et vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis. Nam dicit ipse :

Vigilate et orate ne intratis in temptationem, quia nec scitis qua hora Dominus vester venturus sit. Si autem dixerit malus servus Hie in corde suo: Moram facit dominus meus venire, et cœperit percutere conservos suos et ancillas, non aducet autem et bibat cum ebris, veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua nescit^a, et inutilem servum mittet in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit se extra Ecclesiam fieri, et præsenti et futuro judicio cum Iudea simili poena percussi, dummodo Dominum denuo proditionis pretio maluit ad iracundiam provocari.

Opitulante miseratione divina et glorioissimi R. ecclævithi principis inhærente voluntate religiosa, his gesti decenitissime alligatis et in pace connexis, ex totis præcordiorum abditis damus gloriam et honorem soli æternæ et immortali Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cuius dono collatum nobis agnoscimus pro ejus Ecclesiae statu et prompte gerere curam et posse sacri regiminis competentia disponere jura, a quo petimus et optamus, ut porrecta in longitudinem felicium dierum sacratissimi principis vita et omni gloriarum decore perpetum pollente salute, nobis quoque tribuat susceptum Ecclesiae suæ regimen in æquitate disponere, in sollicitudine gubernare et in pace tenere, ut post mundi hujus suscepta pericula pervenire possimus ad cœlestia regna. Amen.

464 Interfuerunt huic sancto concilio:

Eugenius indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus.

Fugitus indigenus Hispalensis sedis metropolitanus episcopus.

Fructuosus indignus sedis Bracarensis metropolitanus episcopus.

Marcus Ecclesiae Castulonensis episcopus.

Witericus Segontiensis Ecclesiae episcopus.

Maurusius Ecclesiae Oretanæ episcopus.

Wittarius Ecclesiae Elenensis episcopus.

Dadila Ecclesiae Complutensis episcopus.

Egeredus Salamanticensis Ecclesiae episcopus.

Cyricus Ecclesiae Barcinonensis episcopus.

Cæsarius Ecclesiae Olyssiponensis episcopus.

Athanasius Setabitanæ Ecclesiae episcopus.

Baldwigi Arcavicensis Ecclesiae episcopus.

Eusychius Ecclesiae Segobricensis episcopus.

Hermesfredus Lucensis Ecclesiae episcopus.

Magnarius Accitanæ Ecclesiae episcopus.

Elpidius Astoricensis Ecclesiae episcopus.

Zosimus Ecclesiae Elborensis episcopus.

Stephanus Ecclesiae Valeriensis episcopus.

Flavius Ecclesiae Portucalensis episcopus.

Vicarii episcoporum.

Argesredus abbas, agens vicem Egilani episcopi Oxoniensis Ecclesiae.

^a E. 4, T. 1, 2, ignorat.

^b A.E., Eugila. Bl. E. 4, Egila.

^c Deest hec decretum in B. R., E. 4, T. 1, 2,

A Martinus abbas, agens vicem Waldefredi episcopi Ecclesiae Mentesanæ.

Fugila b presbyter, agens vicem Giberici episcopi Bigastrensis Ecclesiae.

Agriclus diaconus, agens vicem Winibalis episcopi Illicitanæ Ecclesiae.

Daniel diaconus, agens vicem Marcelli episcopi Ecclesiae Urcitanæ.

Decretum c pro Potamio episcopo in eodem concilio.

Assumere poteramus canorani in cantu fraternæ letitiam tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordia convocaverat studia, et convenierat abnuere mœstitudinam vitæ, quoniam usitazione disciplinæ videbamur paternas regulas innovasse; sed gravius collisi threnum pro cimbalo sumimus et fonus pro carmine decantamus, gementesque cum Jeremiæ questibus dicimus: *Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.* Unde et rœ coram nobis esse conspicimus, quoniam eccidisse coronam capituli nostri videimus, dum tam nobile in inslum corruit quod in tam sublime sanctitatis optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de ecclesiasticis 465 regulis, delatum est conve: tu nostro epistolium confusæ confessionis et abole: dæ subscriptionis, quod Potamius Brac:rensis Ecclesiae episcopus de factis propriis suis verbisque annotarat articulis. Quo reserato quid obliteranda pagina et abo:enda litterarum panderent elementa sicutibus potius quam sermonibus lacrymanda cognitio recensuit. Tunc solitarie tantum secretumque adunatis pontificibus Dei prædictum episcopum adesse fecimus coram nobis, quem singultibus aggredientes amplius quam loqueli reseratam illi sua deformitatis et nostræ confusionis protulimus scripturam, quam accipiens ac recurrens sciscitantibus nobis, utrum sui operis suæque annotationis intimatio esset, illico suum actum suique oris eloquium suorumque digitorum esse robur asseruit quod illuc relegendo prævidit. Rursum sub divini nominis contestatione hunc adjurantes obtestati sumus, ut si non aut de ea sponte mendacium diceret aut alicuius violentiae preventu perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce lumenibusque ploratu inadvertibus et fragore singulatum cum unius Dei nominis juramento clamavit se et vera eadem mala de se confiteri et ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari: unde etiam et serme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiae suæ et ergastulo quadam ob admissum flagitiū acturus pœnitentiam se conclusisse prædictit. Tunc per fidem confessio: nem eius agnito quod tanto semineo surduisset stu: pro, et licet hunc antiquitas paterna sacris regulis dejicere ab honore decerneret, nos tamen miserationis jura servantis nou abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulera,

U., G. Ast in A.E. non hoc loco sed ad calcem concilii Toletani decimi tertii inscribitur.

sed valida auctoritate decrevimus perpetuae poenitentiae hunc inservire officiis et ærumnis, prouidentes melius illum per asperam et dumosam poenitentiam solitudinem quandoque pervenire ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluptatis suæ latitudine ad precipitum dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuolum Ecclesiam Dumensis episcopum communis omnium nostrorum electione constituiimus Ecclesiae Bracarensis gubernacula continere, ita ut omnem metropolin provincie Galæcæ cunctosque episcopos populosque conventus ipsius omniumque curam animarum et rerum Bracarensis Ecclesiae gubernanda suscipiens ita componat atque conservet, ut et Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorilicet, et nobis de incolumitate ejus Ecclesiae gaudium præstet. Quia vero ad futurum prospicere convenit, ne exoriri in statu pacis possit quædam contumacia litis, Patrum sententiam quæ jam dictum Potassium episcopum **466** rectitudine damnat, huic decreto connectore vigilantia nostra procurat.

Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiae utilitate censuimus, ut sciretis quicunque sub ordinatione vel diaconatus vel presbyterii vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione vel mendacio falsitatis: neque enim absolvit potest in his si in se ipsos edixerint quod dictum in alios puniretur, cum omnibus qui sibi fuerit mortis causa major homicida sit. Multe quidem et aliae sententiae huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potassium episcopum savissima austerritate abj cere jübent, sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus, ne si tota condemnationis edicta replicassenuis, gravissimæ ultionis auctores existere videremur.

Factum decretum sub die Kalendatum Decembrium, anno feliciter octavo regni glorioissimi domini nostri Recesvinthi regis. Omnes sacerdotes prædicti concilii hoc stabiliter sancivimus.

Aliud decretum ^a.

Vividis tractatibus invenire quod justum est, et experientia esse judicantium comprobatur, et justa summa judicij plenior invenitur. Adeo mentis intentionem orisque simul studia deducentes agnitione audiendi negotii delatum est ad nos in conventu sancti concilii ex directo gloriosi domini nostri Recesvinthi regis per illustrem virum Wambanum testamentum gloriose memorie sancti Martini Ecclesiae Bracarensis episcopi, qui et Dumense monasterium visus est construxisse, ut reserato eo quid illic memoratus beatissimus vir decrevisset nostræ cognitioni patret: quo testamento in omnium conventu electo comperimus hunc ex ordine a memorato principe ad nos esse directum, quoniam idem gloriose memorie sanctissimus vir ita decreverat, ut succedentibus per ordinem regibus ad comple-

A mentum ejus ipsius testamenti constitutio commentata manaret. Tunc deinde illatum est nobis testamentum Ricchimirii memoratae Dumensis Ecclesiae episcopi, quod de rebus suis in eadem Ecclesia decreverat examinatione veridica dirimentum: quo relato cognovimus evundem auctorem suum illic diverse constitutionis edidisse conditiones, inter quas unam validam conatus est religione constringere, deputans et unctiones tributorum et pretia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogare, nihilque esse absque deliberatione relictum quod usibus Ecclesiae posset quadam liberalitate **467** servire. Tunc ex voce partis Ecclesiae Dumensis astructum est quod universæ speciei, generis et corporis rem quæ in ejusdem Ecclesiae domo intrinsecus ad usus domesticos et tempore suæ ordinationis idem episcopus Ricchimirius invenit, et quæ ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum Ecclesiae potuit habere confecta atque illata aut quæ sua provisione habuisse visus est conquisita, omnia moriens jussisse pauperibus erogare, quædam vero ita viliori pretio vendere ordinasse, ut negotiatio earum rerum perditio potius quam mercatio censeretur; edidisse quoque quosdam libertos ex ejusdem Ecclesiae familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus amplius quam quingenta reperitur utriusque sexus dedisse mancipia. Quibus dannis ita cognitis, quia et cuncta remedia intrinsecus dominus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad dignitatem Ecclesiae reliquum esset, cum nulla immunitus causa pauperum necessitatibus existeret, quæ in hoc sancta lex tam examinassim erogare deprehensa est, atque pro libertis illis nihil secundum canoniam sanctionem datum in commutationem pateret, sed nec pro mancipiis et reliquis rebus eisdem libertis collatis aliquid in repensatione relictum Ecclesiae innotesceret, verum et rem suam ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus usus attingeret, ducti sumus tam rationis intuitu **468** quam paternarum sanctionum edictio ipsius testamenti serie, et si non usquequam, in irritum rationabili temperamento deducere: scilicet ut quia tantorum dispendorum damnis a memorato Ricchimirio episcopo factis res ecclesiastica dignoscitur subjaceat, omnis res ejus, quam alligata reliquit pauperum nomini, tandem Dumensi Ecclesiae plena deserviat facultate donec omne hoc damnum quod in utensilibus domus sustinuit valeat evidentius reparari, ac tunc completa restituzione damni observetur sicut decreta est series testamenti. Libertos vero qui ex familiis Ecclesiæ facti sunt, seu res universa quæ in mancipliis aliquique corporibus vel illis vel suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta in discretione venerabilis fratris nostri Fructuosi episcopi disponenda relinquimus, ut quia haec evidens ordo Patrum in irritum devocat, illius temperamentum hoc ad misera-

^a Deest hoc decretum in B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G. Ast in AE. ad calcem concilii Toletani decimi tertii inscribitur.

tionem adducat, qualiter nec regulam paternam modus excedat, et miserationem severitas non extinguat, ut secundum meritum servientium et libertatis præmia et rerum donaria vel subtrahat vel concedat. Editum decretum sub die Kalendarum Decem-

brium, anno feliciter octavo regni gloriosi domini nostri Reccesvinthi regis.

Eugenius indignus Toletanæ sedis Ecclesiæ metropolitanus episcopus et cæteri sacerdotes memoriati hoc judicii nostri decretum scribimus.

LVI

CONCILIUM TOLETANUM UNDECIMUM

DECEM ET SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO QUARTO REGNI GLORIOSI PRINCIPIS WAMBANIS,
SUB DIE SEPTIMO IDUS NOVEMBRIUM, ÆRA DCCXXII.

In nomine sanctæ Trinitatis collectis in unum Carthaginis provinciæ sacerdotibus in Toletana urbe in beatæ matris Domini Mariæ virginis sede, anno quarto excellentissimi et religiosi Wambanis principis, sub die septimo Idus Novembrii, res votiva gaudii et dies nimirum optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspicere pariter et deflere quid lacrymarum de præteritis Domino debemus. Eramus enim hucusque prolabentis saeculi 469—470 colluvione instabiles, quia annosa series temporum subtracta luce conciliorum non tam vita auxerat quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat. Cernebamus enim quomodo Babylonicae confusionis olla succensa nunc tempora conciliorum averteret, nunc sacerdotes Domini de resolutis moribus irretirebant; purpuratae enim meretricis sequebantur invitamenta, quia ecclesiastici conventus non aderat disciplina, nec erat qui errantium corrigeret partes cum sermo divinus haberetur extorris, et quia non erat adunandorum pontificum ulla præceptio, crescebat in manus vita deterior. Cum tandem divina nos clementia ex alto respiciens et tempori ætatis nostræ se occurseram præbuit et saluti, præparans nostris saeculis religiosi principis mentem devotam pariter et instructam, cuius servidae sollicitudinis voto et lux conciliorum renovata resplenduit et alterna charitas se mutuo in corrigendis vel instruendis moribus excitavit, dum et aggregandi nobis hortatu principis religiosi facultas est data et opportuna corrigendis præparata est disciplina, ut qui decursis longe ante temporibus post decem et octo scilicet labentium annorum excursum in unum meruimus aggregari a conventum, mederi possemus speciali gratia sanitatum. Neque enim numerus iste alienus est a salute: sic quippe mulier illa in Evangelio tersenis annorum excursibus curva, quæ figuram totius generis humani gestabat, sub sacramento hujus numeri saluti pristinæ a Salvatore donatur. Nos igitur per tot annos curvo nostri ordinis persistente statu in eo quod nulla nos conciliorum definitio jungeret, nullus etiam conventus ecclesiastici ordinis adunaret, tandem divine voluntatis imperio et religiosi principis jussu evocati in Toletanam urbem convenimus. Qui cum in ecclesia beatæ virginis Mariæ debitum in sedibus locaremur, inter cetera quæ subterius discreto capitulorum ordinæ sunt digesta

non aliunde primum cœpimus habere sermonem quam de nostræ fideli puritate, ut quia initiandæ R ad beatam vitam hominibus hæc prima semper est via salutis, prævia quoque nostris fieret et institutis pariter et præceptis. Unde de sacro hujus instructionis arcano sanctorum patrum Nicæni scilicet et Constantinopolitani, Ephesini atque Chalcedonensis conciliorum monita amplectentes per quæ et radicibus hereticorum falsa concinnabula [Forte, conciliabula] destruuntur et fidei catholicæ limpidi evidens declaratur, aut communi alternoque animorum iudicio definitivimus ut hanc ipsam nostræ fidei regulam verbis simplicibus niteremur alternativam nobis singulariterque referre: ita ut quidquid per triduum de hujusmodi questionibus unicuique nostrorum lectionis memoria ministrasset, prout animis vel memoriarum occurisset, omni sobrietatis compendio simplici notaretur stilo, relationem ipsius sacramenti pura et evidens a capite primum inciperet, et sic ad membra r. liqua perveniret, nullas obscuritatis in se lineas habens, nullas etiam inusitatæ locutionis regulas continens, sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset evidentiam exprimere sensuum, quo exercitationes nos ad intelligendum redderet verborum simplex collatio, quam relata condensæ lectionis instrucio; quia et re vera tantæ rci mysterium ita sacerdotes Dei convenit nosse, ut non superficie verborum efferantur incogniti, sed sensibus sane intelligentiæ reperiantur instructi, ut in disserendo præcipue hujus sanctæ Trinitatis arcano plus evidenter quam eloquentia eos efficiat saporatos. Sic enim et divini munera dono est actum, ut juxta votum definitionis alternae promissio monstraretur in epere: unde quod primo die præsidentis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrorum vox singillatim collative repetiit. Iste ergo est tenor fidei nostræ qui et a capite copiose profluxit et a membris prolatus gloriose emicuit:

Confitemur et credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum naturaliter esse unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis atque virtutis; et Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur; ipse enim a nullo originem dicit, ex quo et Filius nativitatem et Spiritus sanctus processionem accepit; fons ergo ipse et origo es.

totius divinitatis : ipse quoque Pater est essentia substantiae, qui de ineffabili substantia Filium ineffabiliter genuit, nec tamen aliud quam quod ipse est genuit, Deus Deum, lux lucem; ab ipso ergo est omnis paternitas in celo et in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante saecula natum [AE., T. 2, genitum], nec tamen factum esse fatemur, quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando exsilit sine Patre; et tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio, quia non Pater a Filio sed Filius a Patre generationem accepit; Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus sed non de Filio, Pater quidem Filius, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris et Deus de Patre, aequalis tamen per omnia Filius Deo Patri, quia nec nasci coepit aliquando nec desistit; hic etiam unius cum Patre substantiae creditur, propter quod et homousion Patri dicitur, hoc est ejusdem cum Patre substantiae; homos enim Graece unum, ousia vero substantia dicitur, quod utrumque conjunctum sonat una substantia; neque enim de nihilo neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, id 471 est, de substantia ejus idem Filius genitus vel natus esse credendus est: sempiternus ergo Pater, sempiternus et Filius; quod si semper Pater fuit semper habuit Filium cui Pater esset: et ob hoc Filium de Patre natum sine initio consideremus, nec enim eundem Filium Dei pro eo quod de Patre sit genitus disiectae naturae portionculam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectum Filium sine diminutione, sine dissectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inaequalem Filium non habere; hic etiam Filius Dei natura est Filius, non adoptione, quem Deus Pater nec voluntate nec necessitate genuisse credendus est, quia nec ulla in Deo necessitas capit nec voluntas sapientiam praevenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque aequalem cum Deo Patre et Filio credimus esse Deum unius substantiae, unius quoque esse naturae, non tamen genitum vel creatum sed ab utrisque procedentem amborum esse Spiritum; hic etiam Spiritus sanctus nec ingenitus nec genitus creditur, ne aut si ingenitum dixerimus duos patres dicamus, aut si genitum duos filios praedicare monstremur; qui tamen nec Patris tantum nec Filius tantum sed simul Patris et Filii Spiritus dicitur, nec enim de Patre procedit in Filium vel de Filio procedit ad sanctissimam creaturam, sed simul ab utrisque processus monstratur, quia charitas sive sanctitas amborum esse agnoscitur: hic igitur Spiritus sanctus missus ab utrisque sicut Filius creditur, sed minor a Patre et Filio non habetur, sicut Filius propter assumptionem carnem minorem se Patre et Spiritu sancto esse testatur. Haec est sanctae Trinitatis relata narratio, quae non triplex sed Trinitas et dici et credi debet: nec recte dici potest ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas: in relativis vero personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spi-

Aritus sanctus ad utrosque refertur: quae cum relative tres personae dicantur, una tamen natura vel substantia creditur; nec sicut tres personas ita tres substantias prædicamus, sed unam substantiam, tres autem personas; quod enim Pater est non ad se sed ad Filium est, et quod Filius est non ad se sed ad Patrem est, similiter et Spiritus sanctus non ad se sed ad Patrem et Filium relative refertur in eo quod Spiritus Patris et Filii prædicatur. Item cum dicimus Deus non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium vel Filius ad Patrem vel Spiritus sanctus ad Patrem et Filium, sed ad se specialiter dicitur Deus, nam etsi de singulis personis interrogemur Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur, nec tamen tres Dii sed unus est Deus. Item et Pater omnipotens, et Filius omnipotens, et Spiritus sanctus omnipotens singulatim 472 dicitur, nec tamen tres omnipotentes sed unus omnipotens, sicut et unum lumen unumque principium prædicatur: singulariter ergo et unaquaque persona plenus Deus et totæ tres personæ unus Deus constitutus et creditur, una illis vel indivisa atque aequalis deitas, maiestas sive potestas, nec minoratur in singulis nec angetur in tribus, quia nec minus aliquid habet, cum unaquaque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius cum totæ tres personæ unus Deus enuntiatur. Haec ergo sancta Trinitas, quæ unus et verus est Deus, nec recedit a numero nec capitur numero: in relatione enim personarum numerus cernitur, in divinitatis vero substantia quid numeratum sit non comprehenditur: ergo hoc solum numerum insinuant quod ad invicem sunt, et in hoc numero carent quod ad se sunt, nam ita huic sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus personis non possit esse plurale; ob hoc ergo credimus illud in sacris litteris dictum: *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientia ejus non est numerus.* Nec quia tres has personas esse diximus unum Deum, eundem esse Patrem quem Filium vel esse Filium eum qui est Pater, aut eum qui Spiritus sanctus est vel Patrem vel Filium dicere poterimus; non enim ipse est Pater qui Filius, nec Filius ipse qui Pater, nec Spiritus sanctus ipse qui est vel Pater vel Filius, cum tamen ipsum sit Pater quod Filius, ipsum Filius quod Pater, ipsum Pater et Filius quod Spiritus sanctus, id est natura unus Deus. Cum enim dicimus non ipsum esse Patrem quem Filium, ad personarum distinctionem refertur; cum autem dicimus ipsum esse Patrem quod Filium, ipsum Filium quod Patrem, ipsum Spiritum sanctum quod Patrem et Filium, ad naturam qua Deus est vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt: personas enim distinguimus, non deitatem separamus: trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscamus, unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt, natura scilicet, non persona: nec tamen tres istæ personæ separabiles existimandæ sunt, cum nulla ante alias,

nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse vel quidpiam operasse aliquando creditur; inseparabiles enim inveniuntur et in eo quod sunt et in eo quod faciunt, quia inter generantem Patrem et generatum Filium vel procedentem Spiritum sanctum nullum suisse credimus temporis intervallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet aut genitus genitori decesset aut procedens Spiritus Patri vel Filio posterior appareret: ob hoc ergo inseparabilis et inconsusa haec Trinitas a nobis et prædicatur et creditur. Tres igitur personæ istæ dicuntur juxta quod **473** maiores delinquent [T. 1, delinquerunt] ut agnoscantur non ut separantur; nam si attendamus illud quod Scriptura sancta dicit de sapientia: *Splendor est lumen æternæ*, sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhaerere, sic constemus Filium a Patre separari non posse: tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimur ita separabiles nullatenus prædicamus, quandoquidem ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam in his nominibus [Æ., B. R., T. 2, omnibus], quibus voluit singillatim personas agnosciri, unam sine altera non permittat intelligi; neque enim Pater absque Filio cognoscitur nec sine Patre Filius inventur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis personas separari vetat, quas etiam dum non simul nominat simul insinuat; nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur et alterum. Cum igitur haec tria sint unum, et unum tria, est tamen unicuique personæ manens sua propria: Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate. De his tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de sancta et immaculata Maria virgine credimus assumptissime, de qua novo ordine novaque nativitate est genitus: novo ordine, quia invisibilis divinitate visibilis monstratur in carne; nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas et virilem coitum nescivit et secunda per Spiritum sanctum carnis materiam ministriavit: qui partus virginis nec ratione colligitur nec exemplo monstratur: quod si ratione colligitur, non est mirabile; si exemplo, non erit singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii pro eo quod Maria eodem Spiritu sancto obuinbrante concepit, ne duos Patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili concepi, sedis faciente sibi Sapientia domum, Verbum caro factum est et habitavit in nobis; nec tamen Verbum ipsum ita in carne conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse qui homo esse voluisse, sed ita Verbum caro factum est, ut non tantum ibi sit Verbum Dei et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima, atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem: in quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam divinitatis, alteram humanitatis, quas ita in se una Christi persona unit ut nec divinitas ab humanitate nec humanitas

A a divinitate possit aliquando sejungi: unde perfectus Deus, perfectus et homo in unitate personæ unus est Christus. Nec tamen quia duas diximus in **474** Filio esse naturas, duas causabimus in eo esse personas, ne Trinitati, quod absit, accidere videatur quaternitas; Deus enim Verbum non accepit personam hominis sed naturam, et in æternam personam divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Item cum unius substantiae credamus esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non tamen dicimus ut hujus Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ sue assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus B tamen Filius formam servi accepit in singularitate personæ non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii non quod commune Trinitati; quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est, id est ut Filius Dei et filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in his deabus naturis tribus existat substantiis: Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis et animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur iu se geminam substantiam, divinitatis sue et humanitatis nostre. Illic tamen per hoc quod de Deo Patre sine initio prodidit natus tantum, neque factus, neque prædestinatus accipitur; per hoc tamen, quod de Maria virgine natus est et natus et factus et prædestinatus esse crede: dus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles, quia et de Patre ante sæcula sine matre est genitus, et in fine sæculorum de Matre sine Patre est generatus. Qui tamen secundum quod Deus est creavit Mariam, secundum quod homo creatus est a Maria: ipso et pater Marie natus et filius. Item per hoc quod Deus est, et æqualis Patri, per hoc quod homo, minor est Patri: item et major et minor se ipso esse credendus est, in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso major est propter humanitatem assumptam, qua divinitas major est; in forma autem servi se ipso minor est, id est, humanitate, quæ minor divinitate accipitur; nam sicut per assumptam carnem non tantum a Patre sed et a se ipso minor accipitur, ita secundum divinitatem quæ æqualis est Patri et ipse D et Pater major est homine quem sola Filii persona assumpsit. Item in eo quod queritur utrum posset Filius sic æqualis et minor esse Spiritu sancto, sicut Patri nunc æqualis nunc minor creditur esse, respondemus: secundum formam Dei æqualis est Patri et sancto Spiritui, secundum formam servi minor est et a Patre et ab Spiritu sancto; quia nec Spiritus sanctus nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre et Spiritu **475** sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona ab homine autem assumpta natura, item cum homine unus existat persona, cum Patre vero et Spiritu sancto natura divinitatis sive substantia. Missus tamen Filius non solum a Patre, sed ab Spiritu

sanc*to missus esse creden*tu*s est in eo quod ipse per prophetam dicit : Et nunc D*omi*nus misit me et Spiritus ejus : a se ipso quoque missus accipitur pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed et operatio totius Trinitatis agnoscitur. Illic enim qui ante saecula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est : unigenitus propter deitatis substantiam, primogenitus propter assumpt*io*n*e*c*ta* carnis naturam, in qua suscepta hominis forma iuxta ev*angelicam* veritatem sine peccato conceptus, sine peccato mortuus creditur qui solus pro nobis peccatum est factus, id est sacrificium pro peccatis nostris, et tamen passorem ipsam salva divinitate sua pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus et cruci veram carnis mortem exceptit, tertio quoque die virtute propria ruscitatus e sepulchro surrexit. Hoc ergo ex*empl*o^a capit*is* nostri confitemur veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum nec in aerea vel qualibet alia carne, ut quidam delirant, resurrectos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, et moveamur. Peracto hujus sanctae resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque Salvator paternam ascensione sedem repetit de qua nunquam per divinitatem discessit; iijlic ad dexteram Patris sedens exspectatur in fine saeculorum iudex omnium vivorum et mortuorum, inde cum sanctis omnibus revertet ad faciendum iudicium reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gesserit in corpore positus sive bonum sive malum. Ecclesiam sane catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam, in*tra* cuius gremium constituti unum baptism*is* credimus et confitemur in remissionem omnium peccatorum; sub qua fide et resurrectionem mortuorum veraciter credimus et futuri saeculi gaudia spectamus. Hor tantum orandum nobis est et petendum, ut cum peracto finitoque iudicio tradiderit Filius regnum Deo Patri, participes nos efficiat regni sui, ut per hanc fidem qua illi inhaesimus cum illo sine fine regnemus.*

Hæc est confessionis nostra fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, per quam fidelium corda mundantur, per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cuius sacrosanctum sacerdotem sub triduano dierum jejuniu continua relationem collatione rectantes ad ea que submixa sunt sequenti die decernenda transivimus.

476 I. De concilii damnatione derisorum vel praestrepantium.

In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis vocibus præstrepere aut quibuslibet tumultibus proturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, et, quod est deterius, obstinalis concertationibus tumultuosas voce effundere. Si quis enim, ut Apostolus ait, putat se religiosum esse non reprehensum lingua suam, sed seducens cor suum, hujus vera est religio : cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia judicii obstreperitum

* Ab his verbis : Hoc ergo exemplo, deest folium in E. 3.

turba confundit, dicente propheta : Erit cultus justitiae silentium. Debet ergo quidquid aut considentium collationibus agitur aut accusantium parte proponitur sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec judicantium vigorem de tumultu enervent. Quicunque ergo in contentu concilii hæc quæ præmissa sunt viu*l*anda crediderit et contra hæc interdicta aut tumultu aut contumeliis vel risibus concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum quo præcipitur : Ejice d*r*isorem et exhibe cum eo iurigiam; ei cum omni confusionis dedecore abstractus, a commun*i* cœtu secedat et trium dierum excommunicationis sententiæ perferat.

II. Non debere metropolitanum a confiniorum instructione cessare.

Quantum quis præces*si* culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat cæteros gratia meritorum, ut in eo quod præsident singulis singulariter ornetur emineutia sanctitatis, habens semper et in ore gladium veritatis et in opere efficientiam luminis, ut juxta Paulum potens sit exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. Nos proinde nostri ordinis gradum vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorundam mentes pontificum ita torporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regimini sui cura tuerentur fame Dei vibi perire non sinant. Sic metropolitanis in confiniorum cæterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinimis in commissso sive religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis traditionibus imbuatur, ita ut fidesinenti sollicitudine prælatus quisque subditos quærens aut prosecutum coru*477* latabundus agnoscat, aut nescientiam sine arroganti*ia* instruat. Placuit ergo de talibus juxta instituta Toletani concilii hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, ut a majoribus ad lectionis exercitia engantur inviti.

III. Ut in una provincia diversitas officiorum non teneatur.

De his qui contra Apostoli voluntatem circumferruntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio ut metropolitanæ sedis auctoritate coacti uniuscujusque provincie pontifices rectoresque ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cujusque ordinis vel officii a metropolitana se patientur sede disjungi. Sic enim justum est ut inde unusquisque suam regulas magisterii unde honoris consecrationem accepit, ut juxta majorum decret*o* sedes que unicuique sacerdotialis mater est dignitatis sit et ecclesiastica magistra rationis. Abbatibus sane indolis officiis, que juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis imple-

* In reliquis, præter A. et E. 3, Ne tumultu concilium agitur.

da sunt, cætera officia publica, id est vesperam, matutinum sive missam aliter quam in principali Ecclesia celebrare non licet. Quisquis autem borum decretorum violator exstiterit, sex mensibus communione privatus apud metropolitanum sub poenitentia censura permaneat corrigendus, qualiter apud illam et præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplina non solum metropolitanus totius sue provinciæ pontifices vel sacerdotes astringat, sed etiam cæteri episcopi subiectos sibi ecclesiæ rectores his obtemperare institutionibus cogant.

IV. De discordia sacerdotum.

Sicut omnis qui diligit fratrem suum ex Deo, ita omnis qui odit proximum ex diabolo est: dilectione enim sola discernitur quis ex quo genuitus approbatur, dicente Joanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli; omnis qui non facit justitiam non est de Deo, non diligit fratrem suum, quoniam haec est annuntiatio quam audistis ab initio ut diligamus alterum: et post paululum: Omnis qui odit fratrem suum homicida est; et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Ecce homicida esse probabiliter declaratur qui a fraterna societate dividitur; nam etsi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen quia inimicis est ad ignoscendum jam a Deo homicida tenetur: vivit ille, et iste jam intersector esse 478 convincitur. Cum igitur his præceptis beatus apostolus Paulus consona prædications concordet dicens: *Non occidas sol super iracundiam vestram, et nolite locum dare diabolo;* relatione sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis effervuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed ne annosa quidem transactio temporum ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus ita sol justitiae Christus occubuit ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum igitur et similium discordantium fratrum oblationes juxta antiqui canonis definitionem nullo modo recipiendas esse consenserunt: de personis tamen discordantium id speciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat vel gratianæ communiois sanctæ percipiat, sed geminato tempore per poenitentiam compensabunt quo discordie servierunt. Quod si unus eorum in alio contemnente ad satisfaciendum charitatis curarerit, ex eo tempore ut pacificus intra ecclesiæ recipiatur ^a ex quo ad concordiam festinasse convincitur, sententia tamen superiori servata, ut tempus quod quisque in iram expendit geminatum in poenitentia satisfactione persolvat.

V. De compescendis excessibus sacerdotum.

Nullis vita præsumum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignum est ut qui thronus b Dei vocantur levi motione turbentur, et qui debent

^a *A.E., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., receptetur.*

A esse arca justitiae ipsi officiantur seminarium litis atque rapinae. Quando ergo hujusmodi juxta Apostolum irreprehensibiles erunt, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortiæ potius et execranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod omni gravitate sacerdotalis ordinis prætermissa audientiam judicii furore preveniant, et excessu solius in honestæ motionis adire pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustinere. Dum enim de honoris sibi culmine blandientur patientiam habere fugiunt, et qui inconcussæ debuerant veritatis conservare statum, subito religionis mutant prepositum et præcipiti furore judicium antecedunt, sicque in quo decuerat eos judicij suscipere conventum prævasione agunt, unde præsumptionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter et excommunicatione plectendi sunt, aut omnia compositionibus rerum sola satisfactione poenitentiaæ curabuntur: illi enim qui rei propriæ facultate sufficiunt, aut qui rem suam jam antea in nomine ecclesie cui præsumt transfudisse [A.E., T. 2, transtulisse] noscuntur, si aut per se aut per subditos seu 479 per quemlibet aliena diripiunt vel præsumptionis seu cædis quidam agunt tam in rebus fiscalibus quam etiam in quorumlibet dominio constitutis, et prævasa vel præsumpta de rebus propriis juxta leges excellentissimi principis sarciant, et pro excessu religioni contrario, quo in honesti ante judicium paruerunt duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. Illi autem qui et hujusmodi excessibus serviant et nihil propriæatis habere videantur magna discretionis arte medendi sunt, quo ne causus illicitos ecclesiæ facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres a poena persistant: nec enim justum est ut pro pravis actibus sacerdotum ecclesiæ quibus præminent sustineant damnum, ut pro excessibus talium satisfactio ab ecclesiis exigatur, cum Ecclesia cultores suos nou ad item, sed ad honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nul is habitus rebus propriis aut in quoconque pervasores exstiterint aut quibuslibet personis cædes vel quocunque præsumptionis intulerint, nulla eos incurvatione status sui servituti hominum debere addici, sed juxta quod præsumptus quisquis ille exstiterit, ita et poenitentiaæ legibus subjacebit; id est si in decein solidorum summam præsumptor esse convincitur, viginti dierum poenitentiaæ satisfactione purgetur, ita ut sive minoris sive majoris summae excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione poenitentiaæ compenset. Servos tamen ecclesiæ qui hujusmodi excessus operasse noscuntur ad leges secularis audiendos remittimus. Et haec quidam de generali excessu dicta sufficient. Ceterum specialitatem ordinem persequentes, si quis episcoporum magistris enjusquam uxorem, filiam, neptinem seu qualibet illi gradu altero pertinentem quacunque fraude vel subtilitate adulterina pollutione sedaverit, et honoris propriæ

^b In reliquis, præter A., *throni.*

gradum amittat et sub exsilio relegatione perpetua excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communio sis remedio adjuvandus est. Hanc sane et illi sententiam merebuntur qui aut violentes homicidium fecerint aut primatis patitii generosissimæ personis seu nobilioribus quibusque mulieribus vel pueris illud aut per cædem aut per quamcunque irrogatam injuriam visi fuerint intulisse; unde eos juxta legum secularium instituta aut talionem recipere, aut traditionem de eis fieri vel proscriptiōnem oporteat.

VII. Non licet sacerdotibus quilibet in ecclesiæ familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est judicare.

His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non licet. **480** Ideo magnopere talium excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati aut quod morte plectendum est sententia propria judicare presumant, aut truncationes quilibet membrorum in quibuslibet personis aut per se inferant aut inferranda præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum aut in ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et confessi ordinis honore privatus et loco sub perpetuo damnationis tenetur religatus ergastulo, cui tamen communio exenti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat.

VIII. Quæ debeat discrecio ecclesiæ rectoribus esse, ne per inconditam disciplinam subeant homicidii **C**

Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus organos corrigendos agere debeat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas, relatum nobis est quod quidam ex fratribus plus livore odii quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferrant mortem, cum inauditos a se projiciunt et occultis eos iudicis sub poenitentia puniunt. Non ergo de cetero perversis voluntatibus sit liberum simulari quod fingunt, sed quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est aut publica a sacerdote debet disciplina curari, aut si aliter rectoribus placet dñorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariiter adhibito et modus criminis agnoscatur et modus poenitentia irrogetur; ita tamen ut si exilio vel retrusione dignum eum esse qui deliquit iudicium peculiare decreverit, modus poenitentia, quem coram tribus fratribus sacerdos transgressoris induixerit, speciali debeat ejus qui sententiam protulit manus propria subscriptione notari, siveque flet ut nec transgresores sine testimonio excidia vitæ suæ incurant, nec rectores accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

IX. Ne quidquam præmii pro divinis sacramentis accipiatur.

Quidquid invisibilis gratiae collatione tribuitur huminorum questu vel quibuslibet præmii renundari

A penitus non debetur, dicente Domino: *Quod gratis accipitis, gratis date.* Et ideo quicunque deinceps in ecclæstico ordine constitutus aut pro baptizandis consignandisque fidelibus aut pro collatione chrismati vel promotionibus graduum præmia quilibet vel pretia voluntarie oblata pro hujusmodi ambitione suscepit, equidem si, sciente loci episcopo, tale quidquam **481** a subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subjebeat, pro eo quia et scita mala contextit, et correctionem necessariam non adhibuit; sin autem suorum quispiam eodem nesciente quocunque pro supradictis capitulis accipiendum sibi esse crediderit: si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si diaconus quatuor; subdiaconus vero vel clericus his cupiditatibus serviens et competenti verbere et debita excommunicatione plectendus est.

X. Quid custodiri debeat ne per præmium quis episcopus fiat, vel qua sententia seriatur qui post honorem acceptum per præmium ordinatus fuisse delegitur.

Multæ super hoc capitulum Patrum sententiae manaverunt, scilicet ne inappreciabilem sancti Spiritus gratiam donis vel munib⁹ quis aestimet comparandam. Sed, quod non sine gravi dolore dicendum est, quanto bæc res frequenter decretorum est præceptione prohibita, tanto novis fraudibus engnodictritur iterata, dum hi qui tali pretio mercari intuntur gratiam Spiritus sancti aut ordinationis suæ tempora præveniunt impere, aut post acceptum honorem promissum suum conferunt apparitoribus turpis lucri mercedem. Et ideo ut horum et similiū argumentorum deinceps amplietetur occasio, hoc sancta synodus definivit, ut cum quisque pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti se taxatione adstringat, quod pro conserenda sibi consecratione honoris nulli personæ cujuslibet præmii collationem vel jam dedisset vel aliquando ad futurum dare procuret, siveque aut mundus ab hœc contagio prælationis consecrationem accipiat, aut implicitus huic sceleri manifeste denotatus coram Ecclesia ad honorem quem mercari voluit non accedat. Illos tamen quos deinceps post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit sub definitis poenitentia legibus ut vero simoniacos ab Ecclesia separandos esse censemus, id est ut duorum annorum spatio exilio relegati et digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coerciti honoris gradum, quem præmis cimerant, lacrymis conquirere et reparare intendant: unde si digna eos satisfactio poenitentia commendaverit, peracto iudiciale poenitentia tempore non laetum communioni, sed et loco et totius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

XI. Ut omnes pontifices rectoresque ecclesiærum tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant quæ justissime vivere debeant.

Quauquæ omnis qui sacris manipulatur **482** ordinibus canonici regulis teneatur adstrictius, expeditibile tamen est ut præmissionis suæ vota sub cautione spondant quos ad promotionis gradus ecclæ-

siaistica provehit disciplina; solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur quam quod generali' in-nexione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiui sui innodatione [E. 4, T. 1, in-notatione] promittat, ut fidei catholicam sincera cordis devotione custodiens juste et pie vivere debeat, et ut in nullis operibus suis canonici regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem aliquae obsequii reverentiam praeeminenti sibi unicuique dependat juxta illud beati papae Leonis edictum: Qui scit se quibusdam esse praepositum non moleste ferat aliquem sibi esse praelatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. Poena tamen juxta ecclesiasticæ consuetudinis morem et placitis talium inserenda et ab his qui transgressores fuerint persol-venda est.

XI. De lucidatione antiqui canonis quo præcipitur ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sum-pserit, velut sacrilegas propellatur.

Cum nihil in divino canone debeat esse confu-sum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatio-nem nostri coetus relatus est canon Toletani concilii primi in quo præceptum est, ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, ut sacrilegus propellantur; nec adjecta est ibi discretio voluntatum, cum et infidelis hac talia infideliter agat, et fidelis fidenter accipiat quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infir-mitas in ipso mortis exitu prægravata tanto siecita-tis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici sed vix tantumdem illati delectetur poculi gra-tia sustentari: quod etiam in multorum exitu vidi-mus, qui optatuin suis votis sacrae communionis expelentes viaticum collatam sibi a sacerdote eu-charistiam rejecrunt, non quod infidelitate hoc agerent, sed quod præter Dominici calicis haustum traditam sibi non possint eucharistiam deglutire: non ergo hujusmodi a corpore Ecclesiae separandi sunt qui talia non infidelitate sed necessitate fecer-unt, presentim hi de quibus nihil fidei s'istræ senti-tur. Placuit ergo destinare quod nec fidelis officiat nec infideli inultum existat: quicunque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiam D perceptam rejecerit, in nullo ecclesiastice damnationi subjaceat; similiter nec illos cuiusquam puni-tionis censura redarguet, qui talia aut tempore in-fantice faciunt 483 aut in qualibet mentis aliena-tione positi quid s'cerint ignorare videntur. Jam vero quicunque aut de fidelium aut de infidelium numero corpus Domini absque inevitabili, ut dictum est, infirmitate projecerit, si fidelis est, perpetua communione privetur, si infidelis, et verberibus subdatur et perpetuo exilio relegetur. Quod si ho-rum quislibet hujusmodi excessus digna poenitentie satisfactione defleverit, post quinquennium licitum erit illum communioni pristinæ reformare.

A XII. Ne in confinio mortis paenitens a reconciliatione diuine suspendatur, et ut oblatio ejus qui paenitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exiorit, ab Ecclesia receptetur.

Qui paenitentiam in mortis agit periculo non diu-line a reconciliationis gr. tia differendus est, sed si pro certo mortis urget periculum, paenitentia per manus impositionem accepta statim et reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus ager abcedat quam donum reconciliationis percipiat, sieque superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si præcisum [Æ., præscissum] ab Ecclesiaz membris eum, qui utique reconciliari non ueruit, raptim a præsenti vita mors maturata subduxerit. Unde juxta papæ Leonis edictum his, qui in tempore necessitatis et in pe iculi urgentis instantia præsidium paenitentie et mox reconcilia-tionis implorant, nec satisfactio interdicenda est nec reconciliatio deneganda, quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora defini-re. De his autem qui accepta paenitentia antequam reconciliantur ab hac vita recesserint, quanquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nos sententiam placuit sequi, qui multiplices numero de hujusmodi humanius decre-verunt, ut et memoria talium in ecclesiis commen-detur et oblatio pro eorum dedicata spiritibus acci-piatur.

XIII. De sacerdotibus qui vexantes cadere videntur.

Bene siquidem majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis mi-nisteria sacra tractare nou licent: cui præcepto con-sensu rationis adhibito id communiter definitivimus, ut nullus de his qui aut in terram arrepti a dæmoniis eliduntur aut quolibet modo vexationis incur-sibus efferruntur, vel sacris audeant ministrare alia-riis vel indiscusso se divinis ingerant sacramentis, excepis illis qui variis corporum incommunitatibus dediti sine hujusmodi passionibus in terram appro-bantur elisi, 484 qui tamen et ipsi landiu erunt ab officiis sui ordine et loco suspensi quoisque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu dæmonorum alieni.

XIV. Ut hi qui Domino canunt atque sacrificant post se semper habeant adjutoria constituta.

Ut illud divini oraculi momentis singulis præ-caventes quo scribitur: Væ soli, quia cum cederit non habet sublevantem, suminopere curandum est nobis et cavendum, ne horis illis atque temporibus quibus Domino psallitur vel sacrificatur uniuersaque divinis singulariter officiis in-sistenti perniciosa pas-sio vel corporis quælibet valetudo occurrat, que aut corpus subito subru faciat aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus præcavendis necessarium duximus instituere, ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur habeat semper quisquis ille canens Deo atque sacrificans post se vicini solamini adjutorem, ut si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit vel

ad terram elisus, a tergo semper habeat qui ejus A vicem exsequatur intrepidus.

XV. *De institutione certi temporis quo concilium agitur.*

Peractis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragendam celebritatem concilii in metropolitana sede, tempore quo principis vel metropolitani electio definierit, devotis semper animorum studiis confluamus, nec quibuslibet requisitiis occasiōnibus absentemur, sed in p̄fato die quo indictum fuerit adunatis in metropolitana sede omnibus provinciæ pontificibus, concilium Deo præsule celebretur. Quisquis autem episcoporum excepta inevitabili causa vel necessitate de peragendo se concilio absintaverit onius anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione concilii anni onius meta transierit, omnes in commune pontifices Carthaginis provinciæ superioris censuræ sententia obnoxios retinebit, id est si nulla sibi impediente principi potestate solius propria voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegent.

XVI. *De relatione gratiarum pro consummatione concilii.*

Hic igitur constitutionibus nostris quæ necessario decernendas credimus finalem manus 485 nostræ subscriptionem adjecimus, immortali Deo nostro et Domino gloriam et honorem reddentes, qui nos de conventu alterna visionis latos effecit, qui os nostrum in confessione laudia suæ aperuit, qui etiam de cœpta huic nostri concilii honesto sine complevit. Post hæc religioso domino et amabili principi nostro Wambani regi gratiarum actiones persolvimus, cujus ordinatione collecti, cujus etiam studio aggregati sumus; qui ecclesiastice disciplinæ his nostris sæculis novus reparator occurrens omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, ut ad alternam morum correctionem anno tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis fractum est alligetur, et quod abjetum est reducatur. Det ergo eidem principi Dominus pro huic sacre sollicitudinis voto et cursu presentis vite in pace transigere, et post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus pervenire, qualiter et hic felicia tempora ducat et felix cum omnibus quibus principatur ad Christum sine confusione perveniat, ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat ex hoc in regione vivorum regnans cum Christo in sæculo sæculorum. Amen.

Pontifices.

Ego Quiricus urbis ^a regiae metropolitanus episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

^a A. T. 2, urbis regie ecclesiarum sanctæ Mariæ.

^b Amatum subscriptio desumpta est ex B. R. E. 4, T. 1, U., G. deest in reliquis.

^c Vicariorum subscriptiones deprompte sunt ex

Ego Athanasius Setabitanus Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Argemundus Oretanus Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Joannes Bigastrensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Godiscalex Oxomensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Leander Ecclesiarum Illicitanus, qui et Elotanus episcopus, hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Palmacius Urcitanus Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Concordius Palentinus Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

B Ego Etherius Vastitanus Ecclesiarum episcopus 486 hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Atisclus Complutensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Felix Dianensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Ricilia Accitanus Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Rogatus Viatiensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Suintericus Ecclesiarum Valentianus episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Memorius Segobricensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Egica Segontiensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Gaudentius Valerianensis Ecclesiarum episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Abbas b.

Julianus indignus abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Involatus [U., G., Inviolatus] Dei nutu abbas similiter.

Annila Deo miserante abbas similiter.

Vicarii episcoporum c.

Liberatus diaconus, agens vicem domini mei Sarduili Ecclesiarum Segobiensis episcopi, hæc gesta consensu subscripsi.

D Egila diaconus, agens vicem domini mei Muuali Ecclesiarum Carthaginensis episcopi, hæc gesta consensu subscripsi.

Julianus ^d ecclesiarum monasterii sancti Michaelis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Valderedus ecclesiarum monasterii sanctæ Leocadiæ abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Gratinidus ecclesiarum monasterii sanctorum Cosmae et Damiani abbas hæc gesta synodalia a nobis edita subscripsi.

Abealio ecclesiarum monasterii sanctæ Crucis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

E. T. 1, 2, cum desint in ceteris.

^d Illic et sequentes qui subserbunt ad abbates pertinent; hoc tamen loco scripti sunt, quia isto ordine in Codicibus reperiuntur.

Florentus ecclesiae monasterii sancte Eulalie A Gudila Ecclesiae Toletanae archidiaconus haec gesta
stibas haec gesta synodica a nobis definita subscrisi. synodica a nobis definita subscrisi.

LVII

CONCILIUM TOLETANUM DUODECIMUM.

CELEBRATUM SUB DIE QUINTO IDÜM JANUARIAVM, ERA DCCXIX, ANNO PRIMO ORTHODOXI
ATQUE SERENISSIMI DOMINI NOSTRI ERVIGII REGIS.

487-488 Cum ex gloriose predicti principis iussu in unum fuissemus aggregati conventum et in basilica sanctorum Apostolorum debitum in sedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clarissimus princeps humilitatis gratia plenus et claro pietatis cultu conspicuus, qui nostro se eostui reclinem exhibens ac devotum in primis omnium sacerdotum se commitit precibus adjuvandum; deinde grates multiplices omnipotenti Domino agit de conuentu totius concilii, quia et glorirosae jussionis sua ut in unum adcessent impleverint volum et altera visionis innovatione se refecerint gaudiorum; deinde adjicent sic omne est concilium allocutus: Non dubium, tandem Patres, quod optima conciliorum adiutoria ruenti mundo subveniant, si officiosis quae corrigenda sunt studiis peragantur, et ideo quibus finalis terra prematur quibusque plagiis preventu vierum succedentium feriatur, paternitati vestrae honore esse incognitum. Obinde quia certum apud nos gerimus quod pro contemptu divinorum praecipitorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per prophetam: Propter hoc lugubris terra et infirmabatur omnis qui habitat in ea; ideo hportet ut quia ore Salvatoris nostri et Domini salterre esse probamini, per vos Salvationis obtineat lucrum per quos regenerationis percipit sacramentum, ut diligentia definitionis vestrae ab omni emundata contagio et ab infirmitatis peste sit libera^b et bonorum omnium sit proutibus gratis. Jam nunc quia quidquid me adhuc dicere opportuna ratio sinit, quidquid etiam natrandum vestris auribus convenit, aut memorie curarum intercapido subducit, aut fastidium prolixam orationis interciperit, ecco in brevi complexa vel exarata devotionis mea negotia in hujus tomis complicatione agnoscenda perlegite, perfecta discutite, discussa estimatis ac deeretis titulorum sententiis definite, ut pura et placens Deo vestrarum definitionum valitura discretio et regni nostri primordia decorerit exundatione justitiae, et errores plebium digna cohibeat severitate censuræ; scriptum est enim: Justitia levat gentem, misericordia facit populos peccatum: Tunc suscepio a gloriose principi tomo, pro tam salubri invilamento et copiosas grates reuelimus Domino Iesu Christo, et item benediximus principi gloriose. Post egressum igitur ejusdem starentis principis haec in jam dicto tono scrip'ta reperimus et probitatis:

^a In reliquis, praeter A. et U., clementissimum.
^b E. 4, T. 1, 2, liberata.

In nomine Domini Flavius Ervadius rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus.

En, reverentissimi Patres et honorabiles ministriorum celestium sacerdotes, soliditatem sanctæ fidet veraciter tenens et sincera cordis dévotione amplectens testimonium paternitatis vestrae fortissimum in salutis nostræ advoco adjumentum, ut, quia regnum sautore Deo ad salvationem terræ et sublevationem plebium suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestrae consiliis adjuvemur. Unde licet sublimationis nostræ primordia paternitati vestrae opiuabili relatione non lateant, quibus clara divinorum judiciorum dispositione prævenitus et regiandi concenderem sedem et sacrosanctam regni perceperim unctionem, nunc tamen melius id poteritis et scriptorium relatione cognoscere et promulgationis vestrae sententiis publicare; ut sicut eadem regni nostri primordia conuentus vestrae sanctitudinis compererit divinitus ordinata, ita et his orationum solamen impendat et salubrium consiliorum nutrimenta impertiat, quo susceptum regnum sicut **489** iam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio quadammodo nostri videatur imperii haec numerositas vestri ordinis aggregati. Et iden quia Dominus in Evangelio præcipit dicens: Amen dico vobis: si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint fieri illis a Patre meo qui in celis est; ob hoc venerabilem paternitatis vestrae cōtum cum lacrymarum effusionē convenio, ut zelo vestri regiminis purgetur terra a contagio pravitatis. Exsurgite, quæso, exsurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrige in honestos, exerite zeli disciplinam in perfidos; superborum mordacitates extinguite, oppressorum ponderibus subvenite, et, quod plus his omnibus est, **D** Iudæorum pestem quæ in novam semper recrudescit intianam radicem extirpate: leges quoque quæ in eorumdem Iudæorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt omni examinationis probita e percurrite, et tam eisdem legibus tendrem inconvensum adjicite, quam pro eorumdem perfidiorum excessibus complexas in unum sententiis promulgare. Et enim valde nobis cavendum est ne tot antiquorum canonum regulæ, que pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatae, nos illorum culpis obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorumdem canonum constructio dissoluta pertranseat: præservit si legis illius, quod absit, serenitatis nostræ in

^c B. R., E., 4; T. 1, 2; compertunt.

tempora illa claræ fidei institutio cesset, ubi divæ memorie dominus atque p̄aecessor noster Siseburus rex omnes successores suos sub perpetua maledictione censura obstrinxit quicunque regum mandatum Christianum Judeo servire vel famulari permisit. Post hæc illud quoque vestris Deo placitū inlero sensibus corrigidum, quod decessoris nostri p̄aceptio promulgata lege sancivit, ut omnis aut in expeditione exercitus non prouidiens aut de exercitu fugiens testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter censens, enjus severitatis institutio, dum per totos Hispanias fines ordinata d̄ currit, dimidiam fere partem populi ignobilis atque perpetua subjugavit; ita ut quia in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis peste hujus infestationis habitatores ipsorum locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habent licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura: sicque gemino malo terra affteritur, dum et infamie plebium notatur elogio et reperienda veritatis destituitur adjumento. Unde licet eamdem legem nostræ gloriae mansuetudo temperare disponat; vestras tamen paternitatis sententia hos quil per illam titulum dignitatis amiserant **490** revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime optat, qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitati adhibeat, nec tam saeva p̄aceptio terram sub diutino infestationis jugulo premat. Nam et hoc generaliter obsecro, ut quidquid in nostra gloria legis abusum, quidquid Justitiae videtur esse contrarium unanimitatim vestra judicio corrigatur. De ceteris antem causis atque negotiis, quia novella competunt institutione firmari ^a, evidentius sententiarum titulis exaranda conscribile, ut quia p̄aesto sunt religiosi provinciarum rectores et clarissimorum ordinum totius Hispaniae duces, pronubgationis vestrae sententias coram positi prænoscentes eo illas in commissas si-
bi terrarum latitudines inoffensibili exerant judiciorum instantia, quo præsentaliter assistentes perspicuas vestri conceperint instituta. Omnes tamen in commune convenio, et vos Patres sanctissimos, et vos Illustres aulae regiae viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas, per divini nominis attestationem et terribilem cunctis futuri judicii diem, quia sine personarum acceptione aliqua vel favore, sine aliquo quoque aut malignæ contemplationis scripsi ut subvertendar veritatis studi, quæque se vestris sensibus audienda ingesserint sana verborum examinatione discutire, saniori quoque iudicio comprobare, ut collatarum habita prius deliberatione causarum discreta vestri ordinis condatur probitas titolorum, qualiter cum vos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit servos, efficientia quoque iusitorum operum connectat Deo perenniter sociandos, ut bonorum vestrorum actibus lætabundus et præsentis vita capiam luerum et æternarum perfruar vobis cum gaudiis mansionum. Datum sub die v

A Ideum Januariarum, anno feliciter primo regni serenitatis et tranquillitatis nostræ sedis Toledo.

In nomine Domini Flavius gloriosus Errigius res. ^b

Magna salus populis gentisque nostræ regno conquiritur, si haec synodalium decreta gestorum sicut p̄io devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconveniens nos tristis legit validè oraculo confirmantur, ut quod serenissimo nostræ celitudinis jussu a venerantibus Patribus et clarissimis palati nostri senioribus discreta titulorum exaratione est editum, presentis hujus legis nostra edicto ab æmulis defendatur. Est enim hæc ipsa definitio canonum sub isto notata ordine titulorum :

491 I. De agnita et confirmata collatione sanctæ Trinitatis et p̄aelectione fastigii principalis.

B In nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis primi diei synodali exordio consedentibus episcopis atque senioribus palati universis, habita primum est de sancta Trinitate collatio, non quæ novello exarationis stilo definita potesceret, sed quæ verbis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret, ubi præmissa semper lectio p̄æcederet quid sequens exposicio aperiret. Credentes pariter et docentes de eadem sanctæ fidei puritate quidquid evangelica et apostolica traditio sanxit, quidquid sancta synodus Nicena constituit, quidquid Constantinopolitana Patrum aggregata collectio promulgavit, quidquid Ephe-si coetus definitio docuit, quidquid etiam Chalcedonensis concilii promulgatio definitivit, sicut multorum aliorum catholicorum Patrum documentis id sacramentum expositum traditumque nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemnibus patulis confessio-num vocibus proclamamus :

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominum Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in celo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostrum salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, et sepultus tertia die resurrexit, ascendit in celos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: confitemur unum baptisma in remissioni peccatorum: expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen.

D Post pacifica igitur hujus sanctæ fidei conclama-tionum ^c studia illa se primum nostris sensibus salu-

^a B. R., E. 4, U., formari.

^b Haec concilii confirmatio non hoc loco, sed ad cal-

cem concilii reperitur in B. R., E. 4, T. 1, 2, U. G.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, U., collationem.

fratris cognitio agnoscendam invexit, quæ tanto corda A
minnum ardore charitatis adstrinxit, quanto se eadem
ipsa cognitio in conventu generali concilii præb-
stendam exhibuit: Etenim sub qua pace vel ordine
serenissimus Ervigius princeps regni cōscenderit
culmen, regnandique per sacrosanctam unctionem
suscepit potestatem, 492 ostensa nos Scriptura-
rum evidētia docet: in quibus et præcedentis Wam-
banis principis poenitentiae susceptio noscitur, et
translatus regni honor in hujus nostri præcipis no-
mine derivatur. Idem enim Wamba princeps dum
inevitabilis necessitudinis teneretur eventu, suscepto
religionis debito cultu et venerabili longuræ sacræ
signaculo, mox per scripturam definitionis sua hunc
inlycum dominum nostrum Ervigium post se præele-
git regnaturum et sacerdotali benedictione ungen-
dum. Vidiimus enim et pariter patulo alternae visionis
intuitu præludente perspectivitas hujus præmissi ordi-
nis scripturas, id est nolitiam manu senorum palatii
roboraam, coram quibus anterēdens princeps et re-
ligionis cultum et tonsuræ sacræ adeptus est venera-
bile signum; scripturam quoque definitionis ab eo-
dem editam ubi gloriosum dogmum nostrum Ervi-
gium post se fieri regem exoptat; aliam quoque in-
formationem jam dicti viri in nomine honorabilis et
sanctissimi fratris nostri Juliani Toletanae sedis epi-
scopi, ubi eum speravit pariter et instruxit, ut sub
omni diligentia ordine jam dictum dominum nostrum
Ervigium in regno ungere debaret, et sub omni di-
gētia unctionis ipsius celebritas fieret; in quibus
Scripturis et subscriptio nobis ejusdem Wambani
principis claruit, et omnibus evidētia confirmationis
earumdem Scripturarum sese manifeste monstravit.
Quibus omnibus approbatis aliquid perfectis dignum
satis nostro ocului vistum est, ut prædictis definitioni-
bus Scripturarum nostrorum omnium confirmatio
apponatur; ut qui ante tempora in occultis Dei judi-
cii prædictus est regnaturus, nunc manifesto in tem-
pore generaliter omnium sacerdotum habeatur defi-
nitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi
ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto viro Wam-
bae dum regnum adhuc teneret alligata permansit,
tunc solum serenissimum Ervigium principem obse-
quendum grato servitii famulatu sequatur et libera,
quem et divinum judicium in regno prælegit et de-
cessor princeps successurum sibi instituit, et quod
superest quem totius populi amabilitas exquisivit.
Unde, his præcognitis atque præscitis, serviendum est
sub Deo cœli prædicto principi nostro Ervio regi
cum pia devotio, obsequiandam etiam promptissi-
ma voluntate, agendum et entendum quidquid ejus
saluti proliciat, quidquid genti vel utilitatibus patriæ
sue consulat: unde non erit jani deinceps aut ab
anathematis sententia alienus, aut a divina animad-
versionis ultione securus, qui quis superbe contra
salutem ejus deinceps aut exerxit vocem aut com-
moverit cardem aut quamcunque exquisierit credendi
decessum.

**493 II. De his qui penitentiam non sentientes
accipiunt.**

Plerumque hi, quibus misericordia Domini etiam
noleantibus subvenit, beneficiis Dei videntur esse
ingrati et abuti gratia largitoris qua bene usi poten-
terant consequi abolitionem facinoris, impugnant saepè
quod honorare debuerant, et profanis quaestibus in-
dulæ gratiae munus a se rejiciunt quod summis
volis amplecti debuerunt. Etenim nullos saepè
conspeximus et in salute positos ultimum desideran-
tes poenitentiae fructum, et rursum dimicatae ægritu-
dinis ita loquendi et sentiendi perdidisse naturale
officium, ut nulla illis cura salutis suæ videretur
inesse, nullo etiam pristinæ devotionis noscerentur
desiderio anhelare: quorum tamen casibus fraterni-
tas condolens ita talium necessitates in fide sua
suscepit, ut ultimum illis tribuatur via sicum, quo
scilicet sine fructu poenitentiae non videantur trans-
ire e sæculo: si forsitan resipiente Deo salutem
pristinæ reformentur, agunt causionibus vanis et
oppositionibus execrandis qualiter a se tonsuræ ve-
nerabile signum expellant atque habitum religionis
abjiciant, impudentissime asserentes ideo se nullis
regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri,
quia poenitentiam nec ipsi petierint nec sentientes
accepterint. Quorum impudentia procax et obstinata
procacitas nequaquam talia dicent, si qualiter ad
vitam per sacrosancti lavacri gratiam venierit me-
minisset. Etenim parvorum infantium vita origi-
nali peccato obnoxia, quæ nullo per ælatem discer-
nendi vel expetendi sensu apriori judicatur nisi
sponsione fidelium, baptismi accipiat sacramentum,
nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id
appetere possunt. Unde sicut baptismum quod ve-
scientibus parvulis sine ulla contemplatione in fide
tantum proximorum accipitur, ita et poenitentiam
donum quod nescientibus illabitur, absque ulla re-
pugnancia inviolabiliter hi qui illud excepterint ob-
servabunt. Si quis autem quolibet modo poenitentiam
accipiens hoc violaverit synodale institutum,
ut vere transgressor paternis regulis ferietur, nec
enim ista instituentes sacerdotes quosque, ut passim
et licenter donum poenitentiae non potentibus au-
deant prorogare, absolvimus, sed hos qui qualibet
sorte poenitentiam suscepserint ne ulterius ad militare
cingulum redeant relegamus. Sacerdos tamen qui
non sentienti neque petenti ausu temerario poenitentiam
dederit, neque se exhortatum ejus qui poenitentiam
accipit manus in indicis vel quibuslibet aliis evi-
dentibus significationibus invitatum fuisse probaverit,
**494 III. De culpatorum receptione vel communione
apud Ecclesiam:**

Vidimus quosdam et levimus ex numero culpatorum
receptos in gratiam principum et extores extitisc-
a collegio sacerdotum: quod denotabile malum illa-
res agit qua licentia principalis in quo se solvi
licentius curat ibi alias illigat, et quos in suam
communionem videtur suscipere a communione et

pace Ecclesiae eligit separare, ut qui cum illo con- A
vescunt sola sacerdotum communione priventur. Et ideo quia remissio talium qui contra regem, gentem vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum in potestate solum regia apponitur cui et peccasse noscuntur, adeo nulla se deinceps a talibus abstinebit sacerdotum communio, sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis repererit aut participes mensae suae efficerit, hos etiam sacerdotum et popularum conventus suscipere in ecclesiastica communione debebit, ut quod jam principalis pietas habet acceptum nec a sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

IV. Ut in locis ubi episcopus non fuit nunquam episcopus ordinetur.

Majorum institutionibus contraire et sanctorum Patrum decreta convellere quid aliud est quam vinculum societatis Christi abrumpere, et usurpatæ præsumptionis licentia statum totius Ecclesiae dissipare? Prosequente igitur venerabili et sanctissimo viro fratre nostro Stephano Emeritensis sedis episcopo, res nobis novellæ præsumptionis usurpatione esse intulit pertractanda, tanto communionis nostræ judicio evelenda, quanto et privatis noscitur ansibus perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsum fuisse, ut in monasterio villulae Aquis, ubi venerabile corpus sanctissimi Pimenii confessoris debito quiescit honore, novam episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo quia indiscreto et facillimo a senectute iniustis Wambæ principis iussionibus parens novam et injustam illuc pontificalis sedis præelectionem induxit, ubi canonica institutio id fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem vir prostratus humo medicamine nostri præcepti et sibi dari veniam petiit, et quid potissimum fieri oporteret de persona ejus qui illuc ordinatus fuerat nostri oris sententia decernendum poposcit. Sed quia veraciter imo communiter neveramus prædictum principem consilio levitatis agentem non solum præcepisse, ut in prædicto loco Aquis episcopus fieret, sed etiam ita eum consuetis obstinationibus definitse, ut hic in suburbio Toletano in Ecclesia pretoriensi sanctorum Petri et Pauli episcopum ordinaret, neconon **495** et in aliis vicis vel villulis similiter ficeret; ideo pro tam insolenti hujusmodi disturbanceis licentia quid de hac re haberent canonum instituta in medio proferri præcepimus. Tunc haec in ordinem constituta perfecta sunt: in primis ex epistola Pauli ubi Tiro discipulo, ut episcopos per civitates constituere debeat, præcipit: item ex concilio Niceno, titulo VIII, ubi inter cetera præcipitur ut in civitate non videantur duo episcopi esse: item ex concilio Laodiceno, titulo LVI, ubi dicit: *Non oportet in vicis et villulis episcopos ordinari, et cetera:* item ex concilio Africæ II, titulo V, ubi dicit: *Ut diaœcis que episcopum nunquam habuit non habeat.* Felix episcopus Selensisitanus dixit: *Etiam si hoc placet sanctitati vestrae*

insano, ut dieceses que nunquam episcopos habuerunt non habeant, vel illa diaœesis que aliquando habuit habeat proprium: secundum autem hanc prosecutionem sanctitatis vestra est estimare quicli fieri debeat. Geneclius episcopus dixit: *Si placet insinuatio fratris et coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur.* Ab universis episcopis dictum est: *Placet, placet.* Item ex concilio Africæ III, capitulo XLII, ubi dicit: *Ut non accipiat alium episcopum plebs que in diaœcis semper subjacuit.* Epignomus enim episcopus inter cetera sic dixit: *Hoc dico non debere rectorem accipere eam plebem que in diaœcesi semper subjacuit nec unquam proprium episcopum habuit; quapropter si universo sanctissimo cœtui placet hoc quod prosecutus sum confirmetur.* Aurelius episcopus dixit: *Fratri et consacerdoti nostri prosecutionem non obisto, sed hoc me et fecisse et facturum esse profiteor.* Item ex concilio Sardicensi ubi inter cetera præcipitur: *Licentia danda non est passim, si enim subito aut vicus aliquis aut modica civitas, cui satis est unus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc ut vilescat nomen episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum.* Item de sententia eorum qui hujusmodi ordinationes faciunt vel de his qui contra haec instituta canonum ordinantur, ex concilio Tauritano, titulo II, ubi dicit: *Gestorum quoque serie conscribi placuit ad perpetem disciplinam quod circa Octavium, Ursionem, Remigium ac Treferium episcopos synodus sancta decrevit, qui in usurpationis quamdam de ordinatione sacerdotum invidiâ vocabantur, quod eatenus his videtur indulatum, ut de cetero hac auctoritate commoniti nihil usurpare conentur, siquidem ea se ab hac causa excusatione defenderint qua dicentes prius se non esse convenios.* Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit **496** sacerdotii se bonore privandum, et ille qui ordinaverit auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos episcopos haec sententia prævalebit, sed et circa omnes qui simili errore decepti ordinationes hujusmodi perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis effectum pii operis apponentes id communis definitione elegimus, ut in loco villulae supradictæ Aquis deinceps sedes episcopalæ non maneat, neque episcopus illic ultra constitendum existat. Hic tamen Cuniulus, qui contra majorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis uincendus, quia non ambitione, sed principis impulsione illic constitutus ordinatus: et ideo hoc illi remedium humanitatis concedimus, ut in se dem aliud decedens cuiuslibet episcopi transducatur, et prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus non episcopalî ultra privilegio fretus, sed sub abbatis regimine, sicut hucusque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de

cetero generale posentes edicium, si quis contra hanc apostolica iusta, si quis contra haec canonum interdicta venire conaverit, et in locis illis episcopum eligat fieri ubi episcopas nunquam fuit, et anathema in conceptu omnipotentis Dei, et insuper tam ordinatus quam ordinatus gradum sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta sed et apostolica ausus est convellere instituta.

V. *De querendam consuetudine sacerdotum sedismissorum, qui oblatis Deo per se sacrificis non communificant.*

Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctae gratiam sumere quod sacrificia in uno die videntur offerre, sed in uno die si pluriua per se Deo offerant sacrificia in omnibus se oblationibus a communicando suspendunt, et in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sanctae gratiam sumant, quasi non sit toties reus illius veri et singularis sacrificii, quoties participator corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi esse destiterit. Nam ecce Apostolus dicit : *Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris?* Si ergo qui edunt hostias participes sunt altaris, certum est quod hi qui sacrificantes non edunt rei sunt Dominicis sacramenti. Quicunque ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblatus accesserit et se a communione suspenderit, ab ipsa qua se indecenter privavit gratia communionis anno uno repulsum se noverit : nam quale erit illud sacrificium cui nec ipse sacrificans participasse cognoscitur ? Ergo hoc modis 497 omnibus est tenendum, ut quicunque sacrificans corpus et sanguinem Jesu Christi Domini nostri in altario immolat, toties perceptioni corporis et sanguinis Christi se partipem prebeat.

VI. *De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopi alterius provincie cum concordia principum in urbe regia ordinentur.*

Illud quoque collatione mutua decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus decadentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur et officiorum divinorum offendit, et ecclesiasticarum rerum nocitura perditio. Nam dum longe lateque diffuso tractu territorialium commissariorum impeditur celeritas nuntiorum, quo aut nou queat regis auditibus decadentis praesulnis transitus innotescit aut de successore morevit episcopi libera principis electio præstolari, nascitur ræpe et nostro ordini de relatione talium difficultas et regis potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet injuriosa necessitas. Unde placuit omnibus pontificibus Hispaniae atque Galliæ ^a, ut salvo privilegio uniuscujusque provincie licitum maneat deinceps Toletano pontifici quoscunque regalis potestas elegerit et jam dicti Toletani episcopi judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis in præcedentium sedium præficere

A præsules, et decadentibus episcopis eligere successores ; ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinatiois sua tempus infra tria mensem spatum proprii metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter ejus auctoritate vel disciplina instrutus condigne susceptus sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam aut neglectu quolibet constituti temporis metas excesserit, quibus metropolitani sui nequeat obtulibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia jussione impositum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita et de ceteris ecclesiasticis rectoribus placuit observandam.

VII. *De recepto testimonio personarum qui per legem quæ de promotione exercitus facta est testificandi licentiam perdiderunt.*

Omnis disciplina sic subjectos debet arguere ut spem venie non videatur auferre, nec funditus curvationis inducere jugum, sed temperantiae semper adhibere consultum. Et iden quia legem illam a domino Wambane principe editam, quæ de progressione est exercitus annotata, hujus principis nostri et 498 domini Ervigii mansuetudo temperare dispositus, adeo annuente nobis gloriose et religiosissimo Ervilio principe nostro necessarium hoc sanctum concilium definivit, ut hi qui per supradictam legem testificandi dignitatem perdiderunt, recepto testimonio pristinae dignitatis causas exequi possint debitæ actionis, qualiter nobilitatis solita titulum reportantes et quæ de præteritis legitime testificare voluerint licentia oblineant votum, et a judicibus nullis probationibus arceantur, hoc videlicet adjcentes, ut si quid in præteritis testificare voluerunt, si pro sola hujus rei infamacione rejecti sunt, testimonio suo numeri conquerant quod in præteritis conquerere poterant, tantum si illo tempore quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt et supradictæ legis institutionibus reprobati aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricennium tunc effluxisse cum ad testimonium fuerant prolati hi qui eos reprobaverant manifeste convicerint.

VIII. *De his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt.*

Præceptum Domini est ut, excepta causa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicunque citra culpam criminis supradicti uxorem suam quacunque occasione reliquerit, quia quod Deus junxit ille separare dispositus, tandem ab ecclesiastica communione privatus et cœlu omnium Christianorum maneat alienus, quandiu et ad societatem relicte conjugis redeat, et partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur et soveat. Iti tamen qui jam admoniti a sacerdote semel et bis terque et corrigantur ad charum sue conjugis noluerint redire consortium, ipsi se suis meritis et a palatine dignitatis officio separabunt, et insuper generosæ dignitatis testimonium, quandiu in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam discidii jugulo tradierunt.

^a In E. 4, T. 1, 2, desunt verba : *atque Galliæ.*

IX. *De confirmatione legum quae in Iudeorum negotiis promulgatae sunt, justa eamundem legum praefixum ordinem titulorum, qui in eodem canone attinuantur.*

De Iudeorum autem exsecranda perfidia discretis titulorum sententiis editas noviter a gloriose principe leges vigilanti sensutim intentione perlegimus, discreto etiam gravitatis pondere earum instituta probavimus. Et quia debitae rationis iudicio editae synodali indagatione probatae sunt, irrevocabili deinceps iudiciorum ordine pro eorum excessibus tenebuntur, id est : *Lex de commemoratione priscarum legum quae in Iudeorum 499 transgressionibus promulgatae sunt, atque de novella confirmatione earum.* Item de blasphematoribus sanctae Trinitatis. Item hebrei aut se aut filios suos vel fainulos suos a baptismo gratia subtrahant. Item ne Iudei more suo celebrant Pascha vel carnis circuncisionem exercant, ac ne Christianum quemquam a fide Christi dimoveant. Item ne Judaei sabbata ceteraque festivitates ritus sui celebrare presumant. Item ut omnis Iudeus diebus dominicis et in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne Iudei more suo dijudicent ecclesias. Item ne Iudei ex propinquitate sui sanguinis tunnubia ducant, et ut sine benedictione sacerdotis nebere non audeant. Item ne Iudei religioni nostræ insultantes sectam suam defendere audeant, ac ne audeat refugientes alibi se transducant, et ne quislibet fugientes eos suscipiant. Item ne Christianus a Iudeo quocunque muneris contra fidem Christi accipiat. Item ne Iudei libros illos legere audeant quos Christiana fides repudiat. Item ne Iudeis mancipia deserviant vel adhaereant Christiana. Item si se Iudeus Christianum esse testatur et ob hoc non velit a se recipere mancipium Christianum. Item professio Iudeorum quomodo unusquisque ad fidem veniens indiculum professionis suæ conscribere debeat. Item conditiones Iudeorum ad quas jurare debeant his qui ex eis ad fidem venientes profesiones suas derint. Item de Christianis mancipiis Iudeorum quae ne non prodiderint Christiana, sive de publicatoriis eorum. Item ne Iudei a qualibet potestate accepta extra regiam ordinationem Christianum quemque imperare, plectere vel distingere audeant. Item ut Iudeorum servi necrum adiuv convenerint si ad Christi gratiam convolaverint libertati donentur. Item ne Iudei administratorio usu sub ordine villicorum atque actorum Christianam familiam regere audeant, et de dannis eorum qui his talia ordinanda injunxerint. Item ut Iudeus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens episcopo loci vel sacerdoti se presentare non differat, vel quid hinc in toto observari conveniat. Item qualiter concursus Iudeorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat. Item ut quicunque Iudeum secum obsequenter habuerit, experiente sacerdote, eum apud se retinere non audeat. Item ut cura omnis distingendi Iudeos solis sacerdotibus debeatur.

* B. R., E. 4, T. 1, 2, reservata.

A Item de damnis sacerdotum vel iudicium qui in Iudeos instituta legum adimplere distulerint. Item ne judices quidquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniventiam iudicare presumant. Item ut episcopi tunc immunes habeantur a damnis, cum eorum presbyteres ea quæ ipsi non correverint ad 500 eos non resisterint corrienda. Item de servata a principibus miserandi potestate in his qui converti ad fidem Christi veraciter fuerint. Item ut episcopi omnes Iudeis ad se pertinentibus libellam hanc de suis editum erroribus tradant, et ut profesiones eorum vel conditiones in scrinis Ecclesia condant. Quarum omnium legum promulgatio graviora sicut synodali iudicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit deinceps excessibus exercenda.

X. De his qui ad ecclesiam confugium faciunt.

Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter et jubente glorioissimo domino nostro Ervigio rege, hoc sanctum concilium definit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam vel residentes inde astrahere, aut quocunque nocibilitatis vel damni seu spolii residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passibus ab ecclesia januis progreedi, in quibus triginta passibus uniuscujusque ecclesie in toto circuitu reverentia defendetur; sic tamen ut hi qui ad eam confugiant in extraneis vel longe separatis ab ecclesia dominibus nullo modo obcedentur, sed in hoc triginta passuum numero abque domorum extranearum receptaculis progreendi aditum obtinebunt, qualiter et requisiæ naturæ usum debitum expleant locis et nullo tenentur eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserunt claustris. Si quis autem hoc decretum violare tentaverit et ecclesiastica excommunicationi subjaceat, et severitatis regie serietur sententia. Ipsos tamen qui ad ecclesiam confugium fecerint, si juxta prisorum canonum instituta his qui eos competunt sacramenta reddiderint, et sacerdos ecclesias ipsius ab ecclesia foribus non abstraxerit, aut fuga talium si venerit sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis hujusmodi sacerdotibus irroganda.

D

XI. De cultoribus idolorum.

Præcepta Domini sunt dicentis : *Non facies sculpile neque omnem similitudinem quæ est in casto desuper ei quæ in terra deorsum, neque horum quæ sunt in aqua sub terra : non adorabis ea neque coles.* Itemque : *Qui immolat diis occidetur præter Dominum soli.* Item : *Vir aut matier qui facit matum in conspectu Domini Dei tui et transgredientur pacium illius ut vadant et serviant diis alienis, ei adorent eos, solem et lunam et omnem militiam coeli quæ non præcepi, et hoc tibi fuerit nuntialum, audiensque inquisieris diligenter et verum 501 euse repercris, et abominatione facta est in Israel, et duces virum ac mulierem qui rem sceleratis-*

animam perpetrarunt ad portas civitatis tuæ et lapidibus A obruerunt. Praecepit hæc Domini non in ultione sed in terrore delinquentium apponentes non mortis per banc sententiam promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum et excoletes sacra fontium vel arborum admonemus, ut agnoscant quod ipsi se spontaneæ morti subjiciunt qui diabolo sacrificare videntur. Mortis enim nouen diabolus appellatur sicut de eo scriptum est : Et erat illi nomen mors : ac proinde omne sacrilegium idolatriæ vel quidquid illud est contra sanctam fidem in quo insipientes homines captivitati diabolis culturis inserviant, sacerdotis vel judicis instantia, inventa hæc sacrilegia eradantur et exterminata truncantur; eos vero qui ad talen horrorem concurrunt et verberibus coerceant et onustos ferro suis dominis tradant, si tamen domini eorum per jurisjurandi attestacionem promittant se eos tam sollicite custodire, ut ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolint huiusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis a quibus coerciti sunt, regius conspectibus presententur, ut principalis auctoritas liberato de talibus donandi potestatem obtineat : domini tamen eorum, qui nuntiatos sibi talium servorum errores ulcisci desulerint, et excommunicatio- nis sententiam perferant, et jura servi illius quem coercere nolunt se amississe cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatae, et perpetua excommunicationis sententia ferientur et auctiori exilio ulciscentur.

XII. De interdicto temporis constituti quo debeat concilium celebrari.

Placuit huic venerando concilio, ut juxta priorum canonum instituta episcopi singularium provincialium annis singulis in quacunque provincia Kalendis Novembribus concilium celebraturu conveniant. Quisquis autem in prædictis Kalendis Novembribus pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit

XIII. Conclusio definitionum in qui et Deo gratiae referuntur et pro principe exoratur.

Pramisis his omnibus synodalibus gestis que honesto decretorum sine compleximus, perpetuum his robur per manum nostrarum subscriptionem anneximus, dantes in his gloriam et honorem immortali Deo et **502** Domino nostro, quo inspirante et determinationis nostræ sententia viguit et probitas causarum honesto se sine complevit, cuius sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile nomen et gloriosem ineffabilis potentiae majestatem, ut det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amantissimo Ervicio principi, cuius jussu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de justitia præmium, de pietate trophæum, quo et hic invictus victor hostium semper appareat, et post diurna hujus avi curricula ad regnum externe

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, te præstante Deo..... vivis et gloriaris.

^b In B. R., E. 4, omnium episcoporum nomina

A vita cum suis omnibus coronandus perveniat, præstante ^c Deo et salvatore Iesu Christo Domino nostro qui cum Deo Patre et sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Consummatum est hoc sanctum concilium die octavo Kalendarum Februariarum anno regni feliciter primo serenissimi atque clementissimi domini nostri Ervigii regis, æra DCCXIX.

Pontifices.

Ego Julianus indignus urbis regie Tolitanæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Julianus Dei gratia Hispalensis [B. R. Spalitanæ] Ecclesiæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Ego Liuva indignus Bracarensis se lis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi

Ego Stephanus Emeritensis Ecclesiæ eiuscopus subscripsi.

Asphilus ^b Abilensis [T. 2, Elensis] Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Leander Illicitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Palmacius Urcitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Concordius Palentiæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ricilla Accitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sempronius Arcavicensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Memorius Segobricensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Speraindeo Ialicensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Geta Iiplensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Tructemundus Elborensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Isidorus Setabiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

503 Gaudentius Valeriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Deodatus Segobiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gennitivus Tudensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Froarius Portucalensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Felix Irenæus Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Antonius ^c Bastitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Proculus Bigastrensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Attila Cauriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Reparatus Besensis [B. R. Vasensis] Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Providentius Salamanticensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

præcedit pronomen *eg*; atque scribitur sedi prævoce *Ecclesiæ*.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., Antonianus.

Sisebado Tuccitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Argibado Eliberitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ella Segontiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Severianus ^a Ojomensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes Pacensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theodulfus Astigitanae Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Samuel Malacitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gundulfus Lamocensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Euphrasius Lucensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theoderacius Assidonensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Abbates.

Balderodus [U., G. Baldefredus] abbas subscripsi.

Flurentius abbas subscripsi.

Gratimus ^b abbas subscripsi.

Faustinus abbas subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Annibonus presbyter, tenens vicem domini mei
Gildemiri Complutensis Ecclesiæ episcopi, subscripsi.

Vincentius presbyter, agens vicem domini mei
Felicitis episcopi Dianiensis Ecclesiæ, subscripsi.

Asturius diaconus, agens vicem domini mei Ilo-
spitalii episcopi Valentinae Ecclesiæ, subscripsi.

504 *Viri illustres officii palatini,*

Sesaldus ^c hæc instituta quibus interfui annuens
subscripsi.

Recaredus similiter subscripsi.

Witiza similiter subscripsi.

Wimar similiter subscripsi.

Teudila similiter subscripsi.

Ostrulfus similiter subscripsi.

Saramirus similiter subscripsi.

Theudefredus similiter subscripsi.

Ildigisus similiter subscripsi.

Severianus similiter subscripsi.

Theudulfus similiter subscripsi.

Vitulus similiter subscripsi.

Figila similiter subscripsi.

Adeliuvus similiter subscripsi,

Ataulphus similiter subscripsi.

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atque
peractis et debitam reverentiam honoris impendimus
et patulum auctoritatis nostræ vigorem his innectere
procuramus, ideoque præmissas has constitutiones
synodicas a præsenti die vel tempore, id est ab
octavo Kalendas Februarias anno primo regni nostri
nullus audeat contempnere, nullus etiam præterire,

^a E. 4, T. 1, 2, *Siberitanus.*

^b B. R., *Gratianus.* T. 4, 2, *Gratianus.*

^c In B. R., E. 4, U., G., virorum illustrium nomi-
nibus præponitur: *ego.*

^d Deficit hoc decretum in B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G.
Quarum vero ratione hoc loco inscribitur, si con-

A nemo earumdem constitutionum audebit jura con-
vellere, nullus temerator hæc decreta subvertet,
nemo illictator vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas regni
nostræ provincias hæc canonum instituta nostræ glo-
riae temporibus acta et auctoritatis debitæ fastigio
prævollebunt, et irrevocabili judiciorum exercitio,
prout constitutæ sunt, in omnibus regni nostri pro-
vinciis celebres habebuntur. Si quis autem hæc in-
stituta contemnat, contemptorum se noverit dem-
nari sententia, id est ut juxta voluntatem nostræ
gloriæ et excommunicatus a coetu nostro resiliat, et
insuper decimam partem rei suæ fisci partibus so-
ciandam amittat: quod si nihil habuerit facultatis
unde prædictam compositionem exsolvare possit,
absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oporten-
bit ictibus verberari. Edita lex in confirmatione con-
cilii Toleti sub die octavo Kalendas Februarias
anno feliciter primo regni gloriæ nostre.

In nomine Domini Flavius Ervigijs rex hoc legis
nostræ edictum in confirmatione hujus concilii pro-
mulgatum subscripsi.

*Decretum ^d piissimi atque gloriosissimi principis nostri
Gundemari regis.*

Flavius Gundemarus rex venerabilibus Patribus
505 nostris Carthaginensis sacerdotibus. Licit
regni nostri cura in disponendis atque gubernandis
humani generis rebus promptissima esse videatur,
tunc tamen majestas nostra maxime gloriösiori de-
coratur fama virtutum, cum ea quæ ad Divinitati
et religionis ordinem pertinent æquitate rectissimi
tramitis disponuntur; scientes ob hoc pietatem no-
stram non solum diuturnum temporalis imperii con-
sequi titulum, sed etiam æternorum adipisci glo-
riam meritorum. Nonnullam enim in disciplinis ec-
clesiasticis contra canonum auctoritatem per moras
præcedentium temporum licentiam sibi de usurpa-
tione præteriti principes fecerunt, ita ut quidam
episcoporum Carthaginensis provinciæ non revo-
reantur contra canonice auctoritatis sententiam pas-
sim ac liberte contra metropolitanæ Ecclesiæ po-
statem per quasdam fratras et cœspitiones inex-
ploratae vitæ omnes episcopali officio prævechi, alq[ue]
hanc ipsam præfata Ecclesiæ dignitatem imperij
nostrí solio sublimatam contemnere, perturbantes
ecclesiastici ordinis veritatem ejusque sedis aucto-
ritate, quam præsca canonum declarat sententia, ab-
utentes. Quod nos ultra modo usque in perpetuum
fieri nequaquam permittimus, sed honorem primatu-
sust juxta antiquam synodalis concilii auctoritatem
per omnes Carthaginensis provinciæ ecclesiæ Tol-
etanæ Ecclesiæ sedis episcopum habere ostendimus,
eunq[ue] inter suos coepiscopos tam honoris præ-

jectari fas est, nulla alia fortasse, nisi quia ejus
materia atque doctrina ad sextum præcedentis con-
cilii numerum aut canonem pertinere videtur; quod
et de sequenti Carthaginensem sacerdotum constitu-
tione dicendum.

cellere dignitate quam nominis, juxta quod de metropolitani per singulas provincias antiqua canonicum traditio sanxit et auctoritas vetus permisit. Neque eamdem Carthaginensem provinciam in anticipi duorum metropolitanorum regimine contra Patrum decreta permittimus dividendam, per quod oriatur varietas schismatum quibus subvertatur fides et unitas scindatur; sed haec ipea sedes sicut praedita est antiqua nominiis sui ac nostri cultu imperii, ita et in totius provinciae pulleat Ecclesiae dignitate et praezellat potestate. Illud autem quod jam pridem in generali synodo concilii Toletani a venerabili Euphemio episcopo manus subscriptione notatum est, Carpetanæ provinciæ Toletanam esse sedem metropolitam, nos ejusdem ignorantia sententiam corrigimus, scientes procul dubio Carpetanæ regionem non esse provinciam sed partem Carthaginensis provinciæ, juxta quod et antiqua rerum gestarum monumenta declarant. Ob hoc quia una eademque provincia est, decernimus ut sicut Baetica, Lusitania vel Tarraconensis provincia vel reliqua ad regni nostri regimina pertinentes secundum antiqua Patrum decreta singulos nescuntur habere metropolitanos, ita et Carthaginensis provincia unum eundemque, quem prisca synodalis declarat auctoritas, et veneretur primatem et inter omnes comprovinciales **506** summum honoret antistitem: neque quidquam contemptu codem ultra fiat, qualia haec enim arrogantium sacerdotum superba tentavit præsumptio. Sane per hoc auctoritatibus nostris edictum amode et vivendi damus tenorem et religionis vel innocentiae legem, nec ultra postmodum inordinata licentia ab episcopis similia fieri patimur, sed per nostram clementiam præteritæ negligentiæ pietatis intuitu et veniam damus et indulgentiæ opem concedimus; et dum sit magna culpa haecenus deliquisse, majoris tamen ac inexpialis censura tenebit obnoxios qui hoc nostrum decretum ex auctoritate prisorum Patrum veniens temerario ausu violare tentaverit, nec ultra venia delicti adepti, si dehiuc honorem ejusdem Ecclesiae quilibet Carthaginem sacerdotium contempserit, subiturus praelib. dubio inobedientiam degradationis vel excommunicationis ecclesiasticæ sententiam, quam etiam nostræ severitatis censuram. Nos enim talia in divinis ecclesiis disponentes credimus fideliter regnum imperii nostri ita divino gubernaculo regi, sicut et nos eis ordinis zelo justitiae accensi et corrigeremus et in perpetuum perseverare disponimus.

Flavius Gundemarus rex hujus edicti constitutionem pro confirmatione honoris sanctæ Ecclesie Toletanae propria manu subscripsi.

Ego Isidorus Hispalensis Ecclesie provincie Baeticæ metropolitanus episcopus, dum in urbem Toletanam pro occursu regio evenissem, agnitis his constitutionibus assensum præbui atque subscripsi.

Ego Innocentius Emeritensis Ecclesie provincie Lusitanie metropolitanus episcopus, dum in urbem

Toletanam pro occursu regio advenissem, agnitis his constitutionibus assensum præbui atque subscripsi.

Ego Eusebius Terraconensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Sergius Narbonensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Joannes Gerundensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Illegius Ecclesie Egarensis episcopus subscripsi.

Ego Licerius Ecclesie Egiditanæ episcopus subscripsi.

Ego Maximus Ecclesie Cæsarugustanae episcopus subscripsi.

Ego Mumius Ecclesie Calagurritanae episcopus subscripsi.

Ego Floridius Ecclesie Tirasonensis episcopus subscripsi.

Ego Elias Ecclesie Cauriensis episcopus subscripsi.

Ego Goma Ecclesie Olyssiponensis episcopus subscripsi.

Ego Fulgentius Ecclesie Astigitanae episcopus subscripsi.

507 Ego Emilia Ecclesie Rarcinonensis episcopus subscripsi.

Ego Theodorus Ecclesie Aurisinae episcopus subscripsi.

Ego Joannes Pampilonensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Benjamin Ecclesie Dumiensis episcopus subscripsi.

Ego Agapius Tuccitanæ Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Gundemarus Ecclesie Besensis episcopus subscripsi.

Ego Argebertus Portucalensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Theucaristus Salamanticensis Ecclesie episcopus subscripsi,

Ego Vitulacius Ecclesie Laberricensis episcopus subscripsi.

Ego Leonclanus Ecclesie Lotebensis episcopus subscripsi.

Ego Pisinnus Ecclesie Eliberitanæ episcopus subscripsi.

Ego Justinianus Ecclesie Abilensis episcopus subscripsi.

Ego Venerius Ecclesie Castulonensis episcopus subscripsi.

Constitutio a Carthaginem sacerdotum in Toletana urbe apud sanctissimum iusdom Ecclesie antistitem.

Convenientibus nobis in unum pro religione et fide quæcum Christo debemus, placuit, ne quid ultra in nobis absurdum vel illicitum oriatur, alterna collatione decretum justissimæ promulgare sententia,

* Deest haec constitutio in B. R., E. 4, T. 1, 2, U. G.

quo perspicue claret inter nos ordo ac disciplina ecclesiasticae dignitatis, et agnoscatur fraternæ concordia pacis. Tali ergo dispositione necessarium contuentes ob studium nostri ordinis communis electione decrevimus, congruum esse provida dispositione judicium, scientes hujus sacrosanctæ Toletanae Ecclesie redem metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque nostris ecclesiis et honoris anteire potestate et meritis; cuius quidem principatus nequaquam collationis nostræ conniventia nuper eligitur, sed iam dudum existere antiquorum Patrum synodali sententia declaratur, ea duntaxat concilii forma, que apud sanctum Montanum episcopum in eadem urbe legitim habita. Proinde ergo dispositionem nostram instructæ collationis definitione celebrantes elegimus, ne quis ultra comprovincialium sacerdotum inani ac perversa contemplatione obtinatur hujus sacrosanctæ Ecclesie Toletanae primatum contemnere, neque pervicaci schismatum studio ad summos sacerdotalium insularum ordines remota hujus sedis potestate a nobis queimpiam, sicut hactenus factum est, provehere. Talem itaque specialiter a nobis ac successoribus **508** nostris deferre dignitatis honorificentiam huic Ecclesie pollicemur, quam in decretis sanctorum conciliorum beatissimi Patres metropolitanis ecclesiis decreverunt; hujus ergo et nos reverentia observationem fideli custodia pollicemur, hujus honorificentiam conservare diligenti prospectu a successoribus nostris per metas sequentium statum volumus. Sane quicunque ex nobis vel successoribus nostris haec statuta transcederit, anathema sit Domino nostro Iesu Christo atque a culmine sacerdotali dejectus perpetuae excommunicationis sententia prædamnetur. Facta constitutio sacerdotum in urbe Toletana sub die decimo Kalendarum Novembrium anno regni primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari regis, æra **DCXLVIII**.

Progenes sanctæ Ecclesie Segontiensis episcopus banc decreti nostri professionem pro firmitate subscripsi.

Theodorus sanctæ Ecclesie Castulonensis episcopus subscripsi.

Minicianus sanctæ Ecclesie Segobiensis episcopus subscripsi.

Stephanus sanctæ Ecclesie Oretanae episcopus subscripsi.

Jacobus Mentesanæ Ecclesie episcopus subscripsi.

Magnentius sanctæ Ecclesie Valeriensis episcopus subscripsi.

Theodosius sanctæ Ecclesie Arcavicensis episcopus subscripsi.

Marinus sanctæ Ecclesie Valentinae episcopus subscripsi.

Conantius sanctæ Ecclesie Palentinae episcopus subscripsi.

Pascarius sanctæ Ecclesie Segobricensis episcopus subscripsi.

A Vincentius sanctæ Ecclesie Bigastrensis episcopus subscripsi.

Ætherius sanctæ Ecclesie Bastitanæ episcopus subscripsi.

Gregorius sanctæ Ecclesie Oxomensis episcopus subscripsi.

Præsidius sanctæ Ecclesie Complutensis episcopus subscripsi.

Sanabilis sanctæ Ecclesie Elotanae episcopus subscripsi.

Suggestio servi vestri Sesulti.

Meam extremitatem ad sanctitatis vestre deduco memoriam et ut sæpe pro extremitate servi tui orare jubeas instanter suggero; de cætero autem ad relatum sanctitatis vestre deduco, quod convenientia

B servorum vestrorum fuit per humilem vestrum dominum Emilanem ut per voluntatem Dei et vestram in Ecclesia vestra sacerdotio fungatur; et quia in ipsa diœcesi talis nec melior invenitur, pro eo domino suas suggestiones miserunt, ut si Deus domino adiutum dederit **509** jubeatis venire, ut per manus vestras et illud perficiatur et a iudicando adhuc in suspensum est et desiderantes domino de vultu vestro læti efficiamur. Si vero aliter est vestra prævisio, cui vultis ordinationem vestram dirigite, qui causam vestram perficiat, et ordo vester incolumis persistat.

Alia proprii vernuli vestri Sunilani suggestio.

Dei electionem omnes sacerdotes vestri et cuncti filii Ecclesie in unum convenientes requisierunt a me per humilem vestrum dominum Emilanem, ut per Dei et vestram ordinationem in Ecclesiam Montesanae civitatis pontifex ordinetur; et quia eum humilitas cum sanctitate adorat et origo generis reddit illumitem, suggero clientulus tuus, ut si Deus beatitudinis vestre adiutum dederit ob restaurandas ecclesiastas vestras, ad vestros usque humillimos non dignemini accedere, quatenus famulorum vestrorum **510** electio vestris sacris manibus compleatur. Si tamen casus seculi in aliquid excellentiæ vestrae obviaverit, ordinate cui jusseritis ex fratribus vestris scribere, qui vestra compleat iussa, et amplius Ecclesia vestra in desolatione non permaneat. Siq. Christi gratianæ eximietas vestra sine fine percipiat.

Alia suggestio Ermegildi Joanni et servis ejus.

Per Sesulum filium vestre beatitudini notum pre humili vestro domino Emilanæ, ut si Deo et domino placitum fuerit, in ecclesiarum ordine pontifex ordinetur; ita et nos servi vestri suggerimus, ut si Deus adiutum domino dederit, jubeatis usque hic fastigium pati, ut per manus vestras sit completum. Si vero, quod absit, aliqua occasio seculi domino obviaverit, suggerimus ut cui vult sanctitas vestra domino vestro notescat, quia persona vestra electionem vestrorum compleat, sic vita æterna præmium accipiat.

LVIII

CONCILIO TOLETANUM DECIMUM TERTIUM.

ÆRA DCCXXI, ANNO REGNI EXCELENTISSIMI ERVIGII PRINCIPIS QUARTO.

Illi batæ charitatis insinatu a'ternis visionum ob-
tinibus redditu et in unum cœtum sautore Deo parti-
tur aggregati, in Ecclesia videlicet sanctorum apo-
stolorum Petri et Pauli, anno regni quarto serenissimi
Ervigii principis, sub die pridie Nonas Novembris,
æra ccxxi, cum unusquisque nostrum debitum loca-
retur in sedibus, adfuit idem princeps pleno fidei
ardore subnixus et humilitatis gratia decoratus, qui
synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans
et ut pro se Domino instantissime deprecarentur ex-
postulans, hoc præsentim est allocutus sufficiens
exhortatione concilium ut ecclesiasticae disciplinæ
quæ concurrunt et corrigendis moribus quæ conve-
niunt tractatus nostri evidenter sancirentur. Deinde
religiosa vota suæ clementiae quibus subveniendum
misericordia desinuit synodali conventui confirmanda
commisit, offerens videlicet sacris pontificibus to-
num, obsecrans pariter et obtestans, ut quidquid
illuc venustioris esset calami respersione congestum
synodalum potentiae conferretur ordine titulorum.
Tunc nos pro suscepso a principe tomo gloriam dedimus Deo, et eidem principi benediximus gloriose.
Idem tamen princeps postquam votorum suorum insinuationem peregit, a conventu concilii gratiosus exiit. Tunc post præsentia principalis abscessum
hoc in tomi ipsius alligatione inventimus exaratum.

511 *In nomine Domini Flavius Ervignus rex san-
ctissimis Patribus in hac sancta synodo residen-
tibus.*

Ecce, sanctissimi religiosa pietate exco'endi pon-
tifices et divini cultus instantissimi sectatores, coram
cœtus vestri reverentia humili devotusque proster-
nor, reclinis assisto, promptus astipulor, primum de
conventus vestri aggregatione Patri lumen gra-
tiarum copiam solvens, deinde votorum meorum
studia vestris judicis dirimenda committens. Neque
epum fas est quemquam, etiam si bonum sit opus,
sine consilio agere, cum tamen multum prosit bona
cum consilio bonorum egisse. Unde ut brevi exhor-
tatione perorem vota mea, quibus remedia pietatum
exerceri delector, sensibus paternitatis vestre agno-
scenda insinuo, quæ tamen ne oblitu quodam memori-
am fugiant et relationi propriæ curarum ea inter-
capido subducatur, in hujus tomi complicatione acci-
piente renata. Illud primum volenti mihi misericordia
parere convenit intimare, quod divul'sani per tyran-
nidem nostri corporis partem in societatis nostræ
gremio conatur reducere: etenim retroactis divæ
memoriæ præcessoris nostri Wambæ regis tempori-
bus quæ in profanatoribus patriæ, qui cum Paulo
quodam tyrannidem assumpserunt, illata sit senten-
tia ultionum, quo per judicij universalis edictum

^b Deest hoc concilium in A. et E. 3. Desumptum
est ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lection-

A amissio testimonio rebusque propriis caruefunt, cun-
cta hæc yestræ sanctitudini nota sunt, quos lauen
et in collegio societatis nostræ recipere et rebus
quibus fas fuerit devovimus revestire; nam et de
accusatis modum volumus ponere justissimæ inqui-
sitionis ^b, quod sive de religiosis sive de Isclis
quisque accusationis cuiusquam studio propulsans
non occultis fraudibus vel violentiis comprimatur,
nec ad dandam professionem violenter arctetur sed
in communis omnium examine jūdicetur, qui secun-
dum publicæ professionis suæ tenorem aut offensibi-
lis debitas damnationis poenas excipiat aut innocens
ex judicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid
jam de tributorum fiscalium exactionibus referam,
quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis in-
creverunt, ut si exigi penitus jubeantur et statim
subruat funditus populorum et fragmine collisionis
eorum ultimum terra sentiat propriæ prolapsionis
excidium? Unde his et talibus privatis seu et am fiscali-
bus servis remedia pietatis præoptans nostræ gloria
affluenter impendere, omnes tributorum exactiones,
que apud illos de retroactis temporibus rejacerunt
usque ad primum annum celsitudinis nostræ, man-
suetudo nostra illis omittendas laxavit et stylo pro-
priæ auctoritatis remittendas instituit, quas etiam
auctoritates **512** sacrosancro cœtui vestro relegen-
tas elegit. Illud quoque adjiciens loquar, quod votis
nostris horribile et animis execrabilis semper est,
cum nobilitate conditio libertorum vel servorum
etiam adæqua gentis nostræ statum degenerat: ob
quam rem id nostræ gloriæ animis placet, ut exce-
ptis servis fiscalibus vel libertis, abresa deinceps hu-
jus malæ præsumptionis licentia, nullus ex servitu e
quorumlibet, servus sit vel libertus, ad palatina
officia transeat; quod si fecerit, illi servitum pro-
cul dubio reducendum se noverit, ex quo aut conditionis
propriæ originem sumpsit aut libertatis titu-
lum reportavit. His votorum meorum insinuationibus
allegatis, queso ut fortia paternitatis vestre adjuto-
ria prorogetis. Luce enim clarius constat quod aggredi-
tio sacrosancta pontificum quidquid censuerit ob-
servandum per sancti Spiritus donum omni maneat
æternitate præfixum. Et ideo universitatem paterni-
tatis vestre atque sublimium virorum nobilitatem,
qui ex aula regalis officio in hac sancta synodo vo-
biscum concessuri præelecti sunt, obtestor pariter et
conjuro atque per ineffabile illud sanctæ Trinitatis
sacramentum convenio, ut quidquid in medio vestri
se judeicandum vel retractandum invexerit, iam quæ
per nos dicta quam etiam cætera quæ vestris audi-
bus se ingesserint audienda, cum omni vigore justi-
tia et temperamento misericordia dirimere proce-
nibus.

^b *A., E. 4, T. 1, 2, perquisitionis.*

retis, quo cum omni reverentia Patrum precedentium regulis subdita totius unanimitatis vestre sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat, siveque et his quae praemissa sunt solidum deliberationis stylum promptissime apponatis, et reliqua adhuc quae necessaria sunt in peragendis ecclesiasticis regulis disciplinis et dirimenda tractetis, et dirempta religiosiori sub diligentia conscribatis, qualiter dum doctrinam respurgitis salutarem in populis, Christum dominum in emolumento justitiae capiatis; ut et vobis praedicantibus et nobis impletibus que divinis oculis complacent, sit utrisque partibus et in hoc saeculo de lucro animarum ineffabile gaudium, et in futuro de perventione [T. 1, 2, preventione] aeternitatis premium inconvulsum. Datum sub die pridie Nonas Novembres anno feliciter quarto regni gloriae nostrae in Dei nomine Toleti.

Perfecto igitur praevuntis tomi necessario institutionum exorsu prius de fide sanctae Trinitatis sermonizationis nostre coepit esse principium: profientes pariter et credentes ea quae de hac sancta Trinitate et Evangelio tradunt et apostolorum sanctiones instituunt, sicut Nicæna synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut Constantiopolitana definitio sanxit vel primi Ephesini 513 cœtus atque Chalcedonensis evidens doctrina constituit, juxta quod etiam sacrosancti symboli elucubrata professio claret, quae in missarum solemnitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

Symbolum Nicæni concilii.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, etc.

Post hujus sanctæ fidei dispositam structuram quasi super solidissimam petram cœterorum negotiorum sequentium construximus fabricam, ut eo firmitate inconvulsibili durent quo super fundamen- tum veræ fidei fuerint constructa perenne. Unde et has in commune sententias, quas principis hortatu construendas accepimus, communī voto edidimus, quas etiam aeterno reverentiae vigore observandas fore censemus.

1. De redditio testimonio dignitatis eorum quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis.

Praconabile signum est illis semper negotiis interesse, quæ et a pietate incipiunt et per pietatis visceris temperantur. Pietas enim, ut ait Apostolus, ad omnia utilis est: cuius virtutis admirabili dono cor gloriosi atque religiosissimi principis nostri divino igne successum decrevit pariter et elegit, ut in unum cœtum omnes Hispanias aggregati pontifices illa decernerent, quæ et gravides pressurarum renoveant et sublevationis opem dejectis opulerter impendant. Primo igitur negotiorum exorsu, hortante pariter et jubente religiosissimo domino nostro Erviglio rege, decernendum nobis occurrit, ut omnes quos scelerata quondam contra gentem et patriam conjuratio Pauli in perfidiam traxit et titulo testimonii honestioris abegit, ad statum dignitatis pristinæ redcant et nulla

A deinceps illis ob hoc catena judicialis obstat, seorsim ita generosæ stirpis ac nobilitatis proprie subeant deus ut posteritas infidelitatis nullum perferrant dodecas. Quod etiam ei de filiis eorum decernimus observandum, qui post admissionem parentum prememoratae profanationis scelus natus esse pre- dantur, sive de ceteris omnibus qui ex hoc tempore diva memoriae Chaintalai regis simili hucusque infama- tionis nota resperi sunt. Et quia incassum a servitute exiuit qui spolis premiur, hoc etiam adjiciendum præcelsi principis nostri clementia jussit, ut aggredi- gati cœtus nostri sententia definiret quo cum recepito testimonio dignitatis congruis alerent substantiis. Unde consonam votis ejus sententiam proferentes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata ne- B que in stipendiis data, sed tantum fisci sunt jeribus applicata, unusquisque quod cuique proprium fuerit inunctanter 514 per auctoritates regias possiden- dum recipiat, et receptum proprii arbitrii libertate disponat. Illa vero quæ de eorum bonis largitione principali cuiilibet donata vel in stipendio data sunt, in eorum jure quibus concessa sunt perpetum tene- buntur. Hujus ergo pietatis sententiam quam ordinante, prædicto glorioso principe nostro formavimus si quis immutandam elegerit, et tante misericordia fabricam subructe tentaverit, per judicium omnipotenti Dei anathema sit.

II. De accusatis sacerdotibus seu etiam optimatibus palatiis atque gardingis, sub qua eos justitiae causa examinari conveniat.

C Secunda collationis objectu res nostro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto est synodalis judicii pondere abigenda, quanto immensam stragam populis afferat pariter et ruinam: etenim decursis retro temporibus vidimus multos et levissimos ex palatini ordinis officio cecidisse, quos et violenta profes- sio ab honore dejecti et trabele regum factione judicium aut morti aut ignominia perpetua subjungavit. Quod importabile malum et impieatis facinus exhorrendum religiosi principis nostri animus ab- lere intendens generali omnium pontificum arbitrio retractandum invexit, et ultrici synodalis potentia auctoritate exhibendum instituit. Unde congruam devotioni ejus sententiam docerentes hoc in com- D mune decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ conventu, regis subtilitatis actu vel profanæ potestatis instinctu sive quorumlibet hominum malitiosa voluntatis obnoxia citra manifestum et evidens culpe suæ indicium ab honore sui ordinis vel servitio domus regis arceator, non ante vinculorum nexibus illigetur, non qua- siioni subdatur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus prive- tur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdi- cetur, per quod illi violenta, occulta vel fraudulenta professio extrahatur: sed is qui accusatur gradum ordinis sui tenens et nihil ante de supradictorum capitulorum occibilitate persentiens, in publica sa-

cerdolum, seniorum atque etiam gardingorum discussione deductus et justissime perquisitus aut obnoxius reatu detectæ culpe legum poenas excipiat, aut inboxius judicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen quos in locis talibus manere constiterit unde nocibilis perficii suspicio sit, aut eos quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat custodiri, hos sine aliquo vinculorum vel injuriæ damno sub libera custodia consistere oportebit; sic tamen repulso omni terrore sub circumspecta et diligenti custodia habeantur, ut tempus quo judicari eos **515** oporteat nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus suis diutissime separati professionem suam videantur dadiisse inviti: quæ tamen si [E., E. 4, T. 1, 2, et si] data fuerit, modis omnibus non valebit, sed juxta superiorē ordinē illud tamen pro vero accipietur quod ex ore ejus genitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam et de ceterorum ingenuorum personis, qui palatinis officiis non haeserunt et tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur; qui etiam pro culpis minimis, ut assolet, flagellarum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium amissuri sunt aut rebus sibi debitibus privabuntur. Quod si de infidelitatis criminē quidquam eis objicitur, simili ut superius præmissum est ordine judicandi sunt. Quod synodale decretum, divino ut confidimus Spiritu promulgatum, si quis regum deinceps aut temeranter custodire neg'ererit aut malitiose præterire prælegerit, quo quisquis de personis taxatis aliter quam præmissum est prædamnetur, aut astu congetæ malitiæ perimitur vel dejectus sui ordinis loco privetur, sit cum omnibus qui ei ex delectatione consenserint in conspectu altissimi Dei Patris et unigeniti Filii ejus atque Spiritus sancti perenni anathemate ultus, et divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus: ei insuper quidquid contra hanc regulam sententiae nostræ aut in persona cuiuscunque fuerit actum aut de rebus accusatæ personæ existenter judicatum nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quam decoramus judicata aut testimonii sui dignitatem amittat aut questu rei propriæ caret. Nec enim hæc et talia promentes, principibus domesticæ correctionis potestas adimitur: nam specialiter de laicis illis quos non culpa infidelitatis astringit sed aut servitii sui officio torpentes aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces [E. 4, mendaces] vel potius negligentes, erit principi licetum hujusmodi personas absque aliquo eorum infamio vel rei propriæ damno et servitii mutatione corrigeret et in commissos talium alios qui placeant transmutare.

III. De tributorum principali relaxatione in plebe.

Tertii ordinis gloriæ insinuationis occursu liberalitas principalis longe lateque diffusa nostro se invexit cœtui agnoscenda, quæ sicut ex paro fonte regiæ provisionis processit, ita synodalis conventus

A debet sanctione præstringi. Et ideo religiosi principis nostri Ervigii regis affectus in toto gentis suæ ambitu usqueaque correctus de virtute in virtutem quodammodo gradiens et quasi **516** quibusdam passibus ad meliora descendens, hoc per stylum regiæ auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteriorum annorum usque in annum primum regni sui, quod in privatis sive in fiscalibus populis rejacet, absolutionis perpetuae debeat sanctione laxari, ea tantum de ipsis tributis præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta et non illata fuisse constiterint. Quod pietatis beneficium admirantes non solum vigore gloriæ definitioni ejus apponimus, sed et perpetuae excommunicationi eum qui contra hæc venierit subjiciendum esse sancimus.

IV. De munitione prolis regis.

Pridianæ diei exercitia gloriæ, quibus per trium capitulorum annotationem pietas principalis se monstravit eximia, cogunt cœtus nosiri reverentiam aliquid promulgare, quo valeat et pietati regiæ vicem beneficentia reddere et principali soboli ad futurum prodesse. Providentia enim salutaris semper est utilis, imo semper est utile quod ad veram pertineat salutem. Et ideo piæ sollicitudini cura extenti defensionis decretum promulgare prælegimus in regim prolein, et tuitionis in futurum obtendere pietatem qui paternis beneficiis nequivimus reddere vicem. De hoc sane principe nostro Ervio rege id nos desinisse conveniet, cujus provide pacato imperio regimur, affectu sovemur, præmiis fruimur, qui profanatoribus perditum libertatis decus restituit, qui de accusatis modum quo justissime examinentur decrevit, qui terram gentis propriæ et illæsam ab hoste servavit et multiplici tributorum relaxatione erexit; et ideo qui tot erga gentis suæ populos ejus beneficia persentimus, dignum est ut saltem ejus filiis fortia tuitionis ad futurum adminicula prorogemus. Contestamur ergo omnes presentes et absentes seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes vel principes seu cuiuscunque honoris aut ordinis homines coram Deo et sanctis angelis ejus, ut nullus ad futurum posteritati ejus vel gloriæ conjugi suæ Liuvigotoni reginæ, atque his qui gloriæ suæ filiis vel filiabus conjuncti esse moscuntur, seu etiam qui adhuc conjuncti non sunt sed protinus conjungendi sunt, injustas lœdendi occasionses exquirat; nullus occulit vel publice per quæ abdicentur malitiæ suæ contra eos vota extendat, non eos gladio vel qualibet perniciosa factione interimat; nullus consilium vel opus quibus injuste dejiciantur vel nudentur rebus exhibeat; nullus his injuste violentum tonsuræ signaculum imprimat; nullus vestem contra ordinem gloriæ conjugis ejus vel filiabus suis atque auris mutare præsumat; nullus etiam extra evidenter culpæ **517** indicium aut exsiliis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet detruncationum vel flagellarum inferat detrimenta, quo cum præmemoratis omnibus omnis ejus in toto ad futurum gloriæ posteritas læsonis injustam non perse-

rat notam, nec rerum sentiat detrimenta. Si quis autem dominum, cuiuslibet sit ordinis aut honoris huic nostrae sententiae non acquiescens filios filiasve gloriae suae una cum serenissima conjugi sua Liuigotone regina vel supradictis omnibus amodo vel quandoque sine justo partis suae negotio aut laeden- dos impellerit aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit quo aut de rebus sibi debitis injuste expoliati nudentur, aut dolo vel ma- chinamento quolibet dejiciantur, sit aeterno anathe- mate ultius et futuri examinis iudicio condemnatus.

V. *Ne defuncto principe relictam ejus conjugem aut in conjugio sibi quisque aut in adulterio audeat compulare.*

Exsecrabilis facinus et assuetate admodum iniuritatis est opus, defunctis regibus, superstitis ejus conjugis regale torum appetere, et horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim Christianorum aequanimitater defuncti regis conjugem alieno postmodum connubio uti aut secuturi principis libidini sub- jugari, ut quae fuit domina gentis sit in postmodum proslibulum fœditatis, et quae toris exstitit regalibus honoris regii sublimitati conjuncta stupris corum vel conjugiis, quibus pridem dominata est, abdicetur ut reproba? Quid ergo si moriuntur principes? nunquid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? aut quia ad gaudia cœlestia Christiani transeunt re- ges, propterea ad contumeliam in seculo eorum de- vocandæ sunt conjuges? Nusquam ergo inhonorum esse oportet quod honorandum convenit opportune haberi. Nulli ergo licebit superstitem reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contractibus maculare: non hoc secuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permisum. Quod si facere tale aliquid quisquam præsumperit, quo aut superstitem reginam post decadentis principis mortem sibi in connubio copulet aut adulterina pollutione contami- net, sive sit rex, sive quislibet hominum qui hujus nostræ sanctionis sententiam violare præsumperit, sit ab omni Christianorum communione seclusus et sulphureis cum diabolo contradatur ignibus exuren- dus. Quicunque igitur hujus institutionis nostræ præsumperit convellere vel abradere sanctionem, sit nomen ejus abrasum et deletum de libro vite, ut tar- tareas judicii poenas excipiat qui haec decreta honestatis devoverit violanda.

518 VI. *Ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nul- lus de servitute quorumlibet deinceps aut libertate ad palatinum officium quoque tempore transeat.*

Sæpe offuscatur nobilium genus suberectum servitu- tis importabile dedecus, quod et generosos adæqua- tum infamat et dominis plerumque notam profilio- nis importat. Multos enim ex servis vel libertis pluri- mun ex regio jussu novimus ad palatinum suis pertractos officium, qui tamen affectare cupientes sublimitatem honoris quam illis subtrahebat natio offuscata originis, dum æquales dominis per suscep- tium palatinum officium facti sunt, in necem domini- norum suorum vehementius grassaverunt, et quod nefas est dicere, etiam hi qui a dominis suis libertatis

A beneficio potiuntur ipsi quoque dominis suis regio jussu tortores existunt. Nam quid jam si preceden- ti et antiquorum historica narratione inmemoremus exedia, in qua obscena servitutis conditio dominorum saepè suorum casum operios et regnum pariter labefactare fecit et dominos? Ac proinde hortante pariter ac jubente prædicto gloriissimo principe hoc nostri coetus aggregatio observandum instituit, ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nullus servorum atque etiam libertorum quorumlibet deinceps ad palatinum quandoque transire permittatur officium, nec etiam locorum fiscolium atque etiam proprietatis regis ad- miniculatores vel actores fieri quolibet tempore ad- mittantur, sed conditionis sue usum deinceps unusquisque servorum vel libertorum veraciter remidi- scens ita sibi ab ordine palatino exterris proliciat, ut dominis suis vel dominorum suorum posteritati nec noceat nec æqualis existat. Quod si deinceps quo- rumcunque sit libertus seu etiam servus vel omnis eorum adfutura progenies, qui post hujus sanctionis nostræ sententiam ad officia præmissa accedat, illic quolibet tempore aut serviturus aut obsequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut servitutis originem duxit aut libertatis decus subire promeruit.

VII. *De his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudars presumunt vel luminaria ecclesie subtrahunt.*

Væ his qui faciunt opus Domini fraudulenter et desi- diose, propheticus sermo annuntiat; et si illi vae in- currunt qui negligenter opus Domini faciunt, quod supplicium merebuntur qui divina servitutis cultum malitia intercedente ab altariis Christi subducunt? illos dicimus qui obstinatæ mentis dolositate confusi, cum aliqua eos molestia fraternorum jurgiorum pu- pugerit, insana illico temeritate **519** abrepti altaria nudantes sacratis vestibus exuent, luminaria subtra- bunt, ac divinorum sacrificiorum cultum malitia in- tercedente subducunt, et quod in hominibus se vin- dicare non possunt, injuria Deo, quod pejus est, inferunt. Unde si hujusmodi pro fraterno odio homi- cidie reatu adstringitur, pro contemptu divino quid poena mereretur? etenim juxta quod divinus sermo increpitat: *Si peccaverit vir in virum, placari ei po- ta est Deus; si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est?* Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia pereutitur sacerdolum. Dicit enim: *Honorificantes me honorificabo, qui autem contemnunt me erunt igno- biles.* Quicunque ergo sacerdotum vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris vel amaritudinis permotus aut altare divinum vestibus sacratis exuere præsumperit, aut qualibet alia lugubri ueste accin- xerit, seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit vel extingui præ- ceperit aut quocunque lugubritatis in templo Dei induixerit, atque, quod pejus est, occasionem nutricerit unde de templis Domini aut officia consueta de- sint aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defrandari, si eum antea veræ poenitutinis coram metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilissimi

D sibis illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia pereutitur sacerdolum. Dicit enim: *Honorificantes me honorificabo, qui autem contemnunt me erunt igno- biles.* Quicunque ergo sacerdotum vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris vel amaritudinis permotus aut altare divinum vestibus sacratis exuere præsumperit, aut qualibet alia lugubri ueste accin- xerit, seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit vel extingui præ- ceperit aut quocunque lugubritatis in templo Dei induixerit, atque, quod pejus est, occasionem nutricerit unde de templis Domini aut officia consueta de- sint aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defrandari, si eum antea veræ poenitutinis coram metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilissimi

perpetuae mancipatus juxta superiorem sententiam A Domini et loci sui dignitate se noverit et bonore pri-
vati; illis procul dubio personis ab hac visionum sententia separatis, quae aut contaminationem sae-
rum ordinum vel subversionem sanctae fidei melue-
ntea aut hostilitatem vel obdictionem perferentes, seu
etiam divinorum judiciorum sententiam metuentes talia fecisse contigerit, in quorum facto plus humili-
tas qua Deus placetur quam interni laboris dolositas declaratur.

**VIII. Ne admonente metropolitano quisquam ex confi-
nitimis ad locum ubi invitatur venire contemnat.**

Si generaliter obediendum omni fratri in tantum a Christo præcipitur, ut non solum si angariati fuerimus passibus mille obedientiae vota paremus, sed etiam gemino id charitatis officio peragamus, jam quomodo obediendum est præminentibus? Quibus Apo-
stolus ita obediere præcepit ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accidit enim multoties ut causa salutis alienus vel collationis ne-
cessariae evocati a principe vel metropolitano confi-
nitimi sacerdotes venire differant, et diversis excusationibus agant, quibus implere quæ jubentur omit-
tant. Hac de re nascitur et difficultas ordinibus 520 et contemptus majoribus: et ideo si quis epi-
scoporum a principe vel metropolitano suo admonitus designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio sive pro se levitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste et Nativitate Domini celebrandis, sive pro causarum negotiis seu pro pontificibus consecrandis vel pro quibuslibet ordinationibus principis, excepta inevitabilis necessitate infirmitatis quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione multari: si tamen exceptis supra taxatis capi-
tulis aut fluminum aut aerum procellosa immensitas ad proximum diem aditum ei subduxerit properandi, quod tamen et hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Ilane etiam et illi ex pontificibus senten-
tiam merebuntur accipere qui exortos contra se clamo-
res negotiorum admoniti a metropolitano distulerint emendare atque compescero, aut si admoniti ut ad judicium primæ sedis accedant aut per se noluerint properare aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

IX. De confirmatione concilii Toletani duodecimi quod factum est anno primo gloriissimi Ervigii regis.

Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta synodalia Toletani concilii duodecimi acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriissimi principis Ervigii in hac urbe reg'a celebrata sunt, nunc tamen iterato inconveniens nostræ definitionis assensu ea ipsa gesta, prout gesta sunt vel conscripta, omni temporum æternitate validura decernimus et omnimodæ soliditatis vigore firmamus juxta ordinem capitulo-
rum, qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur, id est: De agnita et confirmata pœnitentiale fastigii

A principalis in nomine gloriæ domini nostri Ervigii regis. Item: De his qui pœnitentiam non ^a sentien-
tes accipiunt. Item: De culpatorum receptione vel communione apud Ecclesiam. Item: Ut in locis ubi, episcopus non sit nunquam episcopus ordinetur. Item: De quorundam consuetudine sacerdotum sa-
dissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non com-
municant. Item: De concessa Toletano pontifici ge-
neralis synodi potestate, ut episcopi alterius provin-
ciae cum coniuncta principum in urbe regia oracula-
tur. Item: De receptione testimonio personarum qui per legem quæ de promotione exercitas facta est
testificandi licentiam perdiderunt. Item: De his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item:
De confirmatione legum quæ in Judæorum nequitiam promulgatae sunt juxta earumdem legum præfixum or-
dinem 521 titulorum, qui in eodem canone annume-
rantur. Item: De his qui ad ecclesiam confugium fa-
ciunt. Item: De cultoribus idolorum. Item: De inter-
dicto temporis constituti quo debeat concilium cele-
brari. Item: Conclusio definitionum in qua et Deo gra-
tia referuntur et pro principe exoratur: statuentes vi-
delicet, ut qui contra supradictorum capitulorum de-
creta venire præsumperit, et ecclesiastice ex-
communicationis sententia seriat et ad legem illam gloriæ principis, quæ in confirmatione ejusdem concilii facta est, teneatur obnoxius.

**X. Utrum audiant ministrare hi qui pœnitentiam acci-
piunt in sacerdotio constituti.**

Tertii diei necessario collationis eventu visum nobis est antiquorum Patrum indagare de pœnitentia regulis institutum: etenim digno nobis venerandus honore sanctissimus frater noster Gaudentius Valeriensis sedis episcopus per vicarium persone sue ad concilium destinatum congressus est nostri reverentiam cœtus, insinuans eac' sancto synodali conventui quod incommodæ valetudinis nimicitate præventus per manus impositionem subactus fuisse pœnitentia legibus. Sed utrum accepta pœnitentia liceret sibi præcepta sui ordinis contrare myste-
ria vel missarum solita expiere officia, per synodalium instructionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis in unum de hujusmodi canonice instrumen-
tis hoc sancta synodus desinivit, ut reconciliatione præmissa soliti ordinis retentet officia. Si enim re-

D gulae præcedentium Patrum eos qui pœnitentiam in discrimine mortis accipiunt et nulla de se manifesta sclera constentur, si adsit tamea in his et talibus probitas morum, ad ecclesiasticos gradus pervenire permitunt, quanto magis ut hi qui in ipso sacerdo-
tio constituti pœnitentiam accipiunt a sui ordinis offi-
cio ^a retrahantur, tantum si se ipsi mortalium criminis professione propria non notaruant? Cum enim omnis sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando a malis actibus vacet, qua ratione qui pœnitentia remedium suscipit quod datur in remissionem peccata a sacrificiis divinis se abigit? Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, ut et peccatum diluat et peccati so-

^a E. 4. T. I. non consentientes.

des nominem iterare non sinat^a: qui ergo confidit per susceptam penitentiam dimissa sibi peccata, cur confidenter ad altare Domini non accedat, vel cur ordinis sui non audiat retentare officia, cum hoc alteri non licet nisi ei qui se a peccatis abstineat? etenim cum penitentiam accipimus, ad similitudinem conditoris nos reformatio conatur: reformatio igitur ipsa medicamentum est quo delentur **522** placula. Si enim medicamentum istud assumitur, recte creatori suo anima reformatur, recte etiam sacrificandi Deo cultus assumitur, quia in eo similitudo conditoris agnoscitur: si autem penitentiae medicamentum subtrahitur quod in remissionem peccatorum accipitur, ad similitudinem factoris uspiani non venitur. Etenim penitentia, ut dictum est, in remedium peccati accipitur, sacerdotium vero propter munditiam retentatur, ut hoc sacerdotis et vita ita fructu bonorum operum floreat, quo et in se delicti passiones extinguit et praedicamento suo in aliis peccati regnum potentialiter destruat. Huic igitur taliter, ut praemissus, sacerdoti viventi qui inheret si post acceptas penitentias leges divinis acharibus propitiationis [E. 4, propositionis] offerat pacem? Aut nunquid penitentiae donum, quod in remedium sit peccati, in prohibitionem devocandum est sacramenti? Nusquam ergo penitentiae praeepta privabunt jura contestia: penitens enim abstinere a peccatis pariter et negotiorum saecularium tumultibus debet, non ab his quae sancta videntur et suauia sece abstrahere, que operantem plus expiant quam commaculando deturpant. Scriptum est enim: *Sacerdos ad omnes mortales non accedat;* id est mortalium criminum se implicatione non polluat. Non enim dixit Deus, ut sacerdos ad sancta quaque non auderet accedere, de quibus praeceperat ut nullo modo sacerdos de sanctis exiret, sed ut mortis opera non auderet contingere: ergo abigenda sunt ab omni sacerdote quae maculant, exercenda quae abundant. His ergo rationabilis sanctione [E., sermonatione] praemissis hoc sancta synodus definit, ut stante priscorum canonum sanctione quicunque pontificum vel sacerdotum deinceps per manus impositionem penitentiae donum excepterint, nec se mortalium criminum professione motaverint, tenorem retentandi regiminis non omittant, sed per metropolitanum reconciliationem penitentium more suscepta solita expleant ordinis sui officia vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. Hoc tantum est observandum, ut si aut ante receptionem penitentiae adjudicatus nec reconciliatus reperitur pro culpis aut si in ipsa perceptione penitentiae implicatum se dixerit mortalibus factis, iuxta estimationem metropolitani abstinere hujusmodi oportet a praemissis officiis: ceterum si, ut dictum est, sub penitentiae receptione consistens nihil mortalium criminis se admisere predixerit, tamen quod fateri hominibus erubescit absconsu[m] intra clausa sui pectoris delatescit, noverit ipse sibi de se potestem esse concessum, ut

^a *E., omnino iterari non sinat.*

A juxta conscientia sua fiduciam, utrum audeat aut non audeat sacrificare Deo ex sui potius arbitrio **523** potestate quam ex nostri judicii permissione procedat. XI. *Ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem.*

Multe super hoc capitulum Patrum precedentium sententiae manaverunt, quo multiplici prohibitione sancitum est, ut alterius clericum nemo sollicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam obclcare aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate et refrigercente charitate nec honestas attenditur nec cupiditas inhibetur, agendum est ut quos impunis admonitio non emendat evidens sententia damnationis coerceat. Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, ministrum sive subdiaconum vel

B quemlibet clericum seu etiam monachum fugientem vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugae latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat, non occasiones quibus quasi se nesciente alibi lateat turpi oppositione confingat; nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas sed et frequenti dolorum acerbitate confunditur fraternalis. Etecum si dicat quis simplici animo alterius clericum suscepisse nec nosse eum fugitum existere, tunc evidens innocentia sua puritas approbanda est, quando eum quem suscepit et infra octo dies juxta legum sanctionem judicii præsentaverit et infra tempus legibus constitutum illic fugitivum redixerit unde per fugam vagabundus exivit. Quicunque ergo ex pontificibus seu sacerdotibus vel ministris ceterisque religiosis hujus institutionis nostrae violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor episcopus est, et eum quem suscepit, cum his quae habera potuit et ei a quo evagatus est sine dilatione restituet, et insuper ut vere sacrilegus et transgressor institutionis paternæ tanto tempore excommunicatum et remotum se a suis officiis neverit esse, quanto eum qui fugit subsua potestate contigerit remorasse. Si autem hujus institutionis nostræ prævaricator presbyter, diaconus vel quilibet ex religiosis videatur haberi, reddito eo cum rebus sibi debitibus quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub penitentiae censura deputatus tenebitur, cuius fugitivum suscepisse monstratur. Quicunque tamen talibus humanitatem impenderint, eadem et simili censura legum exquirendos et obstringendos se neverint, qua susceptores fugitivorum legis sanctione præmonentur adstringi. Illi tamen qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententia habebuntur, si a tempore ordinationis **524** infra duorum mensium spatium, ejus qui apud se est et latebram publicaverint et personam domino fugitiui reduxerint. His sane, qui de consiliumis episcopis ceterisque ecclesiistarum rectoribus ad metropolitanum suum præcausarum suarum necessitate consugiunt, sicut licet talibus perfugii datur, ita hi qui eos suscooperint damnari utpote receptores fugitivorum non poterunt,

^b *Ex reliquis, præter B. R., in quo: confunditur.*

præsertim si et publice illos apud se habeant et eos a eis quibus actiones habuerint ad reposcentis vocem conventuros admonescant.

XII. De non excommunicandi a proprio episcopo personis illis quæ ad metropolitanum suum negotia sua suggesturi accesserint.

Quicunque ex clericis vel monachis causam contra proprium episcopum habens ad metropolitanum suum causaturus accesserit, non ante debet a proprio episcopo excommunicationis sententia prædannari, quam per judicium metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnoscere. Quod si ante judicium quis episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam promiserit ^a, illis penitus quos ligaverint absolutis, in se illam noviter retorqueri sententiam: quod etiam et inter metropolitanos convenit observari, si prægravatus quis a metropolitano proprio ad alterius provinciae metropolitanum molestiam pressuræ sue agnoscendam intulerit [Æ., T. 2, detulerit], aut si inauditus a duobus metropolitanis ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, et ob hoc excommunicationis jugulum a proprio episcopo illi videatur infligi, hoc tantum est observandum, ut si prius unumquemque excommunicationem contigerit suscepisse antequam a proprio episcopo ad alium pertransire, tandem excommunicatus apud eum cuius judicium petiti habeatur, quandiu excommunicatoris sui objectibus, utrum juste an injuste alligatus sit, agnoscatur.

XIII. De relatione gratiarum quæ post peractionem concilii Deo et principi persolvuntur.

His ergo omnibus synodis institutis subscriptio-nis nostræ robur apponimus et sub terrore divino perenni ea quæ decrevimus memoria consecramus, dantes immortali Deo nostro gloriam pariter et honorem, cuius inspiratione aguntur omnia quæ salubriter exercentur: invictissimo quoque atque religiosissimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cuius clementissimo jussu in unum cœtum **525** aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis et beata: ducat quoque tempora procura longioris ævi felicia, et post imperialia terreni regni sceptra coronandus perveniat ad cœlestia regna, præstante Jesu Christo Domino Deo et Salvatore nostro, qui cum Deo Patre et sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in sæcula D sacerdotum. Amen.

Pontifices.

Ego Julianus indignus sanctæ Ecclesiæ Toletanæ metropolitanus episcopus instituta a nobis desluita subscripsi.

Ego Liuva Bracarensis et Dumiensis episcopus.

Ego Stephanus Emeritensis episcopus.

Ego Floresindus Hispalensis episcopus.

Ego Leander Illicitanus episcopus.

Ego Palmatius Urcitanus episcopus.

^a Æ., 4, E. T. 1, 2, præmiserit.

^b Æ., T. 2, Theudericus. E. 4, T. 1, Theuderacus.

^c Æ., T. 2, Hilarius. E. 4, T. 1, U., G., Alarius.

Ego Concordius Palentinus episcopus.

Ego Mummulus Cordubensis episcopus.

Ego Antonianus Bastitanus episcopus.

Ego Theudericus ^b Assidionensis episcopus.

Ego Stercorius Aucensis episcopus.

Ego Geta Iliplensis episcopus.

Ego Monefonsus Egiditanus episcopus.

Ego Froaticus [Æ., Fodarius] Portucalensis episcopus.

Ego Gregorius Oretanus episcopus.

Ego Agricius Complutensis episcopus.

Ego Proculus Bigastrensis episcopus.

Ego Miro Conimbreensis episcopus.

Ego Crescitarus Biterrensis episcopus.

Ego Cecilius Dertosanus episcopus.

Ego Ella Segontiensis episcopus.

Ego Sonna Oxomensis episcopus.

Ego Sempronius Arcavicensis episcopus.

Ego Reparatus Vesensis episcopus.

Ego Cuniuldus Italicencis episcopus.

Ego Alaricus ^c Auriensis episcopus.

Ego Gundulfus Lamecensis episcopus.

Ego Felix Iriensis episcopus.

Ego Attila ^d Cauriensis episcopus.

Ego Bellitus Ossonovensis episcopus.

Ego Euphrasius Lucensis episcopus.

Ego Joannes Pacensis episcopus.

Ego Oppa Todensis episcopus.

Ego Asturius Setabitanus episcopus.

Ego Deodatus Segoviensis episcopus.

Ego Tructemundus Elborensis episcopus.

Ego Sisebado [Æ., T. 2, Sisebaldo] Teccitanus episcopus.

Ego Vincentius Magalonensis episcopus.

Ego Onegisis ^e Avilensis episcopus.

Ego Theoduphus Astigitanus episcopus.

Ego Gratianus Egabrensis episcopus.

Ego Sarmata Valentinus episcopus.

526 Ego Onemundus ^f Salamantinus episcopus.

Ego Brandila Laniobrensis episcopus.

Ego Florus Mentesannus episcopus.

Ego Olipa Segobricensis episcopus.

Ego Euredus Ilerdensis episcopus.

Ego Ara O'yssiponensis episcopus.

Abbes.

Absalius abbas.

Faustinus abbas.

Gerontius abbas.

Castorius abbas.

Gabriel abbas.

Sisebertus abbas.

Felix abbas [Æ., T. 2, archipresbyter].

Wisandus abbas [Æ., T. 2, archidiaconus].

Vincentius abbas [Æ., T. 2, primicerius].

^d Æ., T. 2, E. 4, T. 1, 2, Atala.

^e Æ., T. 2, Unigius. E. 4, Onisis.

^f Æ., Holemandus Salamanticensis.

Vicarii episcoporum.

Pacatus indignus abbas, agens vicem Suniesfredi Narbonensis sedis episcopi, hæc instituta synodalia ubi interfui subscripsi.

Spasandus archidiaconus agens vicem Cypriani Tarracouensis episcopi.

Laulus diaconus agens vicem Idalii Barcino-mensis episcopi.

Gisebertus diaconus agens vicem Ausemundi episcopi de Loteba.

Fredebadus abbas agens vicem Valderedi Cæsarangustani episcopi.

Veremundus abbas agens vicem Clari Elenensis episcopi.

Gratianus [Æ., T. 2, Gratianus] presbyter agens vicem Joannis Egarensis episcopi.

Siulius abbas agens vicem Stephani Carcassensis episcopi.

Audericus presbyter agens vicem Rogati Bea-tiensis episcopi.

Secorius [Æ. 4, Sedorius] abbas agens vicem Caudilani Emporitani episcopi.

Stabilius abbas agens vicem Jacobi Gerundensis episcopi.

Baroncellus diaconus agens vicem Antherii Tiras-sensis episcopi.

Calumniosus diaconus agens vicem Samuelis Ma-lacitani episcopi.

Cixila presbyter agens vicem Wisifredi Ausonensis episcopi.

Joannes abbas agens vicem Reginci Aucensis episcopi.

Felix abbas agens vicem Ergabadi Eliberitani episcopi.

Samuel presbyter agens vicem Felicis Dianensis episcopi.

527 Citrunius abbas agens vicem Euphrasii Ca-lagurritani episcopi.

Dexter diaconus agens vicem Priuni Agathensis episcopi.

Vincolamus diaconus agens vicem Attulanii Pam-pilonensis episcopi.

Audebertus abbas agens vicem Gudiseli Oscensis episcopi.

Leopardus abbas agens vicem Aurelii Asturicensis episcopi.

Habitus diaconus agens vicem Potentini Verecen-sis episcopi.

Tuentius presbyter agens vicem Riccilani Acci-tani episcopi.

Florentius presbyter agens vicem Leüberici Urge-litani episcopi.

Vincentius abbas agens vicem Gaudentii Vale-riensis episcopi.

^a Æ., T. 2, Argibadonii episcopi Eliberitani.

^b Æ., E. 4, T. 1, 2, Suniesredus.

^c Æ., T. 2, Wiliangus.

Viri illustres officii palatin.

Ostruisus comes hæc instituta ubi interfui annues subscrispi.

Wadamirus comes Scanciarum et dux similiter.

Reccaredus comes Scanciarum et dux similiter.

Argemirus comes Cubiculi et dux similiter.

Ecigica comes Scanciarum et dux similiter.

Isidorus comes Thesaurorum et dux similiter.

Sisebutus comes Scanciarum et dux similiter.

Valdericus comes civitatis Toletanæ similiter.

Vitulus comes Patrimonii similiter.

Cixila comes Notariorum similiter.

Sunisfredus ^b comes Scanciarum et dux similiter.

Gisclamundus comes Stabuli similiter.

Guiliangus ^c Spatarius et comes similiter.

Aldericus ^d Spatarius et comes similiter.

Adeliubus comes Scanciarum similiter.

Thoudila procer similiter.

Salamirus comes Scanciarum similiter.

Ataulfus comes Cubiculariorum similiter.

Nilacus Spatarius et comes similiter.

Severinus comes Spatariorum similiter.

Trasericus Spatarius et comes similiter.

Audemundus procer similiter.

Sisimirus Spatarius comes et dux similiter.

Trasimirus procer similiter.

Torrosarius ^e comes Spatarius similiter.

Recalvus procer similiter.

In nomine Domini Flavius Erviginus rex omnis privatis sive fiscalibus populis.

Magnum pietatis est præmium quo removentur gravedines pressurarum, quia illud semper ante Dei oculos perfectæ misererationis **528** sacrificium approbat, quo sit relevatio miserorum et ex hoc salvatio inducitur terræ per quod pressuræ subvenitur humanae. Judicium est quippe salutare in populis quando sic commissa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiscreta remissio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostræ gloriæ misericordiae beneficis condienda sunt, ut parcente nobis Deo ipsi quoque populis parcere videamur. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium delibare præoptans, in nomine divino omniibus populis regni nostri tam privatis quam etiam fiscalibus servis, viris seu etiam feminis sub tributali exactione in provinciam Galliæ vel Gallæcia atque in omnes provincias Hispaniæ consistentibus hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogamus, ut quidquid in præteritis annis de ratione tributi usque ad primum nostræ clementiæ annum thesauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum, qualiter usque ad prædictum primum nostræ gloriæ annum quidquid de ratione tributorum apud vos rejacet, sic totum donatum vobis a serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abincipia de præteritis annis exactionem publicam per-

^d Æ., T. 2, Audericus. E. 4, Aldericus.

^e Æ., E. 4, Torresarius.

tum sociis; ea tandem ratione servata, ut ea quæ in præteritis exacta sunt et fisco nostro illata non sunt ab his qui ea exegerunt in publico inferantur. Quod si distulerint et hoc confessim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinæ juxta quod nostra mansuetudo decreverit id ipsum thesauris publicis persolvent. Certe si quisquis ille dux ecomes, diuphades, numerarius, villicus aut quicunque curam publicam agens tributa exacto sibi commissso annis singulis plenaria numero non exegit aut exactia apud se retinuerit, et ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inscribet. Hoc tamem speciali et evidenti serenitatis nostra sententia definitus, ut nullus de supradictis comitibus, diuphades, vicariis, numerariis, seu quibuscumque curam publicam agentibus quascumque exactiones pro hoc negotio pietatis cuiilibet ex vobis, quibus et relaxatio mansuetudinis nostræ conceditur, quodcumque exigere præsumpsit, aut quispiam eorum vobis pro tali causa aliquid abstulerit aut ab aliis oblati sibi accepit, et pro his causis quibuslibet modis aliquid multilata præsumpsit, in quadruplum de quidquid accepit cui nostra clementia elegerit universa restituat. De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicunque supradictorum curam publicam agentium **529** vobis privatis vel fiscalibus populis abstulit vel accepit, fruges aridas et liquidas exinde in præteritis annis unusquisque exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet et terras ipsas vel vineas vobis de quorum jure ablatæ sunt restituere non differat. Sie enim dignum est ut quod hujus pietatis nostra sinceritate deponitur ita a cunctis sine cuiusquam exactonis stimulo peragatur. Datum sub die Kalendas Novembri anno feliciter quarto regni nostri Toleti.

Lex in confirmatione concilii edita.

In nonino Domini Flavius Ervigiusr rex. Eximia synodalis auctoritas et veneranda est pariter et tremenda, quæ in tantum per donum sancti Spiritus agitur ut ex diversitate multorum animorum et cordium unum eorū unamque animam fecisse monstretur, dum numerositas aggregata pontificum non per sententiam discrepat, non per stimulon diversa objectat, nec per judicium aliud unus quam universitas format. Et ideo reverendum mibi conventum synodalium concilii, in cuius medio præsentia sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans instanterque honorans, ea quæ illorum ore nostræque gloriæ bortatu digesta sunt in notitiam deducimus singulorum: illa dicimus synodalium concilii gesta, quæ anno quarto regni nostri in Toletana urbe noscuntur esse confecta, quarum institutionum evidentia sine cunctatione omnibus innotescat, hic ea prælegimus specialiter renotanda. Est igitur primus canon: De redditio testimonio dignitatis eorum quos profanatio infidelitatis eum Paulo traxit in societatem tyrannidis, quos celsitudine nostra tua cum filiis per hujus nostræ legis dictum

A et testimonio nobilitatis pristinæ uti et rebus quæ per auctoritatis nostræ vigorem perceperint decernimus revestiri. Item secundus est titulus: De accusatiis sacerdotibus, sed etiam optimatibus palatii atque gardingis, sub qua eos justitiæ cauila examinari conveniat, quos gloriæ nostræ mansuetudo juxta ipsius canonis instituta nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subjici censuit, sed omnes qui deinceps fuerint accusati juxta sanctionem prædicti capituli erunt procul dubio judicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut quidquid contra hanc regulam sententia nostræ vel prædicti canonis institutionem aut in personam cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatae personæ existenter judicatum, juxta prædicti canonis instituta nullo vi-
B gore subsistat quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata aut testimonii sui dignitatem amittat aut questu rei propriæ caret. Tertius quoque canon est: De tributorum principali relaxatione **530** in plebe, ubi nostræ gloriæ auctoritate simul et exhortatione sancitum est ut omne tribulum præteriorum annorum usque in annum primum regni nostri, quod in privatis sive in fiscalibus populis rejacet, absolutionis perpetuae debeat sanctione laxari: ea tantum præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta et non illata fuisse constiterit. Quartus post hæc sequitur canon: De munitione prolis quem promptio voluntatis admissu omnis conventus sacerdotum atque etiam seniorum condere præelegerunt. Quintus canon se-
C quitur: Ne defuncio principe relicta ejus conjugem quisquam sibi aut in conjugio aut in adulterio audeat copulare. Sextus deinde sequitur canon: Ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nullus de servitute quo-rumlibet aut libertis deinceps ad palatium officium transeat: quod si fecerint, præsentis legis nostræ edicto ad propriæ servitutis jugum modis omnibus reducendi sunt, qualiter aut dominis suis, si super-
D stites sunt aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex lege debetur, servituri tradantur. Post hunc septimus est canon: De his qui pro accidentia jurgorum altaria nudare præsumunt vel luminaria ecclesiæ subtrahunt. Octavus quoque canon sequitur: Ne admonente metropolitano quisquam ex constitutis ad locum ubi invitatur venire contemnat. Novus quoque canon subsequitur: De confirmatione concilii Toletani duodecimi quod factum est anno primo gloriæ nostræ. Decimus hec canon adjungitur, ubi speciali sententia definitur: Utrum audeant ministrare hi qui penitentiam in sacerdotio constituti accipiunt. Undecimus quoque canon habetur: Ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem. Duodecimus post hæc canon scribitur: De non excommunicandis a proprio episcopo personis illis quæ ad metropolitanum sumum negotia sua suggesturi accesserint. Ultimus et tertius decimus post hunc canon subsequitur: De relatione gratiarum quæ post per-
actionem concilii Deo et principi persolvuntur. Quæ omnia præmissa synodalia institutionum decreta a præsenti die vel tempore omni cura omniisque vigilan-

tia per eundem regni nostri provincias decernimus ob-servanda, qualiter et perspicuum auctoritatis validae fastigium subeant et perpetuo vigoris ordine solidata persistant. Quamobrem sacrae hujus legis oraculo omnibus generaliter religiosis atque etiam laicis sub regni nostri ditione manentibus interdicimus pa-riter et jubemus, ut praedicta synodalia gesta nullus contemnatur, nullus etiam praeterire aut convellere au-deat, nemo notus harum constitutionum jura resolvat, nemo incognitus nescientiae sua objectibus excusare coniicit; nam a prememorato superius die et tem-pore et auctoritatis debite vigore pollebunt 531 et institutionum suarum regulis cunctorum universi-tas adstringetur. Si quis autem bujus nostrae legis

A violator exstiterit ac non potius ea quae praemissa sunt custodierit, et diutinam ecclesiastice discipli-nae excommunicationem accipiat, et decimam partem rei sue fisci partibus sociandam emitat. Quod si ni-bil habuerit facultatis unde praedictam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sei quinqua-ginta 532 eum oportebit ictibus verberari. Itius igitur legis nostrae decretum, quod in confirmatione hujus sacri concilii noscitur promulgatum, gloriose manus nostrae exaratione subscripsimus et ad peren-nem memoriam valorem ei perpetuum insedamus. Edita lex in confirmatione concilii Toleti sub die Idus Novembriæ æra CCXXI anno quoque feliciter quarto regni gloriae nostræ in Dei nomine.

LIX

CONCILIUM TOLETANUM XIV.

DECEM ET SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO QUINTO ERVIGII PRINCIPIS.

I. De prememoratione aggregati concilii et relatione principaliis editi, quod jussum est synodum agituri.

Cum serenissimus et perspicuus princeps Ervigiusr glorirosus amator veræ fidei, imo amabilis filius Ecclesie Christi, promissionis sua non immemor, ob consutandum Apollinaris dogma pestiferum, de quo sibi a Romano presule fuerat nuntiatum, strenuo et invicto sua celitudinis jussu nos omnes præcipiteret aggregari in unum, hoc dedit speciale edictum, ut quia sicut oportebat pro tantæ rei negotio pertractando generale concilium fieri varia adversitatum incurso non sineret, saltem adunata per provincias concilia ferent; et siquidem hic primus a nobis in urbe regia synodus ageretur, deinde in singulis quibusque provinciis singulare haberetur concilium, quod quidquid hic actum per Tolitanam synodum reliqui primarum sedium praesules suorum vicariorum relati-bus comperrissent, id etiam in postmodum ipsi per discreta provinciarum suarum concilia observarent, sieque hæc nostri concilii gesta essent illis omnibus in toto communia, utpote ab ipsis edita atque ipsis eorum positis roborata quo utique per legatos suos confirmando decreverant, quo ex hoc unum et indi-visibile fieret cunctorum Hispanorum praesulum per totam Hispaniam vel Galliam synodale edictum, ex quo omnium metropolitanorum fuisse et assensibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis provinciæ praesules anno quo supra, sub die decimo octavo Kalendas Decembriæ in prememorata Ecclesia debitis ordinibus concedentes causæ hujus ordinem et totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ sedis fueramus iitteris invitati, sic patula et communi sumus voce exorsi.

II. De initio relationis quo concilium cœpit gestorum synodistarum et epistola Romani pontificis facere mem-brom.

Clara omnis notio populos Hispanias implet quod

* Dicit hoc concilium in A., AE., E. 3. Desumptum est ex B. R. cum variantibus ceterorum lectionibus

B decurrentis evoluti temporis serie per Romani praesulis bajulum gesta synodalia societati nostræ adiecta sunt, quibus Constantinopolim Constantino pio et religioso principe mediante magna et sublimi copia aggregata pontificum Apollinaris dogma comperimus fuisse destructum: cum quibus etiam gestis Leonis quoque antiquæ Romæ pontificis invitatoria epistolæ gratiæ consulta suscepimus, per quæ ominus ordo gestorum gestaque ordinum dilucide ut acta suæ nostris sensibus patuerunt. In cuius etiam gloriose b epistolæ tractu ad hoc omnes praesules 533 Hispanie invitati sunt, ut praedicta synodalia instituta quæ miserat nostri etiam vigoris manerent auctoritate sus-fulta, omnibusque per nos sub regno Hispaniæ con-sistentibus patescerent divulganda.

III. De adversitate dupli-qua non posuit generale concilium fieri.

C Et hæc siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est temporis infesti urgente pressura, quo non solum telles omnis hyemali stricta gelu glaciali ni-viem immensitatem duruerat, sed et tunc quando e vi-cino ex generali concilio nos absolutes jam esse constabat. Quo gemino obsidentis cause obice præpediū generaliter iterato tunc non quivimus aggregari, quos et vicina concilii absolutio propriis sedibus red-diderat imminutos et procellosi temporis adversitas non sinebat iterum adunari dispersos. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium praesulum societas nequivisset, sparsis D tamen sedibus atque locis praefatas gestorum regulas pertractandas suscepimus, susceptas perlegimus, ap-probantes in his de utrariumque Jesu Christi filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas et operatio prædicatorum, recti dogmatis sensum, hincul-panda disputationis edictum, apostolica traditionis stylum.

b E. 4. T. 1, 2, U., G., gratioso.

IV. De responsis partis nostræ.

Placuit proinde illo tunc tempore apologeticæ defensionis nostræ responsis satisfacientes Romano pontifici ea ipsa gesta firmare nostræque fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illuc de hac gemina voluntate et operatione Jesu Christi filii Dei copiose et dilucide insigniuntur quæ vera sunt, quæ jam usque Romanis partibus per legates Hispaniæ destinata sunt; nunc nobis id operis restat, ut juxta canonum speciale decretum, quo concilium generale pro fidei causis aggregari præcipitur, ultraque operum gesta et synodico dirimantur examine et discreta conciliorum fulciantur auctoritate, quo juxta edictum præmemorati principis gloriost adunato per singulas quasque provincias regni ejus conciliorum conventu, synodica iterum examinatione decocta vel communi omnium conciliorum judicio comprobata per singula Hispaniæ provinciarum concilia præmemorata synodi gesta, seu etiam eadem partis nostræ responsa omnium notionem attingant, salubri etiam divulgatione in agnitionem plebium transcant.

534 V. De iterata discussione præmemorati concilii.

Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in unum omnes Hispaniæ præsul's aggregari non quivimus, saltem specialiter discretis provinciis concilia celebremus, quo prædicta synodi gesta vel nostræ partis responsa et digno probitatis demum decoquuntur judicio et synodico laudabili illustrentur stylo. Adeo nos primum omnes Carthaginis provinciæ pontifices pari animorum judicio prædicta gesta cum antiquis conciliis conferentes, assistentibus quoque nobis vicariis reverendissimorum sublimumque primarum sediom episcoporum, id est, Tarragonensis provinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracarensis Juliani, Hispalensis Floresindi, iterato ea ipsa gesta probavimus decretis quidem illis synodalibus et præcipuis in omnibus consona et Nicæna quidem Constantinopolitanæ vel Ephesiæ fidei concordantia, Chalcedonensi vero tam unita, utpote ipsis verbis edita vel libata, quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius stylis præcurrentis materia.

VI. De præmemorati concilii honore collato.

Et ideo supradicti acta concilii in tantum a nobis veneranda sunt et recipienda constabunt, in quantum a præmissis conciliis non discidunt^a, imo in quantum cum illis concordare videntur. Nhabebunt ergo sui ordinis locum quæ sublimationis habent et meritum. Unde his conciliis ea ipsa subnectenda decernimus quoru[m] et auctoritate fulta probamus.

VII. De loco vel ordine quo jam dictum concilium collocari oporteat.

Post Chalcedonense igitur concilium hæc debito honore, loco et ordine collocanda sunt, ut cuius gloriose themata fulgent ei et loci et ordinis coaptentur honore.

^a E. 4., T. 1, 2, U., discodant.

A VIII. Allocutio ad totius compaginem Ecclesie de dubiis Christi naturis inseparabilibus et perfectis.

At nunc nos, quibus loqui ad cor Jerusalæn divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum festinantibus prædicamus, brevi admodum definitione collecta, ut in una Christi filii Dei persona duarum naturarum individuas proprietates agnoscant, sicut indivisas atque inseparabiles, ita inconfusas et inconvertibiles 535 permanere, unam deitatis, alteram hominis, unam qua ex Deo Patre est genitus, alteram qua ex Maria virgine generatur. Utraque ergo ei generatio plena, ultraque perfecta, nihil minus ex deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens, non naturarum geminatione divisus, non B persona geminatus, sed plenus Deus plenusque homo absque omni peccato in singularitate personæ unus est Christus. Unus igitur in ultraque natura consistens et divinitatis signis effulgat et humanitatis passionibus subjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex Matre est genitus, cum tamen aliter de Patre, alter de Matre sit natus: ipse tamen in utroque naturarum genere non divisus sed unus idemque et Dei et hominis filius, ipse vivit moriens, ipse moritur vivens, ipse impassibilis patiens, ipse passioni non subjaceens, nec deitate succumbens nec humanitate passioni se subtrahens, habens ex deitatis natura non posse mori, habens ex humanitatis substantia et no[n] le et posse mori, ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resolvitur, habens in æterna divinitatis voluntate quod susceptum hominem sumcret, habens in suscepti hominis voluntate ut humana voluntas Deo subdita esset. Unde et ipse dicit ad Patrem: *Pater, non mea voluntas sed tua fiat*; alteram videlicet ostendens voluntatem divinitatis qua susceptus est homo, alteram hominis qua obediendum est Deo.

IX. De duarum naturarum Christi voluntatibus et operibus.

Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandas sunt voluntatum et operum.

X. De hæreticorum contentionibus evitandis: et ut non discutiatur quæ summa sunt, sed credantur.

Scientes igitur hanc solam esse fidei confessionem D quæ vincat iuernum, quæ exsuperet tartarum, de hac enim fide a Domino dictum est: *Portæ inferni non prævalebunt adversus eam*; ideo omnibus dicimus, omnibus in clamamus, ut caveamus hæreticorum miscipulas, effugiamus dogmatis cancerosi venena, verbis illis quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur non nobis inanum quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt divina discutienda sunt, sed credenda: non enim se Deus discutere jubet sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris sed indubitatis conciliorum præscorum dogmatibus jam præmissis. Si quis igitur

Jesu Christo Dei Filio ex utero Mariæ virginis nato A aliquid 536 aut divinitatis imminuit, aut de suscepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati, et non eum verum Deum hominemque perfectum in una persona subsistentem sincerissime credit, anathema sit.

XI. *De communi omnium iudicio quo responsa partis nostra firmata sunt.*

Illa igitur apologetica defensionis nostræ responsa, quæ ob istorum confirmationem sunt edita pro multorum instructione et utilitate ecclesiastice disciplinæ, simili honoris et reverentiae vigore firmamus atque ad vicem decretalium epistolarum ea permanenda sancimus.

XII. *De relatione gratiarum ad Deum pro peracto concilio.*

Dantes in his gloriam soli Deo omnipotenti vivæ et vero, in Trinitate regnanti, Patri et Filio et Spiritu sancto, cuius dono mutuis præsentia representati aspectibus et fraternis visibus hilares et votorum spiritualium effectibus sumus opulentius efficaces, cuius gloriæ immensitatem exposcimus, ut glorioso principi nostro Ervigio regi, sub cuius pace pax servatur Ecclesiæ, florentis regni diuturnitate temporis spatia præbeat, quo post hæc præsentia ad regnum futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat, præstante Deo nostro cuius regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

Peractum concilium die dominico sub die XII Kalendas Decembri anno quo supra.

Pontifices.

Julianus urbis regiae metropolitanus episcopus.
Leander Illicitanæ sedis episcopus.
Palmatus Urcitanæ sedis episcopus.
Ricilia Accitana sedis episcopus.
Gaudentius Valeriensis sedis episcopus.
Rogatus Beatiensis sedis episcopus.
Deodatus Segobiensis sedis episcopus.
Antonianus Bastitanæ sedis episcopus.
Sempronius Arcavicensis sedis episcopus.

• E. 4, T. 1, 2, U., G., Argebadus.

Ella Segontiensis sedis episcopus.

Gregorius Oretanæ sedis episcopus.

Agricius Complutensis sedis episcopus.

Proculus Bigastrensis sedis episcopus.

Florus Mentesanæ sedis episcopus.

Sonna Ojomensis sedis episcopus.

Marcianus Dianiensis sedis episcopus.

Olipa Segobricensis sedis episcopus.

Abbes.

Asfalius Dei nutu abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Felix archipresbyter similiter.

Gerontius abbas similiter.

Gabriel abbas similiter.

537 Castorius abbas similiter.

Sisebertus abbas similiter.

Vicarii episcoporum.

Vitalianus presbyter, agens vicem domini mei Cypriani episcopi Ecclesiæ Tarragonensis, hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Argebadus abbas, agens vicem domini mei Cypriani episcopi Ecclesiæ Tarragonensis, similiter.

Joannes abbas, agens vicem domini mei Sunifredi episcopi Narbonensis Ecclesiæ, similiter.

Waldemarus diaconus, vicem agens domini mei Sunifredi episcopi Narbonensis Ecclesiæ, similiter.

538 Maximus abbas, agens vicem domini mei Stephani episcopi Emeritensis Ecclesiæ, similiter.

Boniba abbas, agens vicem domini mei Stephani episcopi Emeritensis Ecclesiæ, similiter.

C Reccesindus abbas, agens vicem domini mei Iuvani episcopi Bracarensis Ecclesiæ, similiter.

Gaudentius abbas, agens vicem domini mei Florisindii episcopi Hispalensis Ecclesiæ, similiter.

Gravidius diaconus, agens vicem domini mei Concordii episcopi Palentiae Ecclesiæ, similiter.

Joannes diaconus, cognomento Inviolatus, agens vicem domini mei Sarmatani episcopi Valentiae Ecclesiæ, similiter.

LX

CONCILIUM TOLETANUM XV

SEXAGINTA UNIUS EPISCOPORUM, HABITUM ANNO PRIMO SERENISSIMI ET ORTHODOXI EGICANIS PRINCIPIS, SUB DIE V IDUUM MAIARUM, AERA DCCXXVI.

Apud urbem Toletanam, in ecclesia prætoriensi sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omnes Hispanie Gallieque pontifices aggregati, dum cunctis residentibus in aspectu singulorum sese in alterutrum charitas diffusa monstraret alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reditta sonisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps placida devotionis arce sublimis et cernua culminis reclinatione laudabilis, quique in medio pontificum positus humoque prostratus sacerdotum Dei se commendat orationibus;

deinde [E. 4, T. 1, 2, deinde] surgens et sufficienti exhortatione [E. 4, exortatione] concilium alloquens innixa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit relegendi: Ecce, inquiens, beatissimi Patres, omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinuit, hic brevi stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione conjecti; his quæso attendite, his pertractate, his deliberationis ferte inconsulsilient sanctionem. Tunc nos oblatum a rege

tomum suscepimus, et dantes gloriam Deo eidem principi benediximus, quo descendente haec in jam dicti tomī complicatione reperimus.

539. *In nomine Domini Flavius Egica rex reverentissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus.*

Ecce, sublimissimi Patres et cœlesti jure honordi mihi pontifices, speciosum vestri ordinis aliens cœtum illa plus effror potentia gaudiorum, quo in vestri medio positum non ambigo Dominum Jesum Christum, ejus quippe sermonibus fidei accommodans quibus ait: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ubi ero in medio eorum,* tanta spei hujus fiducia feror, ut quidquid vestra fuerit sententia cautum non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis mei pandere sinum ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex causis mœsti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri et socii regale sortientes fastigium gemino me sentio juramenti rete implicitum, ita ut si unum ex his observantia cauta la conservem, ex alio nihilominous in perjurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus sacer [B. R., E. 4, T. 1, 2, præcessor] noster Ervigius princeps inter cœtera, quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento adstrinxit cum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio illorum suorum ita me ipsum C opponendo sollicitus essem, qualiter eorum causæ ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuslibet causis imperasset in omnibus jussa ejus implerem. Haec inquam jam dicto principi sub juramento cautione promittens aliud e contra me tempore mortis suæ impegit, aliudque agere impulit: scilicet ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista et specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem et sibi contrariam seriem, et illarum quas ob protectionem illorum suorum mihi exegit, et istarum quas ob præelectionem regni mihi exigendas instituit, paternitatis vestræ pertractandam consubtilibus destinavi, petens ut et benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream et sanctionis vestræ regulis viam qua discretio calle perjurii gradias informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam si aut jam dicti principis contra justitiam defendendo protem non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem populorum zelans negotia, erga filios ejus promissionis meæ non implvero vota. Additur super hoc ut fertur pressurorum ejus in plerosque 540 acerbitas, quos indebet rebus et honore privavit, quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis judiciis pressit; pro quibus omnibus haec ait huc insuper vox in queri-

A moniam venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit et ex hoc cunctis quasi adiutum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurorum vocibus tabido anxietate strepitu occupatus, cupiens pericitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo vestris haec tractanda sensibus vestrisque judiciis dirimenda committo. Nam et cæteras causarum voces reliquasque jurgantium actiones, quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto judiciis consopiri, contestans generaliter omnes et vos eacrosanctos cœlesti juro pontifices et vos regalis aule viros nobiles et illustres per ineffabile illud sanctæ Trinitatis et individuum sacramentum, et per Domini nostri Jesu Christi sanguinem pretiūsum ac diem futuri judicij pertremendum, ut in his omnibus commeinoratis negotiorum capitulis, repula omni acceptione munieris vel favoris, fideli conscientiæ oculo iudicatis, quo in elucubrandis v cib s et negotiis universis ta operam detis, ne a iustitia tramite u lo modo decedatis, ut dum inflexibili æquitatis culmine judicia vestra sese in conspectu Domini p acitura direxerint, et mihi de admonitione lucrum et vobis pro temulacione justorum judiciorum proveniat gaudium expatum. Datum sub die v Iduum Maiorum.

B Agnita igitur hujus tomī serie vel perfecta primū nobis illud ordine consequenti occurrit, q[uo]d primatias nostri spiritus Domino consecrantes collationis nostræ primordia a sancta fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur et definitam a Patribus fidem pia confessione satentes, sicut eam Nicæna syndodus sanxit, sicut Constantinopolitana Patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus Cyrillo præidente traditio protulit, atque etiam Chalcedonense concilium declaravit, sic etiam eam tenenda omnibus prædicamus sicut et pertraditum a Patribus symbolum profitemur ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terra, visibilium omnium et invisiibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantia, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine 541 homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum Dominum et virificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: constituerum unum baptisma in remissionem peccatorum: exspectamus

resurrectionem mortuorum, vitam futuri acculi. Amen.

Post hujus igitur p̄te confessionis prolatam devo-tis vocibus regulam ad illa nos illico convertimus contenda capitulo, pro quibus muniendis ante hoc bienatum beatæ memorie Romanus papa Benedictus nos litterarum suarum significatione monuerat, quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostre verbo renotanda injunxit, ad quod illi jam eodem anno sufficienter congrueque responsum est; nos tamen nunc eamdem renotationem hominis nostri studiosius relegentes invenimus quod in libro illo responsionis fidei nostræ, quem per Petrum regionarium Romanæ Ecclesiæ miseramus, id primum capitulum jam dicto papæ incaute visum fuissest a nobis positum, ubi nos secundum divinam essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem sicut et sapientia sapientiam. Quod vir ille incuriosa lectionis excursione præteriens existimavit hæc ipsa nomina, id est voluntatem et sapientiam non secundum essentiam, sed aut secundum relativum aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse: et ideo in ipsa renotatione sua ita nos admonere visus est dicens: Naturali ordine cognoscimus quia verbum ex mente originem dicit, sicut ratio et voluntas: et converti non possunt ut dicatur, quia sicut verbum et voluntas de mente procedit, ita et mens de verbo aut voluntate. Et ex ista comparatione visum est Romano pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici: nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis neque secundum relativum, sed secundum essentiam diximus: Voluntas ex voluntate sicut et sapientia ex sapientia. Hoc enim est Deo esse quod velle, hoc velle quod sapere, quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est homini id quod est sine velle, et aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non ita est, quia simplex ibi natura est, et ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laboravit proposita quæstione. Quod etiam in jam dicio responsionis et fidei nostræ opusculo sollicite legentibus et intelligentibus claret, ubi et apposita illic beati Athanasii sententia id ipsum nos debere 542 sentire pronuntiat dicens: *Hanc deo religiose opinionis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam.* Si ergo secundum quod hic doctor dicit, id debemus senire ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam, hoc ergo est ejus voluntas quod et natura, hoc natura quod substantia vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est essentia de essentia, sicut natura de natura et substantia de substantia, et tamen nec duæ essentia, nec duæ naturæ, nec duæ substantiae possunt dici, sed una essentia, natura atque substantia, sicut et lumen de lumine, non duo lumina sed unum lumen, sicut et essentia de essentia, non duo essentiae sed una es-

A sentia, sicut natura de natura, non duæ naturæ sed una natura, sic et voluntas de voluntate, non duæ voluntates sed una voluntas; quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius Athanasio doctore firmatum est. Ac proinde quidquid de Deo secundum essentiam dicitur communiter in singulis personis convenire videtur, sicut sapienti et fortitudo vel cætera, quia et Pater sapientia et Filius sapientia potest dici; fortitudo quoque et Pater potest et Filius appellari: quod secundum illam comparationem humanæ mentis nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in persona Patris ponatur, verbum jam quasi ex mente prodiens Filius intelligitur, et voluntas procedens ex mente et verbo Spiritus sanctus significatur, nec tamen re-B currit ut possit dici, ut aut mens quæ in significacione Patris est posita Filio vel Spiritui sancto convenient, aut verbum quod solum Filius intelligitur Patri vel Spiritui sancto comparetur, aut voluntas quæ in persona Spiritus sancti accipitur aut Patris aut Filii personæ convenient dicatur; sed sic singula singulis secundum comparationem humanæ mentis convenient, ut unumquodque quod ex his unus dicatur, alius penitus non dicatur, sicut et relativo vocabulo Pater nominatus non est ipse qui Filius, vel Filius cum dicitur non est ipse qui Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus ipse est qui Pater vel Filius. Ac per hoc illa nomina quæ comparative ex nomine assumuntur ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquomodo ad contundendum illud divinæ Trinitatis ineffabile sacramentum humana infirmitas excitetur. Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici vel sentiri absurdissimum est: ac proinde longe aliud est regula qua de Deo aliquid secundum essentiam dicitur, aliud cum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronuntiatur. Nos proinde consentientes et sequentes doctoris egregii Augustini sententiam diximus secundum divinæ Trinitatis essentiam: Voluntas de voluntate 543, sicut et ipse in quinto decimo libro Trinitatis Dei pronuntiat ita dicens: Melius quantum existimo dicitur consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Hic jam quisquis est sapiens manifeste intelligit non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu secessisse, quia quod a nobis est secundum essentiam dictum illi secundum comparationem humanæ mentis positum pataverunt.

De tribus substantiis in Christo manentibus dominum Julianus assertio manifesta.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transientes, quod idem papa incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei Filio profiteri, sicut nos non pudebit quæ sunt vera defendere, hinc forsitan [E. 4, T. 1, 2, ita forsitan] quosdam pudebit quæ vera sunt ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substanciali, animæ scilicet et corporis? De quibus

Apostolus specialiter loquitur dicens : *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Sicut et ille siens Deum clamabat in psalmo : *Sicut te, inquit, anima mea, quam multipliciter et caro mea.* Nec non et alia multa quæ hominem duabus substantiis constare pronuntiant. Contra quam regulam invenimus item in Scripturis aut carne plerumque sola nominata totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnoscere. Quapropter natura divina humanæ sociata naturæ possunt et tres propriæ et duæ tropice appellari substantiæ. Sed aliud est cum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cum a parte totus intelligitur : est enim quidam modus locutionis qui frequenter in Scripturis divinis positus invenitur, quo significatur a parte totum : hic etiam tropus apud grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim in libro Genesis secundum istam tropicam locutionem significantem a parte totum : *Factus est homo in animam viventem*, cum homo non solum ex anima sed et carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omissa substantia animæ sola carnis substantia nominatur, sicut in psalmo scribitur : *Ad te omnis caro veniet*, cum omnis homo non solum ex carne sed et anima constet, et tamen sola carne nominata totus homo intelligitur, sicut et sola anima nominata totus homo accipitur. Nam et in Exodo volens similiter Scriptura homines a parte totum intelligi sic dicit : *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægypto*, cum ipsæ septuaginta **544** animæ non sine suis corporibus illuc ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit qui dixit : *Et in carne mea vidi Deum*, cum non sine animabus suis resurgenda sint corpora. Ecce per consuetudinem Scripturæ sacræ probavimus et proprie hominem ipsis quibus constat substantiis appellari, et tropice a parte totum hominem posse intelligi. Si quereras culpam, nec ille errasse dicendus est qui totum hominem carne et anima nominata expressit; quia utrumque inculpabiliter dici Scriptura divina convincit. Et tamen cum jam probatum teneamus nec illam nec istam partem esse culpandam, querendum est, quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum facilior atque etiam repulsa omni obscuritate lucidior, utrum ea quæ solam carnem nominans et animam tacite ibi vult intelligi, an ea quæ animam et carnem exprimens totum dicit? Quod ut manifestius innotescat, quedam exempla ponenda sunt. Ecce iuxta superiorem tropicæ locutionis modum, quod synecdoche dicitur, quo aut pars a toto aut a toto pars intelligitur, scriptum invenimus de flagellatione Ægypti in psalmis : *Immisit in eis muscam caninam*: nec non et illud : *Dixit et venit locusta et bruchus*: volens Scriptura isto genere locutionis non singularitatem sed pluralitatem muscarum et locustarum intelligi: non enim una musca vel locusta, sed multitudine muscarum et locustarum repleverunt Ægyptum. At nunc si aliquis nostrorum modo dicat, Misit Deus in

A Ægypto muscas, locustas et bruchos, pluralem numerum proferens quod et utique verum est, nunquid in parte ista quæ pluralitatem constitutur potest calumnia cadere, ut dicatur non esse verum quod utique verum est de multitidine locustarum quæ repleverunt Ægyptum? Tale quippe et illud est ubi populus ad Moysem clamavit dicens : *Ora ad Dominum ut auferat a nobis serpentes*, cum non unius serpentis sed multorum serpentium molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more et Apostolus loquitur in loco illo ubi ait : *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*: ac si diceret *omnis homo*, a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo et de Domino nostro Jesu Christo cum scriptum sit de illo in Evangelio : *Verbum caro factum est*, et **B** *habitavit in nobis*, caro sola est nominata ut illic tacite intelligeretur et anima secundum supradictum locutionis modum quo homo a parte totus accipitur: quæ locutionis regula plerumque et Patribus est servata. Sic enim ex hoc beatus Cyrilus in libro qui vocatur Scholia dicit : *Quomodo igitur Verbum caro sit factum videre necesse est: primum quidem divina* **545** *Scriptura carnem plerumque nominat et quasi ex parte animalis totius significationem facit, neenon etiam a sola anima interdum tantumdem agit: scriptum est enim quod videbit omnis caro salutare Dei.* Et ipse divinus Paulus : *Non consensi, inquit, carni et sanguini.* Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses : *In s. p. uaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum*; sed non idcirco dixeris quod nudæ et sine carne animæ in Ægypto descenderunt, nec porro quod in animabus, corporibus et solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quoies igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligamus ex anima et corpore factum : et cetera. Item sanctus Augustinus in libro Quæstionum contra Apollinaristas sic dicit : *Si ubicunque caro fuerit nominata et anima tacita, sic intelligendum est ut anima ibi non esse creditur, nec illi habebant animam de quibus dictum est: Et videbit omnis caro salutare Dei*: et illud in psalmo : *Exaudi preces, ad te omnis caro veniet*: et illud in Evangelio : *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei non pereat, sed habeat vitam æternam.* Unde intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari, ut secundum hanc locutionem etiam illud possit intelligi ut quod dictum est : *Verbum caro factum est*, nihil dictum sit, nisi Verbum homo factum est : sicut enim a parte totum plerumque nominata sola anima homo intelligitur sicut est illud : *Tot animæ descenderunt in Ægyptum*, sic rursus a parte totum etiam nominata sola carne homo intelligitur. Item ipse in libro Enchiridion dicit : *Verbum caro factum est*, a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitatem mutata. Carnem quippe hic hominem debemus accipere, a parte totum significante locutione, sicut dictum est : *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, id est *omnis homo*. Quapropter hæc est Patrum plena ex Scripturarum more libata seu

tentia, ut cum a parte totum unaquælibet hominis assumpti in Christo substantia nominatur, illuc statim et altera intelligatur. Nam etsi una secundum hunc tropum facetur et alia dicitur, duæ tamen nihilominus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, cum audiat totum hominem a parte posse intelligi, non delere tres in Christo substantias profiteri cum isto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diversitatis est sive tropice una sive proprie gemina hominis nominata substantia, cum utraque locutio hominem a Deo assumptum non nisi in duabus substantiis nos intelligere et considerari permittat: ac per hoc tres in Christo substantias profiteri ille non dubitabit qui hanc rationem plena cognitione didicerit. Cæterum ubi non tropice sed proprie hi Patres hominem totum **546** a Christo susceptum esse fatentur, sic in suis tractatibus posuerunt. Beatus enim **Cyrillus** in superiori libro qui vocatur **Scholia** sic dicit, ubi veritatem trium substantiarum Christi figura veteris testimonii aperte convincit: sic enim ait, quod ad unum Verbo Deo verae humanitati inconfusa tamen substantiae permanserunt. Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, et in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad divinum Moysem: *Et facies arcam testimonii ex lignis imputribus, duorum cubitorum et dimidii longitudinem, et cubiti et dimidii altitudinem: et inaurabis eam auro puro; extra et intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti, imputribilis enim cedrus: aurum vero quasi materies aliis pretiosior divinæ nobis indicat substantiæ majestatem. Attendo igitur cum arca tota inaurata sit auro puro extra et intra, adunatum quidem fuerat sanctæ carni Deus Verbum, et id est ut opinor arcam fuisse extra inauratam: quod vero et animam rationabilem quæ corpori inerat propriam fecerit ex hoc apparet quod et intra arcam præcepit inaurari. Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusa manserunt hinc scimus: aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat, et ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desit. Item sanctus Augustinus in libro **Trinitatis** Dei id ipsum exprimens dicit: Sic Deo conjungi potuit humana natura ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc jam ex tribus, Deo, anima et carne. Hæc igitur sanctis Patribus nos docentibus et utrumque locutionis regulam nobis insintuantibus, videant jam tandem et sentiant qui sine favore partium judicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa, utrumne illa quæ in Christo Dei Filio unam Verbi, alteram hominis a parte totum substantiam profiteretur, an ista quæ proprie totum hominem in duabus substantiis Verbo Dei adunatum fuisse fatur. In illa enim parte quæ a parte totum hominem intelligi volet potest hereticorum dolus latere, ut unamquamlibet ex his substantiam nominans aliam supprimat, siveque quod ore non profiteatur nec corde

A confiteatur, siue Apollinaris qui negat Dominum Iesum humanam animam habuisse, vel Manichæus negans in Christo assumpti corporis veritatem. In hac vero nostra professione ubi præmissa verbi substantia specialiter duas hominis in una Christi persona substantias profitemur, nullus potest accidere vel suspiciari fraudulentæ dolus, quando evidenter in Deo assumptus prædicetur homo totus. Tunc ergo pars est quæ totum dicit quæ aliquid supprimit, et plus claret quod proprie dicitur quam quod arcta tropice locutione **547** formatur ^a. Sed forte nos soli hoc dicimus quod majorum sententia non probamus; iudicem jam ergo Augustinum si complacet advoceamus, et quain partem contra hereticos munitionem esse pronuntiet audianus. Sic enim in tractatu **Symboli** B dicit: Temporali dispensationi dominicae multis modis insidentur heretici: sed quisquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credit a Verbo Dei esse susceptum, id est corpus, animam et spiritum, satis contra illos munitus est. Ecce spiritualis spiritaliter utraque considerans judicium protulit, sententiam fixit, munitionem et tutorem partem illam esse pronuntians, quæ contra hereticos totum hominem a Verbo Dei susceptum in duabus substantiis carnis animæque defensorit. Sed forte aliquis dicat jam hic tria quædam hominis nominata, id est corpus, animam et spiritum: tria quidem dicuntur sed duo sunt, sicut ab eodem doctore in prædicto **Symboli** tractatu convincitur. Tria sunt, ait, quibus homo consistat, spiritus, anima et corpus, quæ rursus duo dicuntur, quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur: pars enim quædam ejusdem rationalis qua carent bestiæ spiritus dicitur. Quod etiam in epistola ad Petrum dilucide manifestatione exsequitur, quod spiritus et anima utrumque sint unum et unius esse substantiæ sentiantur. Dicit enim duo quædam esse animam et spiritum, secundum id quod scriptum est: *Absolvisti ab spiritu meo animam meam;* et utrumque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus, anima et corpus, sed aliquando duo ista simul nomine animæ nuncupari, quale est illud: *Et factus est homo in animam vivam;* ibi quippe et spiritus intelligitur: itemque aliquando utrumque nomine spiritus dici, sicuti est: *Et inclinato capite tradidit spiritum:* ubi et anima necessitate est intelligatur, et utrumque unum et unius esse substantiæ. Ac per hoc non anima et spiritus sed animam et corpus duæ speciales hominis substantiæ sunt, quæ et diversæ dicuntur. Nos proinde in jam dicto fidei nostræ opusculo Apollinaris: istarum heresi respondentes tres in Christo substantias dirimus, quod et maiores nostros docuisse monstramus, honorantes videlicet et sequentes sententiam doctoris egregii Hispalensis sedis episcopi, quam in libris suis de **Differentia naturæ Christi** vel nostra disserunt, ubi ait: *Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis videlicet atque animæ;* ille ex tribus, Verbi, corporis atque animæ: inde est quod perfectus homo, perfectus prædicator et Deus. Hæc igitur præparava

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, firmatur.

de Patribus exempla libavimus ut in-brevi ea quæ competunt monstraremus : exterum qui bæc adhuc intensius legendo quæsierit, plurima colligere poterit. Jam **548** vero si impudentera quis fronde nec his Patribus cedat, et unde ista libaverint insolens scrutator exquirat, evangelicis saltem vocibus credit, quibus has tres substantias sibi inesse Christus ipse pronuntiat. Interrogatus enim a Iudeis : *Tu quis es?* respondit : *Principium qui et loquor vobis.* Ecce habes unam substantiam deitatis, et restant duas substantias hominis. Ut enim veram carnem hominis se suscepisse monstraret, palpandum se discipulis præbuit dicens : *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere :* ecce expressa est substantia carnis humanæ. Item ut animæ humanæ substantiam se suscepisse monstraret, dixit : *Potestalem habeo ponendi animam meam, et potestatem iterum sumendi eam.* Ecce trea in una Christi persona substantias inconfuse et inseparabiliter adunatas, deitatis videlicet atque humanitatis, evangelicis oraculis approbantes omnes uno ore fatemur et præfixa sententia prædicamus, confientes videlicet secundum Chalcedonense concilium eundem Dominum nostrum Jesum Christum perfectum in divinitate, perfectum eudem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eudem ex anima rationali et corpore, secundum divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem eudem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, in novissimis vero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter cognoscendum : in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas, magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una coeunte persona unoquo statu concurrente : non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eundemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum. Jam vero si quia contra hæc ulterius non instruendum sed contrarium se huic redditio rationi præbuerit, damnationem præfati concilii sustinebit.

Tertium sane quartumque capitulum contuentes non solum sen-a sed ipsa pene verba ex libris beatorum Ambrosii atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus, quos quia celebres in toto orbe doctores færia ecclesiistarum Dei vota percenseant, non illis est succensendum sed potius succumbendum, quia omne quod contra illos sapitur a rectæ fidei regula abhorre sentitur. Ac sane quatuor specialitates capitulo- rum quæ ut a nobis solida efficerentur horiati **549** sunt, quid a quo fuerit doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostræ libro catholicorum degmate Patrum, ante hoc biennium parti illi porrexiimus dignoscendum. Jam vero si post hæc et ab ipsis dogmatibus Patrum quibus hæc prolata sunt in quocon-

A que dissentiant, non jam eum illis est amplius contendendum; sed majorum directo calle inhaerentes vestigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiam si ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.

Illi itaque super sanctæ fidei professionem explicitis ad contuendam illarum seriem conditionum nos veritus, quarum nexibus se illigatum prædictus princeps fuerat protestatus. Etenim tempore quo diu memoria Ervigiis princeps hunc præsentem dominum nostrum Egicanem regem ad copulam filie suæ substituit, his eum primum ligainib[us] implicavit. Clara igitur pronuntiantes voce, earumdem conditionum nobis textu præcognito invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenti innixa, ut

B difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera, etiam si osset a regni curis et sollicitudinibus aliena : quarum textirii evidens ligatura inter cætera connexionum capitula his verbis habebatur expressa. Circa cognatos meos filios vestros quos de glorijsa conjugi vestra domina mea Liuvigotona regina progenitos habere videmini, tam charum me amicum in sincera mentis dilectione sine fraudulenta calliditate exhibere et esse polliceor, et ita cum eis in affectu dulcedinis et charitatis omnibus diebus vita meæ vivere spondeo, ut nec ipsos nec partem eorum pro quibuslibet capitulis aut ordinibus vel occasionibus quoquolibet tempore inquietare aut stimulare debeam, nec ullum dolorem nullamque malitiam in corde vel animo meo contra eos amodo et deinceps quandoque retinebo aut excogitabo, neque aliquam occasionem aut argumentum enutriebo [pro enutriam], per quod aut præfata ancilla vestra sponsa mea sive jam nominati illi vestri, qui de toties dicta clementissima conjugi vestra domina mea Liuvigotona regina progeniti sunt aut in maximum aut in modicum conturbentur vel stimulentur, exceptio propter justissimas causas unde legalis mihi veritas patuerit, quas ut cum charitatis affectu ad eosdem cognatos meos querere debeam mihi licentiam reservo. Et tamen de promptissima dilectione et charitate eorum nunquam-recedebo [pro recedam] : nam et pro causis eorum quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint aut si quicunque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usquequo advixerit in eorumdem filiorum vestrorum adjutorio cum omni mentis

D **550** meæ intentione, in quantum valuero et Deus mihi dederit posse, exsurgeo et intendebo [pro exsurgam et intendam], veluti si pro causa propria mea, ut nec illi damnum aut perditionem quamcumque sustineant, et negotia eorum cum Dei auxilio me intende, agente et prosequente celere ad effectum perveniant : et cætera. Perfectis igitur his conditionibus, quæ diu memoria Ervigiis princeps præsenti principi nostro ob suorum tantum filiorum viadicationem extorserat, aliæ iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandæ objiciunt, ad quas præfatus princeps Egica in regnum adscitus juramento- rum suorum vota Deo reddidit, cum se justitiam

populis redditurum promisit ac ne quemquam contra justitiam haberet jurandis attestacione devovit. Prima igitur conditionum illarum series ^a pertractata multum his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis causaturus exsurgens decertantibus contra eos dabit justitiae palam, si ipse contra eos sententiam suam defendat, aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? Quis exspectabatur judicij terminatio? aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum sicut est pollicitus contra justitiam gravet, si in tantum cognatis protectionis adminicula prestat, quandiu negotia eorum se prosequente ad effectum videantur pertingere? Sic enim, sicut jam superius dictum, jurasse se prefatum principem constat ut negotia eorum se intendente et prosequente ad effectum perveniant. Illigatum itaque principem utriusque partis vinculis conuentes perpendimus quia ultraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit, quanquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est, quia uno eodemque compulsionis auctore utrumque consecutum est. Quapropter perpendis utrunque conditionum al'egationibus atque communis omnium collatione tractatis invenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic princeps noster socero jurasse dignoscitur, sola illic proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus honesti juris vita pollicita: illic ante regnum unius tuende domus fides exacta; hic post regnum inoffensa regendarum plebium vota pollicita: illic privatus amor ob defensionem filiorum protenditor; hic generalis patriæ et gentis affectio pollicetur: juratio illa offensis forsitan plurimis uni tantum domui portabit effectum; haec vero generale æquitatis servans in singulis compromissum nulli parti dabit veritatem excidium. Quid igitur ex utroque iusto disputationis fine conficitur? nunquid paucorum **551** salus erit extincio plurimorum? aut nunquid tantum valere debet private rei commodum quam generalis relatio populorum? Absit. Quia ergo in illa juratione acceptio privatrum cogitata est personarum, in hac autem generalis proteccio plebium, quæ ex his duabus sit potius observanda, divina nobis pandoit sententia. Scriptum est enim in Proverbis Salomonis: *Cognoscere personam in iudicio non est bonum: Christus quoque in Evangelio: Nolite judicare secundum faciem, sed justum iudicium iudicate*: Paulo praesertim apostolo pro his specialiter praestrumento: *Ut non queramus quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi sunt*. Jam ergo in promptu est quid ex his duabus salubri pietate preponderet; et ideo intemperata plus erunt quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quam illa quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa quæ pridem pro cognatis jurata sunt penitus destruantur, sed potius ut unus idemque affectus popu-

Alis cognatisque servetur, unum quid ex duobus unitatis gratiam redolens neutrum dividat, sed componat. Non enim possunt utraque se juncta æqua observantiaz lance servari, quia si promissa cognatis fides servetur, populis quæ promissa sunt deperibunt: et iterum si data in populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis procul dubio promissa beneficia negabuntur: nec unius partis præstatio sine alterius partis potest esse dispendio. Quid ergo? nunquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt, quia singula invicem sine culpa agi non possunt? Absit. Transfundendum ergo est unum in alterum et ad unam regulam redigendum, ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, et affectus protectionis, qui privatim socero promissus est et cognatis, transfusus generaliter servetur in populis; non quo aut binc aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed quo juncta atque in alterutruin transfusa commune defensionis sentiat lucrum. Dicimus ergo per spiritum Dei et præfixam sententiam ponimus, eo in nobis loquente qui se in suo nomine aggregatis medium adesse promisit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus socero ante juravit, principem nostrum Egicanem regem sancta synodus absolvendum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigit, aut populos in cognatorum justam defensionem assumat, ut quasi unius patris germinisque filios utrumque uno devocans in affectu nec in cognatorum justis negotiis favorein populorum obtendat, nec rurus in populorum questibus cognatis favere pertinet; ut tam in populorum quam in cognatorum negotiis una eademque illis fides servanda sit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos quam populos, quo indepiutum **552** cœlitus regnum directo æquitatis gradiens calle nec profanationis in utrumque subeat notam, nec pietatis claudat utrisque partibus viscera.

B Secunda post hæc nostro cœli retractanda se collatio intulit, pro conditionibus scilicet illis quas iam dictus princeps Erviges ob tuitionem filiorum suorum totius regni sui populos jurare coegerit. Quibus inspectis et diutissime retractatis nihil illuc invenimus quod æquitati sit obvium, nihil quod pietati adversum. Occasiones tantum illuc malitia amputantur, nam justorum negotiorum aditus non excluditur: hoc enim singulariter illuc servandum promittitur, quod generaliter a Dominio omni Christiano jubetur, scilicet ut malitia caveatur, innocentia illibata servetur, frustretur nocendi propositum, admittatur negotiosum justumque iudicium. Hoc enim si communis omnium lego servetur, et illorum aetas regium a sociabilitate servabitur et veritas populus sine perjurii profanatione reddetur. Neque enim illuc juratum est ut aut causantes contra filios suos nemone juvaret aut nullus super eos æquitatis iudicium premeret, ubi iam dictus princeps non solum singulis negotiis sua judicialiter proponendi aditum tribuit, sed et sceleris filiorum suorum, si qua accidissent, legibus ueliscenda permisit. Quod ergo illuc non est

^a Ex reliqua, præter A., in quo: pertractanda.

juratum et tamen juratum loisse impudenter asseritur, non devocavit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur conditionum in serie: neque enim nobis est cohendum quod in illis conditionibus non invenimus esse cohendum; recedendum tamen est a malitia, et exequenda sunt negotia opportuna, nec enim quorumdam incauta illa dicacitas attendetur quae impudenter astruere nitor illos tantum innoxios esse a perjurii crimine qui negotia sua tantum visi fuerint objecisse, illos autem qui vel talia negotia judicanda suscepint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexplicabili profanationis crimen irrebitri. Hæc quippe dicunt contentioso magis quam rationabili strepitu obstrepentes, nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illic aditus judicandi, negaretur et proponendi; sed qui admisit justæ propositionis negotium, non voluit prolatæ æquitatis amputare judicium, nec qui proponentem admisit potestatem juste judicandi judicibus abstulit. Magna ergo stultitiae vox est hæc sentire vel loqui, nam e contra ecce pene per totam divinæ seriem Scripturæ plus judicibus præcipitur judicare justitiam quam populis sua objectare negotia. Dicit enim Scriptura: *Juste iudicate, filii hominum: nec addidit: Juste proponite causas vestras, filii hominum.* Nunquid quia judges juste judicare admonuit, id est populis proponendi sua negotia interdixit, ideo quod de negotiis proponendis nihil 553 protulit? Nunquid super eo judicii formula texitur, qui mutus et absque propositione sentitur? Non ergo aut judicia sine objectis aut objecta sine judicibus esse possunt, quo aut judex desit causanti aut causans desit ullo modo judici. Quapropter conditions ipsæ, in quibus nec veritas est præcisa nec pietatis amputata sunt viscera, non tenebunt aut juste proponentes ad perjurii sacilegium, aut juste judicantes ad profanationis reatum. Hac igitur redita ratione conficitur, ut ad prædictarum seriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quisquis repulsa malitia contra Jam dicti principis partem aut negotia sibi debita judicibus judicanda objecerit, aut qui talium mandata suscepint, aut testis index qui advocatus testimonium dixerit, aut judges ipsi qui hujusmodi justæ negotia terminaverint, vel hi etiam qui parti justitiam habent simpliciter fautores existent ad relevationem potius miserorum currentes, quam parti cuiquam delectantes esse nocibiles. Scriptum est enim: *Pietas ad omnia utilis est;* neque enim cessandum est a misericordiæ opere quod non interdictum est fœdere. Quia ergo illuc justitia aditus non negatur, consequens est ut nec pietas abnegetur: non enim plene justitiam diligit qui pietatem proximo non impendit. Sic ergo ^a inconcussæ pietatis servantes affectum, illud apostolicum prædelegimus observandum quo manifeste præcipitur: *In vicem onera vestra portate, et sic adimplebitis*

^a B. R., enim: atque ab hac voce deest folium, quæ supersunt ad hoc concilium pertinentia atque sequentis initium comprehendens.

^b E. 4, T. 1, 2, sedis metropolitanus episcopus;

A legem Christi. Hæc igitur ratione præmissa, absolutis et discretis personis atque vocibus singulorum negotiis ipsa quæ contra partem Jam dicti pīe memorias Ervigii principis vel siliorum ejus habebantur propoundeda, admisimus, desinentes ut legibus canonibusque designata justitia inter opposentes et respondentes a judicibus inconcussa servetur. His itaque excursis quæ placido dispositionis fine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam et honorem, poscentes ejus profusissimam pietatem, ut ejus virtus atque potentia et nostrorum solvat mentium literaturam, et gloriose amatori Christi Egicanis principi nostro attribuat felicem [pro felix] regni retentare sceptrum, felicioris vitæ ducere cursum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo præstante qui

B est rex omnium regum et cuius regnum manet in secula seculorum. Amen.

Lex in confirmatione concilii generalis sub anno primo regni gloriosi Egicanis principis nostri.

Discretis eximiis temporis nostri gestis 554 synodalibus præfavente, quibus et doctrinæ sacro-sanctæ fidei haurivimus copiam et indissolubilis iuramenti novimus confractam esse catenam, id lege promulgata decernimus, ut ea ipsa, quæ inconvolso canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima et diligenti observatione serventur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte multabiliter et excommunicationis insuper sententia serietur.

C Ego Julianus urbis regiae metropolitanus episcopus haec canonum statuta subscripsi.

Suniefredus Narbonensis sedis ^b episcopus haec canonum statuta subscripsi.

Floresindus Hispalensis sedis episcopus haec canonum statuta subscripsi.

Faustinus Bracarensis sedis episcopus haec canonum statuta subscripsi.

Maximus Emeritensis sedis episcopus haec canonum statuta subscripsi.

Iulius Barcinonensis sedis episcopus ita subscripsi.

Munulus Cordubensis sedis episcopus ita subscripsi.

Concordius Palentinæ sedis episcopus ita subscripsi.

Ricilia Accitanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Gaudentius Valeriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Cecilius Dertosanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Deodatus Segobiensis sedis episcopus ita subscripsi.

Ervigius Calabriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Monefonsus Egidiæ sedis episcopus ita subscripsi.

Gregorius Oretanæ sedis episcopus ita subscripsi.

atque quatuor etiam sequentibus episcopis metropolitani dignitas in iisdem Codicibus ascribitur. Observandum quoque non eundem ordinem in omnibus Codicibus servare episcoporum subscriptiones.

Proculus Bigastrensis sedis episcopus ita subscripti.

Sonna Oxomensis sedis episcopus ita subscripti.

Sarmata Valentine sedis episcopus ita subscripti.

Marcianus Dianensis sedis episcopus subscripti.

Joannes Avilensis sedis episcopus ita subscripti.

Gabinius Arcavicensis sedis episcopus ita subscripti.

Samuel Malacitanæ sedis episcopus ita subscripti.

Froaricus Portucalensis sedis episcopus ita subscripti.

555 Wifredus [U., Guifredus., G., Wifredus] Ausonensis sedis episcopus ita subscripti.

Emmilia Illicitanæ sedis episcopus ita subscripti.

Felix Iriensis sedis episcopus ita subscripti.

Euphrasius Lucensis sedis episcopus ita subscripti.

Theuderacis Asidonensis sedis episcopus ita subscripti.

Williedens Calagurritanæ sedis episcopus ita subscripti.

Nepotianus Tirassonensis sedis episcopus ita subscripti.

Cunildus Italensis sedis episcopus ita subscripti.

Geta Iiplensis sedis episcopus ita subscripti.

Stercorius Aucensis sedis episcopus ita subscripti.

Basilius Basicensis sedis episcopus ita subscripti.

Gaudila Emporitanæ sedis episcopus ita subscripti.

Euredus Ilerdensis sedis episcopus ita subscripti.

Pacatus Biterrensis sedis episcopus ita subscripti.

Aurelius Asturicensis sedis episcopus ita subscripti.

Onemundus Salamanticensis sedis episcopus ita subscripti.

Spassandus Complutensis sedis episcopus ita subscripti.

Gundericus Segontiensis sedis episcopus ita subscripti.

Joannes Eliberitanæ sedis episcopus ita subscripti.

Avitus Urcensis sedis episcopus ita subscripti.

Wiliephonsus Vesensis sedis episcopus ita subscripti.

Sabericus Gerundensis sedis episcopus ita subscripti.

Fructinosus Auriensis sedis episcopus ita subscripti.

Anterius Segobricensis sedis episcopus ita subscripti.

Valderedus Cæsarangustianæ sedis episcopus ita subscripti.

Adelphus Tudensis sedis episcopus ita subscripti.

Tructemundus Elborensis sedis episcopus ita subscripti.

Sisebado Toccitanæ sedis episcopus ita subscripti.

Atala Cauriensis sedis episcopus ita subscripti.

Joannes Egarensis sedis episcopus ita subscripti.

A 556 Isidorus Setabiensis sedis episcopus ita subscripti.

Landericus Olyssiponensis sedis episcopus ita subscripti.

Miro Conimbricensis sedis episcopus ita subscripti.

Vincentius Dumensis sedis episcopus ita subscripti.

Fiontius Lamecensis sedis episcopus ita subscripti.

Joannes Pacensis sedis episcopus ita subscripti.

Constantinus Egabrensis sedis episcopus ita subscripti.

Rogatus Beatiensis sedis episcopus ita subscripti.

Sevulus Archipresbyter, agens vicem domini mei Cypriani Tarraconensis sedis episcopi, ita subscripti.

B Suniulfus abbas, agens vicem domini mei Flori Mentesanæ sedis episcopi, ita subscripti.

Florentius presbyter, agens vicem domini mei Leüberici Urgellitanæ sedis episcopi, ita subscripti.

Gundila [E. 4, T. 1, 2, Daniel] abbas, agens vicem domini mei Agripii Ossonobensis sedis episcopi, ita subscripti.

Desiderius presbyter, agens vicem domini mei Nandarbi Astigitanæ sedis episcopi, ita subscripti.

Absalius abbas ita subscripti.

Felix archipresbyter ita subscripti.

Wandalus archidiaconus ita subscripti.

C Vincentius [E. 4, T. 1, 2, Massacius] primicerius ita subscripti.

Gerontius abbas ita subscripti.

Castorius abbas ita subscripti.

Cabriel abbas ita subscripti.

Sisebertus abbas ita subscripti.

Eulalius abbas ita subscripti.

Involatus abbas ita subscripti.

Adeodatus abbas ita subscripti.

Hostrulfus comes ita subscripti.

Wimar comes ita subscripti.

Vitulus comes ita subscripti.

Trasemundus comes ita subscripti.

Valdericus comes ita subscripti.

Teudila comes ita subscripti.

Nausti comes ita subscripti.

Cixilla comes ita subscripti.

Gisclamundus comes ita subscripti.

Sisulodus comes ita subscripti.

Severinus comes ita subscripti.

Souua comes ita subscripti.

Ara comes ita subscripti.

Trasericus comes ita subscripti.

Ega comes ita subscripti.

Suniemirus comes ita subscripti.

Audeundus comes ita subscripti.

CONCILIOUM TOLETANUM DECIMUM-SEXTUM.

SEXAGINTA UNIUS EPISCOPORUM, AERA DCCXXXI.

557-558 Dum anno sexto incliti et orthodoxi domini et principis nostri Egicanis sub die vi Nonas Maias, æra DCCXXXI, unanimatis nostræ conventus in prætoriens basilica, sanctorum videlicet Petri et Pauli aggregatus consideret atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suæ tempus in locis debitibus resideret, rerum prius omnium Domino devotissime gratiarum jura persolvimus pro eo quod nos et alterutram visionis contuitu solari permisit, et alternæ pacis osculo confovendo statuit, diffusis cordibus simulque et vocibus ei precum murmura effundentes, ut sicut nos alteriorum oscularum impensione lætificos effecit, ita serenissimum ac religiosissimum prædictum Egicanem principem eujus jussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conversatione stabiliat, prorogatione justitiae muniat, pacem locupletiem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret, quo longævitatis munis cluens commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine teneat, et commissos sibi populos benigne regat, æque disponat et jussu pietatis modifict. His devotione promptissima actis, coepit unionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collatione inter se orsa diffundere; atque eventum rei spectatione mansuetissima præstolari.

Igitur cum ea attentius agerentur, sic idem excellentissimus princeps sanctæ intentionis munimine fretus, religione plenissimus et elucubrationis summae titulo inclitus nostro sese cœtui intulit, ac glorirosi capitilis verticem cernuo voto reclinans, nostris scæc Domino precatibus commendari percensuit, propriis manibus tomum nobis deferens reserandum, in quo suæ devotionis vota et deliberationis pia desideria sistebant stylo gratissime exarata. Omnes in commune sui oris dulcissimis exhortans oraculis ait: En, divini cultus reverentissimi sacerdotes, quidquid proprii oris effamine vestris sacris sensibus debui inimicare, quidquid enormis poterat diffusæ eloctionis affatus exprimere, sicut hic breviter summatimque calamo currente digessi, unde vos ea sollicitius prælibantes gliscentibus animis pertractate, et tam ea quæ hic sunt insita, quam etiam alia quæque se reverentissimo vestre cœtui ingesseriunt audienda, æquissimis judiciorum vestrorum definitionibus terminate, et firmissimo sententiarium vestrarum stylo esse permansura decernite. Quem tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens eidem principi benediximus; eoque e nostri medio discedente, ejusdem tomæ seriem reservavimus cuius dictorum textus subter annexa serie declaratur.

* Quæcumque in hoc concilio præcedunt canones desunt in A. et AE. Desumpta sunt ex B. R. Codice

A In nomine Domini Flavius Egica rex sanctissimus Patribus in hac sancta synodo residentibus.

Novit, beatissimi Patres, serenitatis nostræ gloriosa sublimitas synodicae advocationis studia nuntiantis seculi obstarre ruinam, et fidelibus populis congruam salutaris vitæ impendere disciplinam. Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, vestrique optabili conventu jucundior redditus, colorum regi grates laudumque vota persoivo, quoniam præstolata aggregationis vestræ concursio præceptionis nostræ oraculis devotissime paruit, et alternæ visionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram positus vestris precibus supernam mihi clementiani suffragari efflagitans universitatem sanctitudinis vestræ Christiana mentis devotione convenio, ut quia Ecclesiae sanctæ catholicæ digna speculatione perstatis [T. 1, 2, præstatis], votis meis fautores sitis vestrique pontificatus meritis in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, et consiliorum nutrimenta salubria afferatis; quo valleam sanctimoniaz vestræ adminiculo fulsus et regnandi gressus in pace perficere, et gentem mihi subditam pio ac discreto moderamine regere. Nam et tales vos in hoc sancto concilio adesse præopto, quo gratia **559** Spiritus sancti corda vestra irradians in medio sit vestrorum, ut ipso docente id teñatis atque servetis, unde et mihi, qui præ omnibus multis sum criminibus deditus, et cuncto populo regimini mei respectio divina semper opituletur. Quantis denique malis indigante Deo terra quotidie vapulet quantisque plagis vel perfidorum sceleribus contabescat, paternitati vestræ non reor esse incognita. Sed quia indubie credimus quod transgressione mandatorum Dei digna factis recipimus, dicente Domino per prophetam: Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea; opportunum satis est, ut per vos, qui divinae vocis præconio sal terræ estis, salvationis obtineat opem. Unde venerabilem sanctitatis vestræ universitatem exhortor, ut imprimis almae fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, vestræ collationis eloquiis præconetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in arcano vestri pectoris illibata servetur. Deinde quia comperimus quod multæ Dei basilicæ in dispersis locis parochiarum vestrarum constituta dum ad unius respi ciunt ordinatem presbyteri, nec assidua in eis Domino sacrificia delibantur, et destituta remanent atque sine tectis vel semirupta fore noscuntur, specialiter in canonibus annotatis, ut unaquæque ecclesia, quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipi

cum variantibus cæterorum lectionibus. In E. 3 desideratur integrum hocce concilium.

babore potest, cui debent eura gubernari cultoriis: exeteram si minus habuerit, ad alterius ecclesias presbyterorum pertinebit. Nam dum ex omnibus plurimis basilicæ, ut præmissimus, unius sollicitudini rediguntur, solum est quia et viduatæ persistunt, et difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum sacerdotibus Dei in culpa est, verum etiam et infidelibus Judæis ridiculum afferit, qui dicunt nihil præstissime interdictas sibi ac destructas fuisse synagogas, cum cernant peiores Christianorum effectas esse basilicas. Pro quarum etiam reparatione a vestra universitate censendum est, ut eas ne quisque episcopas de tertii parochialium basilicarum canonice restaurandas invigileat: qui si torias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum est, ut presbyter destructæ ecclesiæ exinde commissum sibi basilicam reparet: evidentem censuram modum apponentes in canone, qualiter debet incuriosus quicunque episcopus condemnari, si præscriptum preueniendis Dei templis ordinem neglexerit adimplere. Nam et hoc honorificentia vestra promulgari carabit, ut nemo episcoporum pro regulis inquisitionibus exhibendis parochialium ecclesiarum iura contingat, nec quascunque exinde inquisitiones aut evocaciones exigere audeant, sed **560** de prædictis sacrarum sodium regio culmio solita perquisitionum obsequia deforant, nibilque de rebus earumdem parochialium ecclesiarum causa stipendiæ eujuspiam dare presumant: quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se noverit. Interea id præcipue a vobis procurandum est, ut ubique idolatriam, vel diversos diaboliæ superstitionis errores repereritis aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum tali facinus ut veri Christi cultores cum judicibus quantocius insurgatis, et quæque ad eadem idola a rectis vel quibusque personis deferri inveneritis, seu vicinis conferenda inibi ecclesiis conferatis. Pro quo etiam extirpando scelere edictum tale in regulis apponatis, ut quicunque antistes huiusmodi nefas agi permiserit vel peractum in sua diocesi protinus abdere distulerit, a loci sui officio pulsus unius anni excuso sub penitentia maneat religatus lamento, alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare, et populo Christiano bona conversationis tramitem pandere, postmodum ad suæ sedis ordinem reversurus. Sed et quod his potius est, zelo Dei zelantes abrogandam Judæorum utriusque sexus perfidiam radicitus derente, ut et legum nostrarum sententias quæ ob perfidiam eorum et in præteritis editæ et hodierno sunt tempore condite, omni valeant robore submersæ; et excessus [E. 4, T. 1, 2, accessus] nequissime ipsorum earumdem legum dispereant sanctione: sic quoque ut juxta novelle legis nostræ edictum memò ex iisdem Judæis in perfidia durantibus ad capitium pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, neque quodcumque cum Christianis commercium agere audeat, quo merito eum propheta dicatis: *Nonne genit olerant, Domine, oleram illos, et super iniun-*

cos tuos labescerant? Ex quibus igitur Nebræis vel uxoribus ac filiis eorum si quis deinceps ad catholicæ fiduciæ regulam integerim: devotione conversus existenterit, abnegans ex toto genuinae prævaricationis errores vel cærimonias omnesque parentalium rituum sectas, ab omni exultu jugo maneat functionis, quam pridem in errore præstitutus publicis utilitatibus exsolvere consuevit: sic quoque ut in cæteris incredulis ejus redundet functio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. Inter cætera tamen obscurum crimen illud de concubitoribus masculorum extirpandum decernite, quorum horrenda actio et honestæ vita gratiam maculat, et iram coelitus superni vindicis provocat. Et quia plerique persidorum cohæreno superbizæ dedili non ex B Deo regale fastigium sed solo jactantia lumore appetere dignoscuntur, quicunque amodo ex palatinis, **561** cujuslibet sit ordinis vel honoris persona, in necem regiam vel excidium gentis ac patriæ Gotthorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque conturbium intra fines Hispaniæ tentaverit excitare, tam ipse quam omnis ejus posteritas ab omni palatino expulsa officio sub tributali impensione fisco debeant perpetuum inservire, amissis insuper cunctis facultatibus propriis, quas cui voluerit licenter conferat clementia principalis. Cuncta vero quæ in canonibus vel legum edictis depravata consistunt aut ex superfluo vel indebito conjecta fore patescent, accommodante serenitatis nostræ conenu, in meridiem lucide veritatis reducite, illis procul dubio legum sententiis reservatis, quæ ex tempore divæ memorie præcessoris nostri domini Chindasvinti regis usque ad tempus domini Wambanis principis ex ratione depromptæ, ad sinceram justitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere possuntur. Varia quoque populorum negotia, cæteraque sceleratorum hominum gesta fidei sanctæ contraria ita vestri examinatione judicii canonice ac legaliter finiantur, ut nec justitia prætereat nec severitas legum ex omnibus intercurrat, qualiter dum in his omnibus vos amor Christi reddiderit servulos, et sequitatis catena constrinxerit nexos, non solum in hoc sæculo sanitatis donec perspicui maneat, sed et æternis præmis in perpetuum floreatis: quia tunc me a Domino cum plebe mihi credita a peccatis elui credo, cum discussio judicij vestri in examinandis causis talis præcesserit, quæ in nullo tramite veritatis aberret. Hæc solum vos, honorabiles Dei sacerdotes, cunctosque illustres aulæ regis seniores, quos in hoc concilio nostræ serenitatis præceptio vel opportuna interesse fecit occasio, per inseparabilem omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in præfatis dirimendis negotiis quæ se vestro cœtu audienda emerserint, nulla personarum vel muneris acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nuliusque lepiditatis incuria, promulgare justitiam quæ Deuses, obstrepatur; sed puro examinationis libramino causarum iurgia terminantes et justa Dei judicia vobis præ oculis apponentes, unicuique partì aquita-

tem pandere procuretis, quatenus ex hoc nostra men-
suetudini præstolata a Deo mercedis præmia conqui-
ratis, et rectitudini vestri judicii coram nobis honora-
biles sitis, atque ante Deum semper bonorum operum
gratia polleatis. Datum sub die vn Kalendas Maias,
anno feliciter vi regni mansuetudinis nostræ Toletæ.

Reserato igitur tomo, et quæque ejus series reten-
tabat diligenter indagine perlustrantes, immensi mole
gaudii cordium nostrorum **562** arcana exæstuant.
Proinde ferventioribus animis in laudem Dei nostri
hymnorum libet canica roborare, quod religiosissimi
et orthodoxi principis nostri intimum igne sui
amoris ita reddiderit servidum, ut totius nostræ
adunationis collegium prudentissimis ac salutaribus
sui oris afflatibus crediderit exhortandum, perbeni-
gne nos admonens, ut dignorum speculatorum more
Ecclesiæ Dei navem, quam dispensatione superna
in vasti hujus satis gurgitibus gubernandam suscep-
mus, salutarium remigiorum gubernaculis ad con-
summatæ salutis portum incolorem perducamus, et
in defensione ejus quotidianis incubrationibus ope-
ram demus, vigilantes et custodientes vigilias noctis
super nobis creditos greges: ita nempe, ut verbo-
rum spirituum concrepantibus tubis et sanis
membrorum compaginibus [T. 1, 2, compagibus] ne
securitas torpore depressa diversorum lapsuum in-
currat decipula, salutaria sine intermissione mini-
stremus munimina; et insirnis artibus diversis ut-
pote ægrimoniorum vulneribus sauciatis congrua
medicamina apponamus, quo facilius queant et ve-
ternosa ulcera radicitus eveli et remedia exoptata
salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda
nullum nostrorum sine adjumento omnipotentissimæ
Trinitatis cernimus esse idoneum, ideo conspicuum
satis et necessarium perpendimus, ut quia corde cre-
ditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salu-
tem, ipsius sanctæ Trinitatis mysterium, qui est
unus Deus, a quo nos expetere convenit ut digni
Ecclesiæ suæ pastores existere mereamur, proprii
oris confessione promamus, et utpote mortali ore,
quantum ipse jusserit, prælargiri laudum insignia
præcinnamus, quatenus universæ definitiones, quæ
nostro affectu exsisterint editæ, superpositæ funda-
mento firmissimo inconvulsæ persistant et justitiae
robore subnixæ seculis insuitis perdurent.

Credimus et confitemur omnium creaturarum,
quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem
alique conservatricem iudividuam Trinitatem; id est,
Patrem, qui est totius lons et origo divinitatis; Fi-
lium, qui est plena imago Dei propter expressam in
se paternæ claritudinis unionem, ante omnium sæ-
culorum eveniūm ex Patris intimo ineffabiliter geni-
tus; Spiritum vero sanctum ex Patre Filioque ab-
sque aliquo initio procedentem. Qui tres, quanquam
secernantur personarum distinctione, nunquam tam-
en separantur potentia majestate: inseparabilis
nempe æqualitatis eorum insinuatur divinitas: et
tamen quamvis Pater genuerit Filium, nec ideo Fi-
lius sit idem qui Pater, neque Pater sit ipse qui Fi-

lius, sed nec Spiritus sanctus Pater sit Filiusque,
563 sed tantum Patris Filiique Spiritus eidem Pa-
tri et Filio etiam ipse coequalis. Nequaquam in hac
sancta Trinitate quidquam creatum, servum famu-
lumque convenit credi, nec adventitium vel subin-
troductionum tanquam ei aliquando acciderit, quod
conset eam aliquando minime habuisse, condebet
autem.

B Unde catholice confitemur Patrem Deum
esse omnipotentem, Filium similiter Deum omnipoten-
tem, necnon et Spiritum sanctum Deum omnipoten-
tem; non tamen tres Deos credimus aut tres
omnipotentes, sed unum tantum Deum sumus in-
concussa Ædei veritate credentes, unus naturæ,
unius essentiaz, unius omnipotentiaz, unius majesta-
tis, uniusque virtutis. Quorum tamen personarum,
quoniam in hoc quod ad se sunt nulla possit separa-
bilitas inveniri, in hoc vero quod ad distinctionem
aliquæ sunt quedam quæ specialius unicuique pos-
sint pertinere personæ: scilicet, quoniam Pater a nullo
originem sumpsit, Filius Patre generante existit,
Spiritus quoque sanctus ex Patris Filiique unione
procedit. Sed nunquid quia Filius ex Patris est
omnipotens generatus, aut Spiritus sanctus ex Pa-
tre Filioque procedens, putandus est aliquando Pa-
ter suisse sine Filio aut genitor genitusque sine san-
cti Spiritus existisse substantia? Absit. Sed siest
Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur, ita
etiam sanctus Spiritus veridice profitetur: nec tam-
en sic Pater creditur a quolibet nonquaquam ex-
stendi originem ducere, ita Filius aut Spiritus san-
ctus autumandi sunt ex seipso existere; sed Fi-
lius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo,
nec Pater aut Filius a Spiritu sancto abeque nore
sumpsisse putabuntur originem, cum ipse a Patre
et Filio sine cuiusquam infidelitatis nævo credatur
sine initio processisse. Et ideo in hujus sanctæ Tri-
nitatis sacramento nihil anteriorus posteriusve cre-
dendum est, quia nunquam fuit tempus quando Pa-
ter sine Filio aut Spiritu sancto subsisteret, neque
Filius sine sancto Spiritu cum Patre aliquando re-
gnaret. Et ista dicentes non personarum confundimus
proprietates, nec unionem substantiaz separamus;
nihil in eadem sancta Trinitate maius aut minus
credere oportet, nihil etiam imperfectum atque in-
material. Nam perfectus Pater, perfectus Filius, per-
fectusque Spiritus sanctus: immutabilis Pater, im-
mutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, nam
de immutabili et perfecto Patre mutabilem imper-
fectumque Filium nec decuit nasci nec convenit
credere. Idcirco sunt quedam quæ in hac sancta
Trinitate indiscretæ oportent considerari. In hoc eti-
enim quod ad se sunt Pater et Filius et Spiritus san-
ctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater
cum Filio et Spiritu sancto. Quod vero ad relati-
vum attinet, discrete **564** personarum trium est
predicanda proprietas, evangelista predicante: *Ite,*
*docete omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spir-
itus sancti.* Relativum eternum dicitur quod una ad
aliam persona referatur, nam quando dicitur Pater,

D perfectusque Spiritus sanctus: immutabilis Pater, im-
mutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, nam
de immutabili et perfecto Patre mutabilem imper-
fectumque Filium nec decuit nasci nec convenit
credere. Idcirco sunt quedam quæ in hac sancta
Trinitate indiscretæ oportent considerari. In hoc eti-
enim quod ad se sunt Pater et Filius et Spiritus san-
ctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater
cum Filio et Spiritu sancto. Quod vero ad relati-
vum attinet, discrete **564** personarum trium est
predicanda proprietas, evangelista predicante: *Ite,*
*docete omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spir-
itus sancti.* Relativum eternum dicitur quod una ad
aliam persona referatur, nam quando dicitur Pater,

Filius nihilominus persona signatur, et cum dicitur A Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. At nunc quoniam Spiritus sancti vocabulum, quo non tota Trinitas significatur, sed tertia quae est in Trinitate persona, quomodo secundum relativum ad Patris Filiique referatur personam, nequaquam apertissime patet pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus sancti, ne Filius Spiritus sanctus intelligatur; in aliis tamen vocabulis, quibus ejusdem sancti Spiritus signatur persona, ad relativum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum sanctum accipimus, quae in sancta prænoscitur Trinitate tertia esse persona, pro eo quod a Patre Filioque cum quibus unius essentia per omnia creditur fidelibus condonetur: quapropter cum dicitur donum donatoris, et donator doni, relativum haud dubie declaratur: quod etiam de ipso vocabulo Spiritus sancti inculpabiliter est credendum. Denique quia sancta Trinitatis, etsi non ut debuit, tamen quantum ipse donavit hucusque mysterium confitendo diges- simus, exinde quae de ipsa Trinitate persona suscep- perit carnem, pie et orthodoxe subsequiva serie pandimus. Unde licet inseparabilia sint opera Tri- nitatis, tamen fideliter profitemur non tantum fide cordis, sed et oris professione, quod non tota unitas suscepit carnem, sed solus Filius Dei, qui est ante aeternum ex Dei Patris substantia genitus, in fine seculorum de virginie Maria Evangelio est teste eni- xus; qui ait: *Verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Nam Gabriel archangelos ad Mariam virginem cœlitos missus ait: *Ave, gratia plena, Dominus tecum, beata tu inter mulieres. Ecce in utero concipies et paries Filium et vocabis nomen ejus Emmanuel.* Cui cum Maria, ut sanctus ait Ambrosius, non fidem renuens, non officium recusans, sed potius accom- modans affectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærrens esse- cies, dixisset: *Quomodo fieri istud, quoniam virum non cognosi?* ab angelo illi responsum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi umbra- bravis tibi. Propterea quod nasceretur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Cujus nempe angeli oraculum, dum Spiritum sanctum superventurum in ea dicit, et virtutem Akissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbratorum eam præmonuit, ejusdem Filii carni totam Trinitatem cooperatricem esse monstravit. Quae scilicet Virgo sicut ante conceptionem obti- milis 563 virginitalis pudorem, ita post partum nullam sensi integratatis corruptionem, nam virgo concepit, virgo peperit, et post partum incorruptel- le pudorem sine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis, aut partus mysterium, quia secundum prophetales vaticinium novum creatum est super ter- ram et feminam illa singulariter absque virili coitu circumdaret virum, nulla potest ratione comprehen- di, nullus oris affectus valeat enuntiari. Ob hoc etenim Joannes Baptista cernus profitetur: *Ecce post me eclipserus es, qui ante me factus es, cuius non sum*

dignus ut solvam corrigiam calceamentum. Ac si diceret: Corrigiam calceamenta divinitatis calcia, quae est ligatura mysterii, nequeo solvere; quia quomodo in virginali utero corporatum est Verbum, quomodo etiam idem Verbum caro factum animatum existat, nequaquam investigare sufficio. Pro qua re præcet- lentissimus fatus est Augustinus: *Hic si ratio queritur, non est mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare.* Ipse vero Dei Filius ab ingenito Patre ge- nitus, a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno uno, a toto tolus, Deus sine initio perfectum homi- nem de sancta et inviolata Maria semper virginis as- sumpsisse est manifestus. Cui etiam sicut hominis perfectionem ascribimus, ita duas ei voluntates ines- se, unam divinitatis suæ, aliam humanitatis nostra- B nihilominus credimus: quod etiam per quatuor evan- gelistarum oracula ejusdem Redemptoris nostri asslatu evidentissime declaratur; sic enim fatus est dicens: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: rerumtamen non sicut ego volo sed sicut tu vis;* et iterum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus qui misit me;* et reliqua quae si de omnibus sanctarum Scripturarum Codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare textrino. Quibus etiam allocationibus demonstrat suam voluntatem ad hominem retulisse assumptum, Patris ad divinitatem in qua est idem unus et aequalis cum Patre: quippe quantum ad di- vinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Pa- tris, alia Filii; una enim est voluntas ubi una persi- stit divinitas. Quantum autem ad hominis naturam assumpti alia est voluntas deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu,* patule ostendit non velle id fieri quod voluntate humani loquebatur affectus, sed propter quod ad terras paterna voluntate desca- derat, cuius tamen Patris voluntas nequaquam con- traria Filii voluntati existit, quia quibus est divinitas una non potest esse voluntas diversa; et ubi in na- turâ nihil potest diversitatis accidere, 563 ibi ni- hilominus enumerantur generaliter aliqua numerosa. Igitur hujus voluntatis sancta vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem Trinitatis, qua dici- tur memoria, intelligentia et voluntas ad personam sancti referatur Spiritus, secundum hoc autem, quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam volun- tas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus sanctus, quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus, et multa alia similia quo se- cundum substantialiam dici ab his qui catholicæ fidei veridi ci cultores existent, nulla ratione ambigitur. Et sicut est catholicum dici Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce, ita verum fidei est proba as- servatio voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia: et veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita voluntas Pater ge- nuit Filium voluntatem. Itaque nequaquam secundum essentiam Pater voluntas, Filius voluntas, Spirites sanctus voluntas, non tamen secundum relativum.

unus esse credendus est, quoniam alius est Pater qui refertur ad Filium, alias Filius qui refertur ad Patrem, alias Spiritus sanctus qui pro eo quod de Patre Filioque procedit ad Patrem Filiumque resertur, non aliud sed alius; quia quibus est unum esse in deitatis natura his est in personarum distinctione specialis proprietas. Quocirca idem Dei Filius, qui dum esset dives semel ipsum exinanivit formam servi accipiens, in impossibilitate deitatis consistente natura, sponte in bonis suscepit est passus substantia, ac pro nobis primae mortis sustinuit dura exitia; et qui nullius peccati noxae obnoxius mansit, pro nostris peccatis crucis patibulum sponte moriturus ascendit; quicquid carnis et sanguinis nullum contignum habuit, in carne sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta coronamque spineam sustulit, et effusione sui cruris totum mundum a perditionibus abluit, ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilitas divinitatis suae jacto percult ac peremuit, dicente propheta: *O mors, ero mors tua, tartara penetravit in anima, et sanctorum animas, quas illic hosti vincetas tenet;* morsu potentiae suae exemit, ut prophetale vaticinium inquit: *O inferne, ero morsus tuus;* qui etiam tertii diei dilucido ejusdem carnis qua occubuerat veritate resumpta, discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa presentie sua exhibitione solavit [pro solatus est], et coram angelorum credentiumque frequentia sedein patriam repetivit, in qua nunc, sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedeus, sic tunc in finem seculi venturus est, judicari.e potestatis diremptione 567 a peccatoribus justos secernere, sanetis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitae damnationis ignivomam penam, exemplum nobis sua resurrectione impendens, sicut ille vivificans nos post duos dies die tertio vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus saeculi fine resurrecturos usquequaque credamus: non in aerea vel in phantasticae visionis umbra, ut quorundam improbanda opinio praeservit, sed in veridicam carnis substantia in qua nunc sumus et vivimus, ac tempore judicii coram Christo et sanctis angelis eius astantes unusquisque referet corporis sui propria, prout gessit, sive bonum, sive malum, recepturus ab eo aut pro propriis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetua damnationis interitum. Illujus etenim fidei Ecclesia sancta catholica baptismatis aqua abluta, Christi sanguine pretioso redempta, quae neque in fide habet rugam, neque maculosi perferti operis notam, insignibus pollet, virtutibus cluit [T. 2, claruit], sanctique Spiritus donis referata coruscat: quae etiam cum Iesu Christo Domino nostro capite suo, cuius corpus esse nequamquam ambigitur, est perenniter regnatura, atque omnes qui nunc in ea minime consistunt sive considerint, aut ab ea recesserunt sive recesserint, aut

A peccata in ea relaxari diffidentie malo negaverint, nisi penitentibus ope ad eam redierint et queque Nicæna synodus servanda decrevit, Constantiopolitana conventus venerari instituit, Ephesini primi concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedoneanorum unanimitas vel reliquorum conciliorum, sive etiam omnium venerabilium Patrum in fide sancte recte viventium edicta custodiri præcipiunt, absque aliquo dubietatis nævo non crediderint, perpetuae damnationis sententia ulciscentur atque in fine saeculi cum diabolo ejusque sociis ignivomis rugis crembuntur. Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostra confessione pandentes, ad capitula quæ ob disciplinam ecclesiasticam moresque male errantium componentis necessaria sunt unanimitas nostræ articulam flectamus, et quæ opportuna sunt decretis capitulis destinimus.

I. De Judæorum perfidia.

Licit in condemnatione perfidiae Judæorum numerosæ antiquorum Patrum sententias ac leges promulgatas nitescant, tamen quia, ut prophetale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Judæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, super petram duriores effecti in obstinatione 568 suæ cætate perdurant. Satis est conspicuum ut catholicæ Ecclesie murus machinis infidelitatis eorum crebrius proteratur, quo aut tandem corriganter inviti aut valide b sic alterantur ex Domini in æternum Judicio peituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum incommodis laborantibus studiosius medendi arte occurrit quoadusque salutis medelam recipient. Quintimo quoniam gloriissimi et amatoris Christi Egipciani principis nostri servens intentio et prompta devotio hujs admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad fidem aut in perfidia perdurantes acrioribus sedule mulcentur stimulis, proinde, eo hortante pariter et jubente, de legit nostræ unanimatis conventus, ut quidquid eorum sententia vel leges qui nos in fide catholicæ præcesserunt ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus senioribus cunctisque Judicariam curam habentibus studiosius in eis nihilominus compleantur, et ea quæ nunc a nobis instituuntur votis serventioribus conserventur; ita nempe, ut quicunque eorum ad Christum plena mentis intentione converterint et fidem catholicam absque aliquo infidelitatis fuso servaverint, ab omni functione, quam sacraissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his quæ habere potuerint securi extorre quæ persistant; eamdemque impensionem hi qui in infidelitate sua persistent publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi vero qui ab errore suo conversi existent, suis tantum utilitatibus ut cæteri ingenui vacent, et negotia sua agentes quidquid pro publicis inductionibus a principe eis fuerit imperatum ut veri Christiani expediant. Nam id sequitatis erde

^a Ab hoc titulo scribunt Codices A. et E.

^b E. 4, valide style alterantur. T. 1, 2, valide in

style alterantur.

^c A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., sacerdotibus.

depositi, ut qui fide Christi decorantur coram omnibus ^a nobilis aliquae honorabiles habeantur. Legem sanc*ti* illam, quae de [B. R., i^o] prefatis capitulis ob eorumdem proterviam duritiam a domino nostro Egicano principe nuper est edita, firmamus et per hujus constitutionis nostras decretum invalabile ^b robur eam obtinere consensu.

II. De idolorum cultoribus.

Manifestissime liquet quod hostis humani generis, ut Apostolas narrat, per mundum rugiens currat querens quem devoret, nam diverso tergiversationis sue astu quamplurimos insipientium decipiens suis eos decipitis irretire non cessat : et cum Dominus praecepit : Non facies tibi sculptile nomine omniem similitudinem quae est in celo deserper et **569** quae in terra dorsum, et reliqua ; et iterum : Non facietis idolum et sculptile, nec titulos erigetis nec insignem lapidem ponitis in terra vestra ut adoretis eum ; rursumque : Dominum Deum tuum adorabis et ipse soli serues ; illi diversis suadeliis decepti cultores idolorum efficiuntur, veneratores lapidum, accensores facularum, excoletes sacra fontium vel arborum, auguratores quoque seu praecantatores, multaque alia quae perlongum est charrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec Dominus ac redemptor, summopere rectoribus Ecclesiarum Bei convenit studere, ut quae maligna persuasio per diversa sacramenta sibi hostis idem subderat ^c, de ejus jure tollentes suo eos restituunt creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpendis quoniam multimoda sanctorum Patrum in diversis conciliis clarent edicta, ea vigilaci sensum indagatione perillustravimus ac discreto gravitatis pondere eorum instituta perpendiculariter ; et quia debitis rationes plenitudine intent, cum consensu ac ferventissimo iussu religiosissimi domini nostri Egicanis regis instituentes decernimus, ut omnes episcopi seu presbyteri, vel hi qui iudicandis causarum negotiis praestant, solerti cura invigilant, et in cuiuscunque loco praemissa sacrilegia vel qualibet alia quae divina lege prohibentur vel sanctorum Patrum cibient instituta, venerantes quosque aut facientes repererint, cujuscunque sint generis aut conditionis, statim secundum predictarum sententiarum veriem emendare et extirpare non differant, et insuper ea quae in eodem loco sacrilegii oblata fuerint, in convicinis ecclesiis coram ipsis qui hoc voto sacrilegio dedicanda crediderant habenda perpetim cibiorantur. Quoniam si forsitan episcopus aut presbyter, seu eadem iudex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum ac probatissimum coquspiam sacrilegii facinus praeoscens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privates anni unius spatio erit sub penitentia constitutus, loco uno in posuendam redditus, scilicet ut in eodem tempore quo ille a leci sui propulsus fecerit officio specialiter a principe eligatur, qui timore Domini plenus et, ut Phoenix, spirituali zelo accessus cum judicibus sibi met,

A ut diximus, junctis et saeclegem quod invenerint omnimode extirpent, et ab omni populo iram Domini aereant. Si quis vero pro talium defensione obstiterit sacerdotibus aut iudicibus ut ea nec cident ut debent, nec extirpent ut condecet, et non potius eam eis exquisitores, ultores seu extirpatores tanti crimini extiterit, sit anathema in conspectu individue Trinitatis, et insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco persolvat, si inferior, **570** centenis verberibus flagellabitur ac turpiter decalvabitur, et medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

III. De sodomitis.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incestive pollutionis actu a Deo alienos statuit, et sicut Sodomiticos populos horrenia nimilunque detestanda patratio igne coelitus confluent exurendo in præteritis tradidit, ita talibus innuminditius hominibus deditos æternæ damnationis rogos consumet, loquente Domino per prophetam : Vestimentum nóstrum sanguine erit in combustionē, et cibis ignis. At nunc quoniam haec funesta actio et sodomiticas operationis malum multos sauciisse penditur, ateo nos ob hujus foedissimæ cause extirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes omnes in commune sancimus, ut qui hujus nefariae actionis patratores extiterit, quique in his turpitudinibus sese implicari permisori et contra naturam masculi in masculos banc turpitudinem operaverit [pro operati fuerint], siquidem episcopes, presbyteri aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus perpetui exsili manebit damnatione percusso ; si vero cujuslibet ordinis, gradus sive personæ, et alterius colluvionis noxilis reperti fuerint implicati, illius legis quae de talibus est edita nibilominus ferentur sententia atque ab omni Christianorum sint alieni caterva, et insuper centenis verberibus correpti ac turpiter decalvati exilio mancipentur perpetuo ; ita ut nisi tam eos qui religionis cultum turpasse visi fuerint quam etiam alios, ut diximus, cujuscunque ordinis homines, digna satisfactione penitentiae accipere corpus et sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christianarum societati redierit, nec in exitus sui die secundum canonum instantia communionis perceptione se soverint relevari nec catholicorum cœtui aggregari.

IV. De desperantibus.

Ad hoc sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, ut et vita iolita austerrissima falce penitentiae desecet, et uetus quod subito in membrorum compagibus exortum saeviat ac serpit rigidae inventionis coactu usquequaque detrunct. Quoramdam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligencia aut disciplina ceasura multatæ aut pro purgatione sceleris sub penitentia satisfactione cu-

^a B. K., E. 4, T. 1, 2, hominibus.

^b B. K., E. 4, T. 1, 2, inconclusibile.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2 subjecerat.

stodieſ mancipali, i[n]cumbente desperationis incommodo ſe ipſos malunt aut laquei ſuspendio enecare

571 aut ferro vel aliis mortiferis caſibus intermire, et niſi præbente cujuſlibet rei occaſione ſuam nibilominus diabolus in eis perficit voluntatem; proinde huic nequissimæ ſuadelæ cupientes ponere finem et malagmam congraum tali ægrimo[n]ia[re] providere, cœtus noſtri decernit ſacratissima unio, ut quicunque talibus decipulis irretitus interemptionis evaſerit caſus, duorum mensium ſpatio et a catholicorum collegio et a corpore et a Christi ſanguine ſacro manebit omnimode alienus; quia oportet ut per poenitentia[re] cenzuram pristinæ reddatur ſpe[ci]s atque ſalut[is] qui animam ſuam per desperationem conabatur diabolo ſociare.

V. *De reparatione ecclesiārum vel diversis aliis cauſis.*

Quanquam in praeteritis sanctorum Patrum de diversis cauſis ſententiæ enitescant, ſed et nunc quæ tempori ordinique congraunt ordinato jure i[n]ſtituenda ſunt. Nam ſicut antiquitas de cauſis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc noſtri temporis zetas de his quæ occurru[n]t ut flant convenit. Quapropter in medio cœtus noſtri deducta eſt quo[r]umdam conſuetudo inordinata ſacerdotum qui parochias ſuas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt vel quod quamplures ecclesiæ deſtituta[re] perſtant. Idcirco unio noſtræ adunationis decernit atque i[n]ſtituit, ut tertias quas antiqui canones de parochiis ſuis habendas episcopis censuerunt, ſi eaſ exigendas crediderint, ab ipſis episcopis diuitiae ecclesiæ reparentur; ſi vero eaſ maluerint cedere, ab earumdem ecclesiārum cultoribus ſub cura et ſollicitudine ſui pontificis reparatio eisdem eſt adhibenda basilicis. Quod ſi omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint aut quæ dirutæ erant reparatae extiterint, ſecundum antiquorum canonum i[n]ſtituta tertias ſibi debitæ unusquisque episcopus ſi voluerit assequi, facultas illi omnimoda e[ſt], ita videlicet, ut citra ipſas tertias nullus episcoporum quidpiam pro regiis inquisitionibus a parochianis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiārum cuiquam aliquid cauſa stipendii dare p[ro]aſummat. Sed et hoc neceſſario i[n]ſtituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur preſbytero, quia ſolus per totas ecclesiās nec officium valet perſolvere, nec populi ſacerdotali jure occurrere, ſed nec rebus earum neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione, ut ecclesia quæ uſque ad decem habuerit mancipia ſuper ſe habeat ſacerdotem; quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjugatur ecclesiis. Si quis ſane episcopus hanc noſtrā i[n]ſtitutionem parvipenderit, et quispiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium ſpatiis **572** ſe noverit excommunicatione mulctari, ita nempe ut poenitam ab excommunicationis interdicto ad ordinis ſui remeaverit locum, cunctas bujuſ canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat implere.

A VI. *De integra oblata et ex studio p[re]parata in ſacrificio offerenda.*

Licet multæ ſanctorum Patrum in fide ſancta nobis precedentium de rebus neceſſariis ſententiæ promanaverint, tamen quia et nunc uſque numeroſa ultra quam oportet fieri p[re]noscuntur, adeo neceſſarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conuentus etenim noſtri agnationem delatum eſt quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam ſacerdotum, partim neſcientia impliciti, partim temerario auſu provocati, non panes munios et ex studio p[re]paratos ſupra mensam Domini in ſacrificio offerant, ſed paſſim, quomodo unumquemque aut neceſſitas impulerit aut voluntas coegerit, de partibus ſuis uſibus p[re]paratis crustulam in rotundiitate aſuerant, eam ſuper altare cum vino et aqua pro ſacro libamine offerant: quod factum nequaquam in ſacrae auctoritatis historia uſp[er]iam gestum perpenditur. Nempe etenim per Matthæum evangeliſca veritas inquit: Cœnantibus autem eis accepit Jesus panem et benedixit ac fregit: Item per Marcum: Et manducantibus illis accepit Jesus panem et benedicens fregit et dedit eis: rurſusque per Lucam: Accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis. Item Apoſtolus: Dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc eſt corpus meum. Denique quid aliud innuitur, niſi quia panem integrum accipiens et benedicendo confrangens particulatim unicuique discipulorum ſumentum contradicit? Quod et nos in postmodum facturos educuit C haud dubie ſignificans quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Unde et in ſubsequentibus ait dum ſuum traditore malleſ significare: Cui buccellam panis porrexero ipſe eſt. Ac proinde quia et Redemptoris verba teſtantur quod panem integrum accipiens non buccellam, quem poſt benedictionem confrangens ſuis particulatim discipulis dederit, et Paulus apoſtolus ſimiſter nibilominus narrat, quod panem acceperit et gratias agens conſregerit, nec non et illud quod Christus de quinque panibus conſtractis turbam reſecerit; quid aliud instruit nos niſi ut panem integrum ſumentes ſuper altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput noſtrum nequaquam feciſſe perpendimus? Nam si homo ſuę vitę diligenter ſtudiosius adhibere procurat, quanto magis ſacris Dei cultibus nitorem debitum exhibere **573** ſummopere debet? Unde temeritatis hujus aut neſcientia cupientes terminum ponere, id unanimitat[is] noſtræ delegit conuentus, ut non aliter panis in altari Domini ſacerdotali benedictione ſanctificanduſ p[re]ponatur, niſi integer et nitidus qui ex studio fuerit p[re]paratus, neque grande aliquid ſed modica tantum oblata ſecundum quod ecclesiastica conſuetudo retentat; cujus reliquiae aut ad conservandum modico loculo abeque aliqua injuria facilius conſerventur, aut ſi ad ſumentum fuerit neceſſarium, non ventrem illius qui ſumpserit gravis ſarcininis onore premat, nec quod in digestionem vadat, ſed animam alimonia spirituali

reliciat; ita nemp̄, ut ab his qui eas sumpserint
priseorum canonum instituta sorventur. Igitur qui-
cunque hoc decretum nostrum temerandum credide-
rit, animadversioni divini judicii subjacebit et anni
unus spatio a communione alienus manebit.

VII. De publicatione concilii.

Grandis popule datur emendationis correctio, si
gesta synodalia dum quandoque peraguntur relatione
pontificum in suis parochiis publicantur. Et ideo
plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in
qualibet provincia concilium agitur, unusquisque
episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium
spatia omnes abbates, presbyteres, diacones atque
clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ip-
sius, ubi praesesse dignoscitur, nec non et cunctam
diocesis sue plebem aggregare nequaquam moretur,
quatenus eoram eis publice omnia reserata de his
quaꝝ eodem anno in concilio acta vel definita exsti-
teriat, plenisime notiores efficiantur. Profecto et
enim pravorum severitas extirpatur, dum canonicas
instituta ad agnitionem eorum observanda modis
omnibus deducuntur, ita scilicet, ut quæque sunt aut
in præteritis gestis aut in præsentibus constitutis nullus
bis contradicere audeat, nullus ea reverberare
præsumat, nullus non implere contendat. Quod si
quispam ea aut parvipendenda crediderit, aut contem-
nenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tunidus,
susurratione plenus, invidia incensus et laceratione
perfunctus, necnon potius earundem definitionum
exstiterit fautor benevolus, sententia excommuni-
cationis duorum mensium curriculo persistet usque-
quaꝝ mulciatus.

VIII. De munimine proli regis.

Dum sanctæ actionis studia ac servidæ intentionis
vota longe lateque diffusa principali exhibitione cun-
ctis patule liquent, et 574 Ecclesiae sanctæ carbo-
licæ obtutibus luce clarissimè eniteascunt, cogunt adune-
tionis nostre conuentum quidpiam salutari provisio-
ne depromere, et causa retributionis proli ejus ali-
quid congruum aut expedibile promulgare, quo et
parentali exhibitioni pro bene gestis videamus ali-
quantulum opem beneficentiae reddere, et sobolem
ejus pia defensionis ac tuitionis necessario mun-
mine præmunire. Gloriosissimus etenim ac serenissi-
mus dominus noster Egica rex, ferventissimi amoris
Christi igne succensus et sanctæ actionis ope per-
functus, inimicorum Christi perfidiam, illud propheta-
tale vaticinium sequens: *Nonne qui oderant te, Deus,*
oderam illos et super inimicos tuos tabesceram? utpote
verus Christicola obnixius proterere decernit, Ec-
clesiae Dei statum vigilaci instantia roborare dispo-
nit, sanctis Dei basilicis sese munificum exhibet,
tributorum impensiones populis moderamine discreto
remitit*, maligna contra se obstinatione agentibus
animi liberalitate gratissima ac pia miserationis in-
stantia ignoscere consuevit, multos quoque qui con-
fracti sunt liberos secundum prophetam omne oans
disrumpendo in ingenuitatis statu reformat, atque

A in diversis sanctæ vite studiis sese exercendo pra-
pollet. Quocirca quoniam pro tot tantisque beneficiis
que multimoda devotione Ecclesie Dei gentis sua
populis prorogare studet, quid aliud illi unanimitas
nostra condigne respondeat invenire non prævaleat;
id salutari providentia que semper est utilis, imo
semper est uile quod veram pertinet ad salutem,
decernit atque instituit, ut ejus filii, ut præmisimus,
fortia tuitionis ad futurum adminicula prouulgemus,
contestantes per nomen illud, cui cuncta coelestia
et terrestris genuflectunt, omnes presentes et ab-
sentes, seu etiam futuri temporibus subsecuentes
sacerdotes vel principes, seu cujuscunque honoris
aut ordinis homines, ut nullus ad futurum posteri-
tati ejus atque his qui gloria sue filii vel filialis us
B conjuncti esse noescuntur seu qui adhuc conjuncti non
sunt, sed forte sunt conjungendi, injustas iudicandi
occasions exquirat; nullus occulte vel publice per
qua abdicentur contra eos malitia vota extendat;
non eos gladio vel quilibet pernicioſa factione inter-
imat; nullus consilium vel opus quibus injuste de-
jiciantur vel nudentur rebus exhibeat; nullus hic
injuste violentum tonsuræ signaculum imprimat;
nullus vestem contra ordinem filiabus suis atque u-
ris mutare præsumat; nullus etiam extra evidenter
culpa indicium aut exsiliis eos relegandos inducat;
aut eorum corporibus quarumlibet truncationum vel
flagellorum inficer detrimenta. Denique licet hæc
quaꝝ præmissa sunt æquissime digesta 575 existant,
tamen quia ejusdem gloriosi nostri domini tantum
C emicat devotio prompta ut ea ipsa nequeant ei ad
complementum vicem parientia reddere debitam,
ob hoc universitatem nostram adjicere saluberrime
convenit, at tam per omnes civitates vel loca, in
quibus sedes episcoporum esse noscuntur ad regni
eius ditionem pertinentes, quam etiam per eorum
modum episcoporum dioceses, excepto passionis Do-
minica die, quando altaria deaudata persistunt ne
cuiquam in eo die missarum licet solemnia celebrari,
cunctis aliis diebus quibus idem Dominus noster in
hæc vita superstes exstiterit, pro eo vel pro cunctis
ejus filiis vel filiabus aut pro his qui iam matrimoniali
sunt iure conjuncti, adhuc qui sunt conjungandi, seu
pro nepotibus vel suis omnibus sacrificiorum Domino
libamina dedicentur, pia orationis vota solvantur,
D ac cum gratiarum actione superno numini commu-
nidetur, desideria in eis bona quotidie multiplicen-
tur, adversantium eorum conamina virtute suæ dor-
teræ confringantur, in iugentia et gratia eis a sua
misericordia conferatur, ut suæ potentias defensione
protecti antiqui hostis decipula evadant, et charitate
ac vita longavitate pollentes adire mereantur post
transitum siderea massones.

IX. De Sieberto episcopo.

Sicut summum bonum est valdeque conspicuum
superno numini amanter fideleriterque inhærere ejus-
que præceptionibus parientiam votis gloriificantibus
exhibere, ita consequens bonum est post Deum regi-

* Ex B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G. In A., submittit.

In E., omittit.

bus, utpote jure vicario ab eo p̄electis, fidem promissam quomodo inviolabili cordis intentione servare, et nulla contra eos occasione quidquam nocibilitatis excoxitare nihilque nequus definire, d' cente Domino: *Nolite tangere christos meos: et iterum David: Quis enim extendet manum suam in Christum Domini et innocens erit? Item ipse cuidam communans: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres Christum Domini? Unde opportunum satis est ut sponsio principibus compromissa absque aliquo fraudis nōvō custodiatur, et fides eis redditā nullis factionibus nullisque etiam nequitiae machinationibus temeretur. Nam si nudi tantum verbi pollicitatio qualibet occasione violetur, criminis denotatione censetur; quanto magis si fides regibus sub jurisjurandi attestatione promissa nequaquam profanari pertimescat?* Est enim quorundam sacerdotium, et, quod pejus est, sacerdotum, improbanda satis obstinatio animarum, ut fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnant, et verborum suco juramenti **576** obnubilent propagationem, dum in arcano pectoris retentant infidelitatis perversitatem, et dum scriptum est: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumperit nomen Domini Dei sui frustra;* et iterum: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui: ego Dominus; rursumque: Maledictus omnis qui jurat in nomine Dei sui mendaciter; illi jurantes fidem promissam temerare non metunt, et juramenti sui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimescant.* Unde quia Sisbertus Toletanus sedis episcopus talibus machinationibus denotatus repertus est pro eo quod serenissimum dominum nostrum Egicanem regem non tantum regno privare, sed et morte cum Frogello, Theodemiro, Liuvilane, Liuvigotone quoque, Thecla et ceteris interimere definitivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium et excidium cogitavit, qui etiam per decreti nostri definitionem jam et loco et honore privatus existit; ideo nostrum in commune per hujus canonice sanctionis decernit collegium, ut hoc ipsum unionis nostræ decretum, quod etiam his synodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum atque in perpetuum obtineat inconvulsibile robur: ipse vero Sisbertus pro sui juramenti transgressione facinorisque tanti machinatione secundum antiquorum canonicum institutionem, qua precipitur ut quisquis inventus fuerit talia fecisse et vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, a conventu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, honore simul et loco depulsus, omnibusque rebus exiūs quibusque in potestate p̄dicti principis redactis perpetui exiliī ergastulo maneat relegatus; ita nempe, ut secundum eorumdem antiquorum canonum decreta in fine vite sua tantum communionem accipiat, excepto si regia eum pietas ante alienandum crediderit. Simili quoque et ceteri qui

A de religiosis, cuiuslibet sint ordinis et honoris, deinceps talia contra principem egisse vel definiisse reperti extiterint, censura multandi sunt.

X. *De his qui iuramenti sui profanatores extiterint.*

Sicut ulcus quod granditer [E. 4, T. 1, 2, graviter] serpit in corpore non nisi gravioribus medicamentibus aut ferro curatur, ita perfidorum obstinatio, quae nullatenus cohabetur, durioribus sententiis necesse est ut mulctetur. Nam quanquam dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filio neque filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur:* Et iterum: *Filius non portabit iniq̄itatem patris, et pater non portabit iniq̄itatem filii;* tamen quia et jurisjurandi transgressio granditer inolevit et machinandi contra principes nostros consuetudo s̄eva percrebuit, quo aut nece diversa princeps interimatur aut regni dignitate privetur, quod nequaquam cohiberi potest nisi severiori censura; adeo per hujus institutionis nostræ decretum sancimus, ut quicunque deinceps, eujslibet sit honoris persona vel ordinis, in necem vel dejectionem regiam quidpiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impetendum crediderit aut gentem ejus vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse quam omnis ejus posteritas ab omni palatini ordinis dignitate privati fisci viribus sub perpetua servitute maneant religati, potestate tantum gloriose principi nostro Egicani servata, ut ant eos qui jam pro sue infidelitatis perfidia canonicę legaliterque dijudicati sint, ant eos qui deinceps a fidei sue juramento aborbitaverint, et adversus p̄dictum principem nostrum aliquid nocibilitatis agere aut machinari studuerint, si eos, ut diximus, p̄ea indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi usquequam manebit. Et quia res eorum justo ac legali modo in ejusdem domini nostri dominium pervenerunt, ex quibus etiam quedam ejusdem principis collatione tam Ecclesiæ Dei quam proles ejusdem domini nostri seu etiam alii plures pro sui servitii merito accipere meruerunt; proinde instituentes decernimus, ut nullo unquam tempore eorum filii qui juramenti sui profanatores extitissent noscuntur seu extiterint, vel subsequens eorum posteritas in nocibilitatem eorum intendere audeant, nec ipsas res eis auferre quoquo pacto studeant. Ideo denique, ut p̄misimus, severissimam hanc decreti nostri curavimus promulgari sententiam, ut qui suum non formidat exitium, saltem filiorum cunctaque sua posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostræ definitiones custodire aut adimplere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, et insuper ex divino iudicio rebus omnibus et honore p̄senti in sæculo careat, atque Christo judicante cum diabolo ejusque sociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui nostræ definitioni ex antiquo canone quedam necessaria innectimus et omnes in commune ipsis verbis, quibus,

* D. R., E. 4, T. 1, 2, valide.

ut diximus, hoc deproporsit antiquitas, proclamamus A dicentes :

Quicunque igitur a nobis vel totius Hispaniae ^a populis, qualibet conjuratione vel 578 studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu vel pro conservatione regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, aut gloriosum principem nostrum Egicanem, vel subsequentes principes nece attractare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei Patris et angelorum, atque ab Ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus, et ab omni cœtu Christianorum alienus cum omnibus impictatis suæ sociis ; quia oportet ut una poena leadat obnoxios quos similis error iuvenerit implicatos. Quod iterum secundo replicamus dicentes : Quiunque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae populis qualibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut prædictum principem nostrum, vel subsequentes principes nece attractare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in Christi conspectu et apostolorum ejus, atque ab Ecclesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus, et ab omni consortio Christianorum alienus, et damnatus in futuro Iudicio habeatur cum participibus suis ; quia dignum est ut qui talibus sociantur ipsi etiam damnationis eorum participationi obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus dicentes : Quicunque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae populis qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro salute patriæ gentisque Gothorum statu vel incolumitate regiæ potestatis pollicitus est, violaverit, aut talies dictum principem nostrum vel subsequentes principes nece attractare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti et martyrum Christi, atque ab Ecclesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus, et ab omni communione Christianorum alienus, neque partem justorum habeat, sed cum diabolo et angelis ejus eternis suppliciis condemnatur una cum eis qui eadem conjuratione nituntur, ut per poena constringat quos in pernicie prava societas copulat. Et ideo si placet omnibus qui ad eis hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universis Dei sacerdotibus, palati senioribus, clero vel omni populo dictum est : Qui contra hanc vestram definitionem venire præsumperit, sit anathema Maranatha, hoc est, perditio 579 in adventu Domini, et cum Juda Iscarioth partem habeant et ipsi et socii eorum.

^a B. R., E. 4, U, G., Ecclesiæ. Quæ sequuntur ab hac voce usque ad hujus concilii finem desunt causula in A. et Z., in quibus hæc ad marginem

XI. De gratiarum actione.

Finitis consummatisque omnibus quæ ob disciplinam ecclesiasticam necessario fuere definienda, vel reliqua quæ nostro cœtu ob directionem existere debata, omnipotentissime et indivisibili Trinitati ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum vota persolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ ejus insignia prædicamus pro eo quod nos ejus dispositione mirabili non solum ad hunc sanctæ congregacionis cœtum meruius adunari atque alternæ visionis intuitu confoveri, sed ex se nobis dicere contulit et in se dicta complevit, obnixius ejus impantes clementiam, ut sicut nos alterutras pacis osculo dulcissimo reddidit et definitionum nostrarum primordia lineavit ac consummatione sublimi perficiendo concludit, ita serenissimum ac piissimum dominum nostrum Egicanem regem, cuius jussu atque hortatu hic adunati sumus, salutiferæ defensionis clypeo protegat, vexillo fidei munit, atque cum gente et patria sibi credita per viam voluntatis sue deducat, quatenus protelatis præsentis ævi circuiculis feliciter polleat, et post hujus vitæ excursus numerositate pia actionis opimus cum his, quibus nunc principatur, ad Christum perveniat laudeandus.

Decretum judicii ab universis editum.

Actuum apostolorum probata satis et veneranda narrat historia quod, Iuda criminè præditionis damnato, nequaquam Spiritus sanctus super reliquos undecim illapsu cœlico est diffusus, quoadusque Matthias ab omnibus est præelectus in loco ejusdem apostolus : obinde scilicet, quia undenarius numerus transgressionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanae sedis episcopus suo facinore denotatus nostro ex corpore constat abscessus, ob id summopere numerositatem nostram convenit studeare, ut in loco ejus alio subrogato perfectioni debitis corpus nostrum reddatur, sicut per Matthiam perfectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia idem legatione superni numinis fungentes apostoli suū protestati dicentes : *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam* : illis videlicet odor vita in vitam qui præceptis eorum exhibere parentiam curaverunt, illis vero odor mortis in mortem qui eorum nihilominus monita contempserunt ; proinde quia prædictus Sisbertus Toletanae sedis episcopus eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate 580 dependere obsequiam, quo Ecclesiam Dñi ordine dehinc geret, humilitate instrueret et exemplis salutaribus ad regna siderea provocaret, sed bicipiti se percussens mucrone, superbie videlicet atque perjurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem regem non solum regno voluit privare, sed et mortis impensione perire, idco non congruit nos prius con-

nota describitur : In synodo Toletana rr sesquinta et episcoporum invocies hæc. Desumpta sunt ex B. R. cum variantibus exterorum lectionibus.

cilium inchoare, nisi illo prius canonica ac legali censura mulctato in loco ejus alias fuerit subrogatus Toletanæ sedis cathedralm retenturus. Idecirco nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus episcopus nostro est conventui præsentatus atque infidelitatis suæ inachinationem patuli oris est afflato professus. Unde nos per hujus decreti nostri formulam sœpe dictum Sisbertum secundum edictum priscum synodicas sanctionis ac decretum de talibus promulgatae legis ab episcopali ordine et honore dejicimus, a perceptione corporis et sanguinis Christi excommunicatum in exsilio propterea manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturus, excepto si eum principatis pietas cum sacerdotali conniventia dilegerit absolvendum.

Igitur quoniam favente Domino concilium est quam citius inchoandum secundum præelectionem atque auctoritatem toties dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit venerabilem fratrem nostrum Felicem Hispalensis sedis episcopum de præfata sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi ad sœpe dictam Toletanam sedem pertinentis prædictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletana sedem canonice transducimus, ut in eadem Hispalensi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracarense sedis episcopum, nec non et Felicem Portucalensis Ecclesiæ antistitem in præfata Bracarensis sedis pontificem subrogamus, ac perpetua sanctione unumquemque eorum in præfatis sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem quas suscipiunt Ecclesiæ pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificant, ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus illapsum sancti Spiritus ut duodecim apostoli mereamur, quo eus igne succensi et doctrina imbuti quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertineant et ad compescendos pravorum hominum mores sequissime promulgemus et laudes Altissimo devotis mentibus præcincamus. Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus a nobis in concilio delinquentis fore sociandum decernimus, et locum illuc debitum ut obtineat definimus.

581 Læs edita in confirmatione concilii.

Synodalis conventus et numerosa adunatio sacerdotum eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilominus terribilis cernitur, quod in medio coetus eorum præsentia individuae Trinitatis adesse nequamquam ambigitur, sancto protestante Evangelio: *Ubicunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti ibi sum et ego in medio eorum.* Quocirca quia se in eorum medio superni omnipotentis numinis adesse innotuit, quid aliud nisi quidquid ore depromitor inspiramine est ejus effectum, qui se inter eos est fassus habilitaturum? Unde gloria serenitas nostra ea quæ unanimitas eorum deproporsit, imo quæ per

A ora illorum Spiritus Sanctus promulgavit, venerabiliter suscepit, amanter amplectitur, et per hujus legis nostræ decretum firma in perpetuum manere decernit, inconclusibili consistere auctoritate instituit, et omnino modum robur obtainere decernit: scilicet ut a præsentis diei temporisque articulo omni vigilantia, omni sollicitudine, omni etiam cura quæque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur, et absque aliqua scrupulo:itate vel controversiæ oppositione serventur. Et quia ingruente inguinalis plague vastatione ad Narbonensem sedem pertinentes episcopi nequamquam sunt in hac sancta synodo aggregati, ideo per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes jubemus, ut omnes ad ejusdem cathedralæ diocesis pertinentes episcopi in eadem urbe Narbona cum suo metropolitano adunentur, et cunctis hujus concilii capitulois vigilaci ab eis iudicatione perfectis accedant ordinibus debitibus subscriptores. Si quis igitur carumdem definitionum constitutiones temerare præsumpserit, detrabere nisas fuerit, et miserabili ausu eis contraire tentaverit, ecclesiasticae communicationis sententia serie:ur, et rerum suarum quarta [E. 4, T. 1, 2, quinta] parte multctabitur.

In nomine Domini Flavius gloriosus Egica rex omnibus sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus: Ecce sanctissimi in Christo Patres et apostolico dogmate fidèles populi ducatores, synodicas aggregationis, vestræ unionem illo fiducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis vestræ sanctitudinis præbeatris suffragium, nostræque promulgationis consultum porrigit omnimode præstolatum. Promplissime etenim sœpe gloriæ nostræ serenitatis fert vel devotio ac puræ voluntatis flagrat devotis in plenitudo illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inlxerere, ac misericordiae **582** incremento regendi studium servare, quibus tempora nostra nullis adversitatibus stimulis commota, nullis civilibus vel externis excitationibus præpedia pacis munere florent ac miserationis nostra beneficio cumulata persistant: et quos forsitan pravæ infidelitatis implicat actio, respectu clementiae nostræ, si fas est, pietatis relevantur ex brachio, ut parcendo illis supernam mihi clementiam fauorem efficiam, et status gentis mee ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat. Sed quantum culparum noxaio remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio molitur, et crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur. Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbrescente negligia in contrarium vertitur, cum nec tandem vitia rep:imuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc sancto concilio liquido perpendatis, jamjamque alios plurimorum casus relatu opinabili didicistis, quibus

perfidiorum quotisqne simulorum nefariorum conatus A
deceptionis meæ quotidie excidium sentiam, vel
quanta patriæ fuerint insolenter conturbia excitata.
Quorum denique sceleratorum, qui et in præteritis
et nunc perfidisse detecti sunt, prævaricatione com-
pelliunt cœtus vestri universitatem consulere, ut
quid de talium excessibus, qui in præteritis vel nunc
usque nihilmet delinquisse noscuntur, agere serenitatem
nostram conveniat; utrum condignis sententiis cano-
nicae ac legaliter feriantur, an parcendo illis noxarum
debita imponita serventur, saluberrima unanimita-
tis [E. 4, T. 1, 2, humanitatis] vestrae promulgatione
attentius decernatur, illa nostræ gloriae vel succes-
sorum nostrorum principum licentia modis omnibus
reservata, ut si deinceps quisque contra regiam
potestatem, gentem, patriam nostram agere conatus
extiterit, juxta canoniam sententiam tempore præ-
cessoris nostri domini Sisenandi principis de talibus
personis in concilio editam vel legis sententiam, ejus
debeat pravitas acriter coerceri, tantum est, ut si eum
præmisimus quo emendationis studio errantium mibi
transgressio emendetur, salutaris vestri responsio
nostræ clarescat in sensibus. Nam et hoc decreti
vestri concedet sylo censendum, ut quia præcessor
nostre divæ memorie dominus Wamba rex in ipsis
regnandi primordiis Theudemundum Spatarium no-
strum contra generis vel ordinis sui usum, Festi
quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius
tantum regiae potestatis impulsu in eamdem Emeri-
tensem urbem numerariæ officium agere instituit,
quod etiam unius anni excursu 583 contra rationem
noscitur peregrisse, imo quia nec valuit imperio gentis
obstare, vestri edicto concilii ab eodem Theude-
mundo super omni posteritate talis actionis offi-
ciu[m] suspendatis, quo nullo ulteriori tempore tam
ipse quam omnis ejus progenies usque in finem sa-
culi ob hanc causam videantur aliquatenus molestari.
Datum sub die Kalendas Maias anno feliciter sexto
regni nostri, in Dei nomine sedis nostræ Toletæ.

Pontifices.

Ego Felix indignus urbis regiae episcopus hæc de-
creta synodalia a nobis edita subscripsi.

Ego Faustinus indignus Hispalensis sedis episcopus
hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Maximus indignus sanctæ Ecclesiae Emeritensis
episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita sub-
scripsi.

Ego Vera indignus Tarragonensis sedis episcopus
hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Ego Felix in Dei nomine Bracarensis atque Du-
micensium sedium episcopus hæc decreta synodalia a
nobis edita subscripsi.

Gaudentius Valeriensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Florus Mentesanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ervigijs Beterrensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Fructuosus Auresinæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Suniagius Laniobrensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Gaudia Empuritanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Bonifa Cauriensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Arcontius Elborensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Auredus Herdensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Gundericus Seguntinæ Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Spassandus Complutensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Basualdus Palentinæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Marianus Oretanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Wittiusclus Valentianæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Sonna Oxomensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Gavinus Arcabice Ecclesiae episcopus subscripsi.

Zacceus Cordubensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Anterius Segobricensis Ecclesiae episcopus 584
subscripsi.

Honories Malacitanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Arbidius Astigitanae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Pappulus Eliensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Decentius Segobiensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Avitus Urcitanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Felix Calagurritanae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Constantinus Aucensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Audebertus Oscensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Adelphus Tudensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Nepotianus Tirassonensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Sunigisidus Laniobrensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Potentius Lucensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Eppa Illicitanae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Joannes Egarensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Onemundus Salamanticensis Ecclesiae episcopus
subscripsi.

Balderejus Cæsaraugustanae Ecclesiae episcopus
subscripsi.

Involatus Dertosanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Argesindus Egitaniensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Isidorus Setabianæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Joannes Abiliensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Teudisclus Beatiensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Coniuldus Italicensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Wisfredus Ausonensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Lauifus Barciouensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Emila Conimbricensis Ecclesiae episcopus subscripsi.

Leovericus Urgellitanæ Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Sisebado Tuccitanæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Gerontius Asidouensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

- Basilus Bastitanus Ecclesiae episcopus subscripti. A mei Marcianni Pamphilouensis sedis episcopi, subscripti.
 Fionius Lamecensis Ecclesiae episcopus subscripti.
 Mirus Gerundensis Ecclesiae episcopus subscripti.
585 Landericus Olyssiponensis Ecclesiae episcopus subscripti.
- Joannes Pacensis Ecclesiae episcopus subscripti.
 Centerius Eliberitanus Ecclesiae episcopus subscripti.
Teudfredus Vesensis sedis Ecclesiae episcopus subscripti.
 Aurelius Astoricensis Ecclesiae episcopus subscripti.
- Abbates.*
- Gabriel misericordia Dei abbas h.ee decretal synodalia a nobis edita subscripti.
- Eulalius abbas subscripti. B
 Nerbantius abbas subscripti.
 Braulio abbas subscripti.
 Eugenius abbas subscripti.
- Vicarii episcoporum*
- Vitulus diaconus, agens vicem domini mei Marcianni Dianensis Ecclesiae episcopi, subscripti.
- 586** Vincomalus diaconus, agens vicem domini
- Crisces presbyter, agens vicem Agrippii Ossonensis sedis episcopi, subscripti.
- Comites et viri illustres.*
- Vitulus vir illuster comes patrimonii et dux hae decretal synodalia subscripti.
 Wimar comes subscripti.
 Teudulfus comes subscripti.
 Paulus comes subscripti.
 Teudfredus comes subscripti.
 David comes subscripti.
 Requisindus comes subscripti.
 Sisemundus comes subscripti
 Ella comes subscripti.
 Teodehittus comes subscripti.
 Bigesuindus comes subscripti.
 Ega comes subscripti.
 Afrila comes subscripti.
 Danila comes subscripti.
 Audemundus comes procer subscripti.
 Teudemundus comes procer subscripti.
-
- ## LXII
- ### CONCILIOUM * TOLETANUM DECIMUM-SEPTIMUM
- HABITUM ANNO RELIGIOSISSIMI AC SERENISSIMI DOMINI NOSTRI EGICANI REGIS SEPTIMO,
 SUB DIE V IDUS NOVEMBRI, AERA DCCXXXII.
- Dum in ecclesia gloriosae virginis et confessoris Christi sanctae Leocadie, quae est in suburbio Toletoano ubi sanctum ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum et Galliarum pontifices convenissemus, debitibus nobis in locis residentibus adfuit idem gloriosissimus princeps fervore sanctae devotionis accensus sanctique Spiritus munere plenus, et in medio nostri consistens inclitum caput reclinans sese a nobis benedici poposcit et orationum nostrarum effusione Domino commendari optavit. His itaque, ut moris est, actis, tomum manu propria nobis obtulit inquilens : Ecce sanctissimum ac reverendissimum Ecclesiae catholicae sacerdotale collegium et divini cultus honorabile sacerdotium, seu etiam vos illustrae aule regiae decus, ac magnificorum viro: um numerosus conventus, quos huic honorabili creatui nostra interesse celsitudo praecipit, quia satis longum est ea quae regni nostri utilitatibus seu genti et patriae nostrae necessaria sunt vobis proprii oris nostri alloquio enarrare, ideo **587-588** hunc tomum, quia universa quae nostra mansuetudo ad peragendum vestris sensibus debuit intimare dignoscitur continere, contrado, praecipiens pariter et exhortans vos per eam qui dixit : *Ubiunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo et ego ero in medio eorum;* quia ea quae tomus iste continet vel alia quae ad ecclesiasticam disciplinam pertinent seu diversarum causarum negotia quae
- In nomine Domini Flavius Egica rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus : Quo mentis ardore quantisque facies serenitatis nostrae sublimitas religionis sanctae amore succensa extuet, nec verborum prolixa potest ratione depromi nec litterarum apicibus annotari; quia in quantum fides Christiana spiritualium virgum lumen ineffabiliter comparatione coruscat, tunc sensus nostri brevitas necedum valet ejus enarrare mysteria. At nunc quantum profunditatis ipsius abyssum nequeamus pertingere, magna tamen devotio clementiae nostrae animos ad extortandam vestram sanctitudinem cognoscat, qualiter vos in hac sancta synodo residentis in primis de ejus mysterio edictis spiritualibus disputatis et apostolici vestri ordinis dogmata promulgetis, quo fidellum corda incomparabili sidere perillustrata infidelium quoque pectora mentis gressibus a lucubribus ad lumen conversa pertransirent. Pro nefandis denique Judaeis intra fines regni nostri degentibus ita

* Deest hoc concilium in A., AE., E. 3. Desumptum est ex Codice B. R. cum variantibus catenarum lectionibus.

primitimus, quod etiam absque non minimo moerore proferimus, qui ab initio propriorum rituum errore decepti Christi nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariisque nascens argumentis eundem alimæ fidei sectam deluserunt. Certum namque est verumque praconium in cuncto pene terrarum orbe relatione perspicua existit esse vulgatum, quod fidei plenitudine omnes semper Hispania florerent, unde nostram gloriam summa ratio cogit valida illis intentione resistere, cum in aliquibus mundi partibus alios dicuntur contra suos Christianos principes resultasse, plerosque vero justo Dei iudicio a Christicolis regibus interemptos fuisse; praesertim quia nuper manifestis confessionibus indubie invenimus hos in transmarinis partibus Hebreos alios consuluisse, ut unanimiter contra genus Christianum agerent præstolantes perditionis sue tempus, qualiter ipsius Christianæ fidei regulam depravarent: quod et per easdem professiones quæ vestris auribus sunt reserandas patebit. Nam et a primordio nostri regiminis, tanta fuit procorsa conversione mansuetudinis nostræ intentio, ut non solum diversis persuasionibus eos ad fidem Christi pertrahere conaremur, verum etiam et mancipia Christiana quæ pridem ob suam perfidiam per legis ordinem caruerunt ex tranquillitatibus nostræ decreto recipieren sollemmodo, ut per veræ conversationis [E. 4, conversationis] propositum expulsa procul cordis perfidia eos matris sinus Ecclesiae adoptivos exciperet. Sed et per cautionis [E. 4, causationis] seriem jurisjurandi attestatione submixa spondentes nec tandem promissa compleverunt, sed ritus et ceremonias solitas preculdubio egisse parventi sunt. Et quia divinæ voluntatis imperio reservati sunt regni nostri tempore corrigendi, necessar um fore nostra perpendit tranquillitas ut vestro nostrorumque optimatum generali conventu eorum nequitia quantocius refrenetur, quo opitulante Christo extirpata ipsorum confessum nequitia Christianum norme polleat et Christi fides infinite clarescat, ne tunc videatur tanta perfidiae obviari, quando Ecclesiam catholicam eorum dignoscatur adversitas impagnare. Ut ergo iam dira incredulitatis perversitas vixta dispereat, aut synodali emendatione a parentalii referentur errore, aut si placet uniformi vestra sententia falce maneant iustitiae desecati, sic quoque ut quid de illis cunctisque rebus ipsorum agere conveniat canonica vestri eostus sententia patenti stylo constitut, quod nostræ legis censura perpetuum stabile manere decernat, illis tantumdem Hebreis ad præsens reservatis, qui Gallia provinciæ videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere vel ad docatum regionis ipsius pertinere, ut quia delictis ingruentibus et externæ gentis incursu et plague inguinalis interitu passim ipsa ab hominibus desolata dignoscitur, cum omnibus rebus suis in suffragio ducis terræ ipsius existant et publicis utilitatibus profectum incunclanter exhibeant, ita ut secundum sanctæ fidei regulam ut veræ Christicolaæ vitañ suam corrigan, et omnem genuinæ incredulitatis errorem a suis cordibus pellant.

Quod si amodo vel in modicum detecti fuerint sanctæ fidei depravatores existere, illico de terra ipsa premoti eadem qua et prædicti parentes eorum causa erunt modis omnibus seriendo. Nam et quorundam sacerdotum non sinit veritas silere insaniam, qui ante saeculum altare Dei pro superstibus hominibus missas audeant dicere de defunctis, et cum aliis nocere intendunt ipsi 589 sibimet potius interfectores existunt et suorum incurront execidium animarum in eo quod scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam;* et dum quodam invicia vel malitia libore tam nefaria gerunt, unum est quia et Deo mentiuntur et in arcu perversum sacerdotalem ordinem vertunt. Quod si Domino mendacium hujusmodi sacrificio offerre non metuunt, B quid de cætero falsitatis loqui pavescunt? Petrum denique apostolum dixisse legimus Auaniæ menino: *Ut quid Satanus implevit cor tuum mentiri te Spiritui sancto, quia non es hominibus mentitus sed Deo?* Tanti quippe facinoris admissum vestro concilio committimus extirpandum, quo et illos qui talia egisse detecti sunt et eos a quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt, ac deinceps in tali errore quosque delapsos regula decernatis canonica seriendo ut illatam in semelipsos sentientes correctionem et male acta punient, et ne ab aliis ulterius flant sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostendat. His igitur præmissis causis populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentia vestre committimus dirimenda, ut quia multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, nulla sit occasio quæ vestrae mentis aciem ad promulgandam justitiam possit obtundere, nullus favoris se locus interserat lumen veritatis abecondere, quatenus ipse vestrorum judiciorum emissio luce claret æquitatis, justitiam proroget debitam populis, et ad cumulum nobis pertinet copiose mercedis. Sed et illud vestris precibus sedari obnoxius a Domino præoptamus, ut quia hostis humani generis quosdam nostrorum iubatus non desinit ad perditionem subripere, ex quo proprio culpa certantur facinore non quod absit nostræ potestatis gravedine corripi, tribus diebus hoc peracto concilio speciales obinde litanias contrito cordis arcano celebrare curetis, ita ut usque hujus anni spatium per singulos menses eodemque modo triduana jejunia peragatis, ut quia neminem de his quos ditio nostra superna pietas subdidit usquam perire voluimus, nec amplius quempiam perdere querimus, sed de gentis nostræ vel patriæ statu lætri afflatim delectamur, precatu saltem vestrae beatitudinis insidiarum stimula, quæ quotidie contra nostram gloriam preparant, a suis cordibus auferant et erga nostram serenitatem pura fidei sinceritate persistant, ut et a priorum lapsu se erectos esse congaudent, et nostra gloria ex hoc cum eis pacis et charitatis munere cumulata Christo Domino indecessa gratiarum vota persolvat.

De regula sanctæ fidei.

Necessarius ordo depositit ut secundum **590** Pauli vasis electionis edictum ante initium quaruincunque causarum regnum Dei queratur, quatenus ea quæ sequenter agenda sunt justissime opitolante Domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus fidei sanctæ mysterium, quod est salutis nostræ inconvvibile fundatum, ore proprio pandero et ructatione cordis patule enarrare: idcirco credentes et confitentes ea quæ in omnibus sanctis concilii sanctorumque patrum oraculis gloria confessio protulit, symboli etiam seriem quæ totius sanctæ fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proferimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sœcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantie, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus est, passus sub Pontio Pilato, et sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum [T. 4, 2, inde] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, ejus regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctorum Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: consiltemur unum baptisma in remissionem peccatorum, exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sœculi. Amen. Quia nostra credulitate, ut sauctorum Patrum adunatio edidit, reservata atque finita ad ea quæ sunt subsequenter agenda definitionis nostræ articulum vertimus.

I. De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fide ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sacerdotalium interposito.

Ternarius numerus in eo quod initium mediumque finemque sortitur Trinitatis speciem signare videtur, ac proinde quia numerositas sacerdotum in nomine sanctæ Trinitatis pro synodo peragenda assölet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente jejunio de mysterio sanctæ Trinitatis aliquisque spiritualibus sive pro moribus sacerdotum corrugendis, nullo sacerdotalium assistente, inter eos habeatur collatio, ita nempe ut dum scriptis causis sub nominis **591** divini timore per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem sanctæ Trinitatis juvamine ceterarum causarum negotia inoffensibili peraganter instantia.

II. De obierandis ostiis baptisterii in initio Quadragesimæ.

Licet in initio Quadragesimæ baptizandi generali-

A ter claudatur mysterium, tamen ut ecclesiasticæ consuetudinis ordo depositit necesse est ut ostia baptisterii in eodem die pontificali manu et annulo assignata [T. 4, 2, signata] claudantur, et usque in Cœnæ Domini solemnitatem nullatenus reserentur, ob id videlicet ut et per signaculum pontificum, excepto gravissimæ necessitatibus obventu, in his diebus monstretur per totum orbem non licere fieri baptismum et sanctificationem; iterum episcopali eadem observatione reserata signetur dominicae patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini, ut quia per baptismum conceputus est in morte Christi resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus atque decernimus, ut ita a totius Hispanie et Galliarum pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet Quadragesimæ, et ostia sancti baptisterii cum laudum consummatione claudantur, et ab episcopis suorum annolorum signaculo obsignentur, ita ut nisi in Cœnæ Domini celebritate, quando more solito altaria assolent devestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in præmemoratis Quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

III. De ablutione pedum in Cœna Domini facienda.

Cælibe satis ratumque Deo cernitur mysterium, si ejus exempla sequentes imitatores ipsius esse studeant Christicole mentes, dicente Domino: *Qui mihi ministeriat me sequatur.* Quocirca si Dominus redemptor noster discipulorum non designatus est ablutione aquæ ablueret pedes, protestante evangelista: *Surgens Jesus a cœna et ponens vestimenta sua cœpit lavare pedes discipulorum dicens: Si ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes;* cur nos pœna actionis exhibitione imbuti exemplorum ejus non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine in quibusdam ecclesiis in Cœnæ Domini litatione pedes fratrum a sacerdotibus non lavantur, nihil aliud obtententes **592** nisi solam traditionis consuetudinem, cum Veritas objurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* itemque præcellentissimus doctor et invictissimus martyr Cyprianus prosequens ait: *Frustra qui ratione vincantur consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit spiritualibus sequendum quod in melius fuerit a sancto Spiritu revelatum;* ideoque dum veritatis exemplum luce clarius enitescat et objurgationis ejus terribilis edicta præfulgeant, atque etiam doctoris præcipui sententia instruat majorem esse veritatem consuetudine, incassum nobis consuetudinem sine ratione objiciunt. Nam licet eadem ablutione pedum omni tempore ut fiat expedibile habeatur, tamen necesse est ut specialius in eodem die quo a

Christo gestum est omnimode observetur. Proinde A hæc sancta synodus decernit atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispanie et Galliarum ecclesias eadem solemnis celebretur, nisi pedes unusquisque pontificum seu sacerdotum secundum hoc sacrosanctum exemplum suorum lavare studeat subditorum. Quod si quisquam sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatiis sese noverit a sanctæ communionis perceptione frustratum.

V. *De sacris ministeriis vel ornamentiis ecclesiæ*

Sacerdotum quorundam improbanda voluntas et infausta temeritas sacrosancta sibi commissa altaris ministeria atque cætera ecclesiæ ornamenti non solum aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed, quod pejus est, suis ea non pertimescent usibus adjungere insumenda. Unde licet antiquorum Patrum sententia de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra disperdunt voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata, tamen in communione deinceps statut coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam et de universis ecclesiæ ornamentiis nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus vel voluntatibus constringere, vendere aut naufragare pertinet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit institutum, secundum prisca canonum instituta honoris proprii ordinem amittat, et ut sacrilegus perenni infamio denotatus a sanctæ communionis perceptione, exceptio in supremo temporis cursu, omnibus diebus vitæ suæ mercenari etiam; atque insuper si ejusdem temerarioris extiterit propriæ rei habitio, quidquid de eisdem sacris ministeriis vel ornamentiis ecclesiæ visus est naufragasse, aut ipso aut 593 pars ejus compellator parti ejusdem ecclesiæ ex integro reformare.

V. *De his qui missam defunctorum pro vivis audient malevolè celebrare.*

Dum sanctus Spiritus per os sanctorum suorum humano generi statuit omnibus modis mendacium praecavere, dicente Salomonem: *Noli narrare mendacium adversus fratrem tuum neque amico similiter facias*; et iterum: *Os quod mentitur occidit animam*; plerique sacerdotum qui prædicatores veritatis existere debuerunt, et ex quorum ore universitas plebium legem veritatis debet exquirere, secundum Salomonem^a qui dicit: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt de ore ejus, quia angelus Domini est, ita præpediente delicto atque sauciati inimicitiæ dolo non solum hominibus fallaciter loqui minime pertimescent, sed in sanctis basilicis supra altare Domini coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescant. Nam missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is pro quo ipsum offertur sacrificium ipsius sacrosancti libaminis interventu mortis ac perditionis incurrat periculum, et quod cunctis datum est in salutis remedium illi hoc*

^a *Textus est Malachie cap. II, vers. 7.*

perverso instinctu quibusdam esse expelunt in interitum. Obinde nostræ elegit unanimitatibus conventus, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprii deponatur ordinis gradu, et tam ipse sacerdos quam etiam ille qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exsilio perpetui ergastulo religati, exceptio in supremo vite curriculo, cunctis vitæ sue diebus sanctæ communionis eis deuegetur perceptio, quam Domino se crediderunt fraudulentio delibasse studio.

VI. *De diebus litaniarum per totos duodecim menses ce ebrandis.*

Quanquam priscorum Patrum institutio per totum annum per singulorum mensium cursum litaniarum vix decreverit persolvendum, nec tamen specialiter sanxerit pro quibus causis id ipsum sit peragendum, tamen quia cooperante humani generis adversario multa inolevit oberrandi consuetudo et jurisjurandi transgressio, ideo secundum evangelistam qui ait: *Vigilate et orate ne intratis in temptationem, in commune statuentes decernimus*, ut deinceps per totum annum in cunctis duodecim mensibus per universas Hispanie et Galliarum provincias pro statu Ecclesiæ Dei, pro incolumitate principis nostri atque salvatione populi, et indulgentia totius peccati et a cunctorum fidelium cordibus 594 expulsione diaboli, exomologesis votis gliscentibus celebretur, quatenus dum generalem omnipotens Dominus afflictioneum perspexerit, et delictis omnibus miseratus indulget, et sævientis diaboli incitamenta ab animis omniū procul efficiat.

VII. *De munitione conjugis atque prolis regis.*

Præminentium exercitium ac devotionis sanctæ studium, dum sese per diversa pia operationia gesta diffundit, et emolumentum sibimet conquirit virtus et bene operandi adhibet incentivum subjectis, ita nempe ut pro eo quod bene gessit recipiat a Deo mercedem, et pro eo quod ad bonum alios incitavit statim recepisse gaudeat retributionis vicem. Quapropter dum principalis sublimitas talia agit, perspicuum est ut a sancta Ecclesia prorogetur ei vicissitudo meredit, cur eamdem Ecclesiam studet exornare operibus justis, quatenus et ille ad bene agendum promptior magis magisque efficiatur, et subditorum D animus gratuita invitatione amplius roboretur. Ac proinde quia religiosus ac glorioissimus princeps noster Egica rex zelo zelans pro Domino Deo exercituum inimicos veræ fidei, qui diversa actione maluerunt catholicæ credulitatis statum evertore, et jurisjurandi profanationem, dum cærimoniarum suarum ritus contra suam pollicitationem maluerunt servare, visi sunt incurrisse, ita recto judicii tramite digna cernunt ultiōne percutere, quatenus et injuriam crucis Christi vindicare, et statum totius sanctæ Ecclesie conservaret, atque genti ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret. Ideo nos pro tot et tantis beneficiis, quibus tam sanctæ Ecclesie quam genti ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in

aliquo eidem principi piam retributionem rependere, per bujus definitionis nostrae sanctionem depromimus et per individuae Trinitatis inviolabile sacramentum cunctos tam nunc consistentes quam futuris temporibus, cuiuslibet ordinis vel generis, homines successentes convenimus ac contestamur, ut si quandoque contigerit quod gloria domina Cixilo regina diutinis et felicioribus serenissimi nostri principis Egicani annis transactis religiose existat in viduitate superstes atque ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate invictae pulsi, nullo odii stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti contra eos quisquam conetur assurgere; nullus circa evidentium culparum indicium per quascunque subtilissimas indagationes nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita cuiuslibet instantia obleratur Injustissimis iudeis, nullis maceretur inediis; nullus quoque **595** filii ac filiabus eorum contra eorum voluntatem religionis habitum imponat, aut exsilio ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod et dignitate pri ventur et extra debitum justitiae ordinem rerum suarum eis habitio auferatur, sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquista extiterint, imperturbato jure possideant, et de rebus ipsis judicare quod voluerint incunctam licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri ut sacerdotalibus præmuniantur oracula et eorum edictis reddantur per omnia liberales. Qui, si quandoque extiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ultiōe damnatus, a pagina coelesti abrasus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

VIII. De Iudeorum damnatione.

Sicut fidelium probitas magno debet dationis [T. 2, donationis] præmio muneari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. **A**equum, etenim est, ut domestici fidei copiosius sublimentur et adversari ejus durius condementur, quatenus et illi magis Domino suffragante proficiant et isti Deo obnitate deficiant. Et ideo quia plebs Iudeorum nequissima sacrilegii nota resparsa et effusione sanguinis Christi cruenta ac multoties jurisjurandi profanatione noscitur maculosa, ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est ut gravem sese incurrisse lugeant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum Ecclesiæ proturbare maluerunt, verum etiam aucti tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ ac populo universo, ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes diversas in catholicos exercerent strages. Unde crudelis et stupenda præsumptio cru-

A deliori debet extirpari suppicio, et ita in eis ordinatum debet servire judicium quatenus usquequa puniatur quod nequiter definitum prænoscitur. Quia de causa dum in hac sancia synodo per aliarum causarum semitas dirigeremus cautissime gressus, exemplo eorumdem infidolorum conspiratio ad uniuersitatem nostræ pervenit anditus, eo quod non solum contra suam pollicitationem suorum rituum observatione lunicam fidem, qua eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater Ecclesia, **596** maculaverint, sed et regni fastigium sibi, ut præmissum est, per conspirationem usurpare maluerint. Quod infustum facinus dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conventus, bujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili B feriri censura, scilicet ut ex jussione piissimi et religiosissimi principis nostri Egicani, qui zelo Domini accensus et sanctæ fidei ardore compulsus non solum injuriam crucis Christi vindicare vult, sed et gentis suæ ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum saevius decrevere, acrius extirpare intendit, suis omnibus rebus nudati, et ipsæ resculæ fisci viribus sociate tam eorumdem perfidorum persona quam uxores eorum ac filiorum vel reliquæ posteritatis a locis propriis exsolutæ per cunctas Hispaniaz provincias perpetuæ subjectæ servituti, his quibus eos juserit servituros largitæ, maneant usquequa dispersæ: nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus ad ingenuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examinissim faciuncrum suorum macula denotavit. Sic tamen decernimus, ut secundum electionem principis nostri aliqui ex servis Christianis eorumdem Iudeorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis saepe fatus dominus noster per auctoritatum seriem aut scripturas libertatis conferriri elegerit, accipiunt; et quidquid functionis in rationem publicam ipsi Iudei visi sunt bacchanus persolvisse, predicium illorum servi, quos idem princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione in omni debeat integrata persolvere. Illi denique qui eosdem Iudeos ex largitione saepe fati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ glorie conscribant, quatenus in nullo eos permittant rituum suorum cærimonias celebrare aut colere vel quascunque parentalis perfidie semitas imitari. Sed et filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes ipsi eorum domini qui eos accepterint per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant, ea scilicet ratione ut et masculos Christianis feminis in conjugio copulent, et feminas Christianas similiiter viris maritali societate adjungant, et neque parentibus, sicut diximus, neque filiis sit penitus licentia quoquo pacto Judaicæ superstitionis cærimonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

De gratiarum actione.

Cunctis denique ad sacrae institutionis vel aliorum

negotiorum ordinem pertinentibus Deo samente consummatis atque finitis, eidem 597 regi omniū Domino et inestimabiliter gloriose grates ineffabilem pandimus, concensus melodicos insonamus, et hymnorū vota continua jubilatione præcinnimus pro eo quod universitatem nostram sub sui nominis timore in ugum colligit, et vicissim nos nobis visione alterutra præsentauimus reddidit; ejus obnixius omnipotentiam precibus indecessis erantes, ut orthodoxo ac religiosissimo principi nostro Egicano longævitatem felicium temporum largiatur, per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus, tribuens ei sibi creditarum plenium phalangas pie regere, moderamine discreto disporere, ac miserationis ore fulcire, quo post enormes temporum cursus de temporali regno ad regnum perpetuum gestis piissimis opulentum eum transferre dignetur usquequaque ecclelicis sociandum, cuius iussu atque imperio ad hunc pacis conventum congregari fuisse cognoscimur.

Lex in confirmatione concilii edita.

Congruum satis genti ac patriæ nostræ atque expeditibile perpenditur omni Ecclesiæ, si ea quæ

synodali desolvuntur conventu 598 principali confirmantे stylo. Idcirco per hujus legis decretum serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiaæ quæ in hac sancta synodo promulgatae noscuntur, firmissima stabilitatis obtineant robur; id est: De tribus diebus quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fidè ac de aliis rebus spiritualibus, nullo secularium interposito; De obserandis ostiis baptisterii in initio quadragesimæ; De ablatione pedum in Cœna Domini facienda; De sacris ministeriis vel ornamentiis ecclesiarum; De his qui missas defunctorum pro vivis audent malevolemente celebrare; De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis; De munitione conjugis ac prolis regie: De Judeorum damnatione.

Quarum omnium constitutionum decreta quicunque temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cuiuslibet sint generis, personæ vel ordinis, secundum præcedentium conciliorum leges, quæ in confirmationem eorum sunt promulgatae, sive excommunicatione seu etiam damno invenient usquequaque damnati.

LXIII

CONCILIUM BRACARENSE PRIMUM

OCTO EPISCOPORUM, HABITUM AERA DYCIS, ANNO TERTIO AR. AMIRI^a REGIS, DIE KALENDARUM MAIARUM.

Cum Gallæcia [U., Gallia] provinciæ episcopi, id est Lucretius, Andreas, Martinus, Cottus, Ildebricus, Lucetus, Timotheus, Maliosus, ex præcepto præfati gloriissimi Ariamiri regis in metropolitana ejusdem provinciæ Bracarense ecclesia convenissent, consedentibus simul episcopis, præsentibus quoque presbyteris, astantibusque ministris vel universo clero, Lucretius memorata metropolitana ecclesiæ episcopus dixit: Diu est, sanctissimi fratres, quod secundum instituta venerabilium canonum et decreta catholicæ et apostolicæ discipline desiderabamus sacerdotalem inter nos fieri debere conventionem, qui non solum ecclesiasticis regulis et ordinibus opportunitas est, sed etiam stabilem semper efficit charitatis fraternæ concordiam, dum congregati simul in nomine Domini sacerdotes ea inter se salutifera collatione requirunt quæ secundum doctrinam apostolicam unitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc igitur quoniam optatum nobis hujus congregationis diem gloriissimum atque piissimum filius noster aspirante sibi Domino regali præcepto concessit, et simul positi 599-600 consedemus, prius, si placet, de institutis fidei catholicæ perquiramus, tum deinde sanctorum Patrum instituta recensisit canonibus innotescant, postremo quedam etiam quæ ad obsequium Dei vel officium pertinent clericale diligenter pertractentur, ut si qua fortasse vel per ignorantiam

desidiam, vel per longi temporis incuriam, aut varia inter nos habentur aut dubia, ad unam sicut debet rationis ac veritatis formulam revocentur. Omnes episcopi dixerunt: Prosecutio tua beatitudinis justa est, ea namque de causa convenimus ut aliqua nobis ecclesiastica constructionis utilitas commodetur. Lucretius episcopus dixit: Prius ergo de statutis fidei sicut superius dictum est proferamus^b; nam licet jam olim Priscillianæ heresis contagio Hispaniarum provinciis detecta sit et damnata, ne quis tamen aut per ignorantiam aut aliquibus, ut assulet, scriptoris deceptus apocryphis aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus, manifestius ignarus hominibus declaretur qui in ipsa extremitate mundi et in ultimis hujus provinciæ regionibus constituti aut exiguum aut pene nullam recte eruditio nescitiam coniigerunt. Credo autem vestre beatitudinis fraternitatem posse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus fere existit apostoli Petri successor, per Turibium notarium sedis suæ ad synodum Gallicæ contra impiam Priscilliani sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepta Tarragonensis et Cartaginensis episcopi, Lusitani quoque et Bætici, facta inter se concilio, regulam fidei contra Priscillianam heresem cum aliquibus capitulis conscribentes

^a AB., T. 2, Argemiri, sicque postea hoc nomen in ibidem scribitur.

^b AE., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *conferamus.*

ad Balconium, tunc hujus Bracarensis Ecclesiae prae-
sulem direxerunt. Unde quia et ipsum præscriptæ
fidei exemplar cum suis capitulis præ manibus hic
habemus, pro instructione ignorantium, si vestræ
placet reverentiae, recitetur. Omnes episcopi dixer-
unt: Valde necessaria horum capitulorum est lec-
tio, ut dum simplicioribus quibusque pristina san-
ctorum Patrum statuta panduntur, abominata jam
olim a sede beatissimi Petri apostoli et damnata
Priscillianæ hæresis figmenta cognoscant. Lectum
est exemplar fidei cum capitulis suis, que ne pro-
lixitatem facerent his gestis minime sunt inserta.
Post lectionem capitulorum omnes episcopi dixerunt:
Licet horum capitulorum lectio necessaria recensita
sit, tamen evidenter et simplicius ea quæ sunt ex-
secrebilia, ita præpositis etiam modo capitulis decla-
rentur, ut et qui minus est eruditus intelligat, et sic
sub anathematis sententia explosa jam olim Priscil-
lianæ erroris figmenta damnentur; ut quisquis cleri-
cus vel monachus sive laicus tale aliquid sentire adhuc
vel defendere fuerit deprehensus, tanquam vere putre
membrum continuo de corpore abscidatur catholicæ
Ecclesiæ, ne aut societas ejus maculam suæ pravita-
tis recte creditibus ingrat, aut amplius de permix-
tione talium aliquod orthodoxis reputetur oppro-
rium.

*Proposita contra Priscillianam hæresem capitula et
relecta continent hæc.*

I. Si quis Patrem et Filium et Spiritum sanctum
non confiteatur tres personas unius esse substantiarum
et virtutis ac potestatis, sicut catholica et apostolica
Ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit
esse personam, ita ut ipse sit Pater qui Filius, ipse
etiam sit Paraclitus Spiritus, sicut Sabellius et Pri-
scillianus dixerunt, anathema sit.

II. Si quis extra sanctam Trinitatem alia nescio
quæ divinitatis nomina introducit dicens, quod in
ipsa divinitate sit Trinitas Trinitatis, sicut Gnostici
et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

III. Si quis dicit Filium Dei Dominum nostrum an-
tequam ex virgine nasceretur non fuisse, sicut Paulus Samosatenus et Photinus et Priscillianus dixer-
unt, anathema sit.

IV. Si quis Natalem Christi secundum carnem non
vere honorat, sed honorare se simulat jejunans in eo-
dein die, et in dominico, quia Christum in vera ho-
minis natura natum esse non creditit, sicut Cerdon,
Marcion, Manichæus et Priscillianus dixerunt, ana-
thema sit.

V. Si quis animas humanas vel angelos ex Dei cre-
dit substantia extorrisse, sicut Manichæus et Prisci-
llianus dixerunt, anathema sit.

VI. Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti
habitacione peccasse, et pro hoc in corpora humana in
terræ dejectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

VII. Si quis dicit diabolum non fuisse prius bonum
angelum a Deo factum nec Dei opificium fuisse na-

A turam ejus, sed dicit eum ex chao et tenebris emer-
sisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum
esse principium atque substantiam mali, sicut Mani-
chæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

VIII. Si quis credit quia aliquantas in mundo crea-
turæ diabolus fecerit, et tonitrua et fulgura et tem-
pestates et siccitates ipse diabolus sua auctoritate
faciat, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

IX. Si quis animas et corpora humana fatalibus
stellis credit astringi, sicut pagani et Priscillianus
dixerunt, anathema sit.

X. Si quis duodecim signa de sideribus, quæ ma-
themati observare solent, per singula animi vel
corporis membra disposita credunt et nominibus pa-
triarcharum ascripta **801** dicunt, sicut Priscillianus
dicit, anathema sit.

XI. Si quis conjugia humana damnat et procrea-
tionem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus et
Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XII. Si quis plasmationem humani corporis dia-
boli dicit esse figmentum, et conceptiones in uteris
matrum operibus dicit dæmonum figurari, propter
quod et resurrectionem carnis non credit, sicut Ma-
nichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XIII. Si quis dicit creationem universæ carnis non
opusculum Dei, sed malignorum esse angelorum, sicut
Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XIV. Si quis immundos putat cibos carnium, quos
Deus in usus hominum dedit, et non propter afflic-
tionem corporis sui, sed quasi immunditiam putans
ita ab eis abstineat, ut nec olera cocta cum carnis
prægustet, sicut Manichæus et Priscillianus dixer-
unt ^a, anathema sit.

XV. Si quis clericorum vel monachorum præter
matrem aut germanam vel thian vel quæ proxima
sibi consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi
adoptivas feminas secum retinent et cum ipsis coha-
bitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit.

XVI. Si quis quinta feria paschali, quæ vocatur
Coena Domini, hora legitima post nonam jejonus in
ecclesia missas non tenet, sed secundum sectam
Priscilliani festivitatem ipsius diei ab hora tertia per
missas defunctorum soluto jejunio colit, anathema sit.

XVII. Si quis scripturas, quas Priscillianus secun-
dum suum depravavit errorem vel tractatus Dictinii
quos ipse Dictinius antequam converteretur scripsit
vel quæcumque hæreticorum scripta sub nomine pa-
triarcharum, prophetarum vel apostolorum suo er-
rori consona confixerunt, legit et impia eoru figura-
menta sequitur aut defendit, anathema sit.

Propositis his capitulis et relectis Lucretius epi-
scopus dixit: Quoniam ea, quæ catholicis abominanda
sunt et damnanda, manifestius et apertius etiam
ignorantibus declarata sunt, necessarium post hoc
arbitror, si vestræ fraternitati videtur, ut instituta
nobis sanctorum Patrum, recensisit antiquis canonis-
bus, innotescant; quæ etsi non omnia certe vel pauca
quædam quæ ad instructionem clericalis disciplinae

^a AE., B. R., E. 3, U., G., docuerunt.

pertinent relegendur. Omnes episcopi dixerunt. Placuit hoc dictum, et congrua res est, ut quibus formasse per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiunt sanctorum canonum regulam et observent. Relecti ex Codice coram concilio **602** tam generalium synodorum canones quam localium: post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit: Ecce et ipsa canonum lectione agnoscat sancta fraternitas vestra non solum in generalibus conciliis, sed etiam in localibus congregatis simul sacerdotes uno consensu ea quæ ecclesiastico conveniebant ordinis statuisse, et secundum quod uniuscujusque rei exhibebat ratio prospexit, sequentes sententiam doctrinæ apostolicæ dicentis: *Probate quæ bona sunt et tenete.* Si ergo placet charitati vestra, quia sunt aliqua ecclesiastica institutionis obsequia, quæ in hujus præsentim extremitate provinciæ, non per contentionem, quod absit, sed magis sicut præfati sumus per incuriam aut per ignorantiam variantur, constituamus quædam inter nos capitula, ut quæ non uno modo tenentur a nobis ad unam omnino formulam revocentur. Omnes episcopi dixerunt: Necessarium et valde hoc utile arbitramur, ut ea quæ apud unumquemque nostrum varia et inordinata consuetudine retinentur, unito inter nos per Dei gratiam et concordiam celebrentur officio, et idcirco si quid illud est magnum vel parvum quibus variari videatur, ad unam, sicut dictum est, formulam præfixis rationabiliter capitulis revocetur: præcipue cum et de certis quibusdam causis instructionem apud nos sedis apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationem quondam venerandæ memorie præcessoris tui Profuturi ab ipsa beatissimi Petri cathedra directa est. Lucretius episcopus dixit: Recte vestra fraternitas pro auctoritate sedis apostolicæ reminiscitur ^b est, quæ licet eodem tempore innotuerit quo directa est, tamen pro firmitate testimonii et instructione multorum, si vestra unanimitati complacet, quia præmanibus est, coram his omnibus relegatur. Omnes episcopi dixerunt: Justum est ^c, ut quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quæ sit ejus doctrina a circumstantibus audiatur. Relecta est auctoritas sedis apostolicæ ad quondam Profuturum directa episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minime est inserta. Post cujus lectionem Lucretius episcopus dixit: Manifestius patet apostolicam nobis opitulari doctrinam; et ideo sicut fraternitas vestra prædictit, si quid per ignorantiam apud quosdam variat ^d, ad uniformem concordiae regulam præscriptis inter nos capitulis astringatur. Proposita sunt igitur capitula et relecta, quæ continent bæc:

I. De uno ordine psallendi ^e.

Placuit omnibus communi consensu ut unus **603** atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officiis teneatur, et non diverse ac private, ne-

^a A.E., B.R., E. 4, T. 1, 2, ceteris.

^b Ex reliquis, præter A., in quo: terminata.

^c A.E., dixerunt: *Placet et justum est.*

A que monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixtae.

II. De solemnum diebus.

Item placuit ut per solemnum dierum vigilias vel missas omnes easdem et non diversas lectiones in ecclesia legant.

III. De salutatione: Dominus vobiscum.

Item placuit, ut non aliter episcopi et aliter presbyteri populum, sed uno modo salutent dicentes: *Dominus sit vobiscum*, sicut in libro legitur Ruth, ut respondeatur a populo: *Et cum spiritu tuo*; sicut et ab ipsis apostolis traditum omnis retinet Oriens, et non sicut Priscilliana pravitas permutavit.

IV. De ordine missarum.

Item placuit, ut eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, quem Profuturus quondam hujus metropolitanæ Ecclesiæ episcopus ab ipsa apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum.

V. De ordine baptizandi.

Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem et antea tenuit metropolitana Bracarensis Ecclesia, et pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus ab episcopis scriptum sibi et directum a sede beatissimi apostoli Petri suscepit.

VI. De primatu episcopi.

Item placuit, ut conservato metropolitani episcopi primatu cæteri episcoporum secundum suæ ordinatiois tempus alias alio sedendi deferat locum.

VII. De rebus ecclesiæ.

Item placuit, ut ex rebus ecclesiasticis tres aequi siant portiones, id est una episcopi, alia clericorum, tertia in recuperationem vel in lumaria ecclesiæ: de qua parte sive archipresbyter sive archidiaconus illam administrans episcopo facial rationem.

VIII. De ordinatione alterius clerici.

Item placuit, ut nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut et antiqui canones veluerunt, nisi forte signata ipsis episcopi scripta suscepit.

IX. De orario diaconi.

Item placuit, ut quia in aliquantibus hujus provinciæ ecclesiis diacones absconsis infra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differri a subdiacono videantur, de cætero superposito scapulæ, sicut decet, utantur orario.

X. De vasibus altarium.

Item placuit, ut non licet cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nisi bis qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

XI. De lectoribus ecclesiæ.

Item placuit, ut lectors in ecclesia habitu sacerdotali ornati non psallant, neque granos gentili ritu dimittant.

XII. De canonicis Scripturis.

Item placuit, ut extra psalmos vel canonicarum

^d B.R., E. 4, T. 1, 2, varia habetur.

^e Illi tituli in A. et A.E. ad marginem depicti sunt; desunt in rel. quis.

Scripturarum Novi et Veteris Testamenti nihil poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut et sancti præcipiunt canonos.

XIII. *Ubi omnes communicant.*

Item placuit, ut intra sancuinarium altaris ingredi ad communicandum non licet laicis, viris vel mulieribus, nisi tactum clericis, sicut et in antiquis canonibus statutum est.

XIV. *De oleribus et carnibus.*

Item placuit, ut quicunque in clero cibo carnium non utuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tantum pre-gustare cogantur; quod si contempserint, secundum quod de his talibus sancti Patres antiquitus statuerunt, necesse est eos pro suspicione hæresis hujus officio excommunicatos omniibus modis removeri.

XV. *De auctore excommunicatorum.*

Item placuit, ut hi qui pro hæresi aut pro criminis aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut et antiqua canonum continent stulta; quæ si quis spernit voluntarie se ipsum alienæ damnationi tradet.

XVI. *De his qui se ipsos interficiunt.*

Item placuit, ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum aut per venenum aut per precipitum aut suspenditum vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla illis in oblatione **605** commemorationis fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim hoc sibi per ignorantiam usurparunt. Similiter et de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur.

XVII. *De catechumenis defunctis.*

Item placuit, ut catechumenis sine redemptione baptismi defunctis simili modo neque oblationis conmemoratio neque psallendi impendatur officium, nam et hoc per ignorantiam usurpatum est.

XVIII. *De corporibus defunctorum.*

Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sanctorum sepellantur, sed si necesse est de foris circa murum basilicæ usque adeo non abhorret. Nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitus murorum cuiuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere?

XIX. *De benedictione chrismatis.*

Item placuit, ut si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium consecrare, a suo officio deponatur, nam et antiqui hoc canones vetuerunt.

XX. *De laicorum gradu.*

Item placuit, ut ex laico ad gradum sacerdotii ante non veniat, nisi prius anno integro in officio

A lectorati vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat, et sic per singulos gradus eruditus ad sacerdotium veniat; nam satis reprehensibile est ut qui necdum didicit jam docere præsumat, dum et antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

XXI. *De collatione fidelium.*

Item placuit, ut si quid ex collatione fidelium aut per festivitatem martyrum aut per commemorationes defunctorum offertur, **606** apud unum clericorum fideliter colligatur, et constituto tempore aut semel aut bis in anno inter omnes clericos dividatur; nam non modica ex ipsa inæqualitate discordia generatur, si unusquisque in sua septimana quod oblatum fuerit sibi defendat.

XXII. *De præceptis canonum antiquorum.*

B Item placuit, ut quacumque præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullus andeat præterire: si quis autem quasi contumax transgreditur illa, necesse est ut de suo degradetur officio.

C Relectis capitulis Lucretius episcopus dixit: Quia opitulante nobis Domino ea quæ ad firmatatem catholicæ orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant unanimi sicut oportebat collatione decrevimus, restat nunc ut ex omnibus his quæ per gratiam Dei salubriter statuta sunt, propriam unusquisque nostrum studeat docere atque informare dioecesim. Si quis autem ex nobis in parochiis suis post agnita hujus concilii constituta aut clericum aut monachum sanæ huic doctrine resistentem invenerit aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare persenserit, et non continuo illum excommunicatum et anathematizatum de ecclesia foris ejicerit, ita ut cum hujuscemodi homine nec cibum aliquis fideliū communicare præsumat, noverit se is qui talem recipit et fratrem esse excommunicationi obnoxium et divinae proculdubio sententiæ reum. Omnes episcopi dixerunt: Quæcumque a nobis unito per Dei gratiam communī consensu decreta sunt pervigili necesse est sollicitudine obseruantur, quæ ut stabilem placitam constitutionis obtineant firmatatem propria unusquisque his gestis manu subscrivat. Et post episcoporum subscriptio subsecuta est.

D Lucretius episcopus subscripsi.

Andreas episcopus subscripsi.

Martinus episcopus subscripsi.

Cortus episcopus subscripsi.

Ildericus episcopus subscripsi.

Lucetius episcopus subscripsi.

Timotheus episcopus subscripsi.

E Maliosus j. T. 2, Meliosus. U., G., Maliosus j. episcopus subscripsi.

CONCILFUM BRACARENSE SECUNDUM

DUODECIM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO SECUNDO REGIS MIRONIS, DIE KALENDARUM JUNIARUM,
AERA DCX.

607-608 Cum Gallæciae provinciæ episcopi tam ex Bracarensi quam ex Luceensi synodo cum suis metropolitanis præceptione præfati regis simul in metropolitana Bracarensi ecclesia convenissent, id est Martinus, Nitigis ^a, Remisol, Andreas, Lucretius, Adoricus, Witimer, Sardiniarius, Viator, Anila, Polemius, Mahiloc, consentibus his simul episcopis atque universo clero præsente, Martinus Bracarensis Ecclesiæ episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus provenisse, sanctissimi fratres, ut per ordinationem domini glorioissimi filii nostri regis ex utroque concilio conveniremus in unum, ut non solum de visione alterutra gratulemur, sed etiam ea quæ ad ordinationem et disciplinam ecclesiasticam pertinent pariter colloquamur; scriptum est enim in Evangelii dicente Domino: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum.* Nitigis Lucensis Ecclesiæ episcopus dixit: Nec aliud potest credi nisi ea quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum, divina inspiratione et inchoari et perfici posse: et ideo unanimis omnes atque id ipsum in Domino sentientes quæcumque ad instructionem nostram pertinent in medium prolatæ desideramus agnoscere. Martinus episcopus dixit: Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primum in Ecclesia Bracarensi episcoporum concilium congregatum est, post multa quæ ad concordiam recte fidei fuerant roborata aliqua etiam quæ regularem sanctorum canonum continent discretiōnem firmavimus, quorum utilitas ut possit evidenter in memoriam revocari, ipsa si vobis placet epistola in vestra presentia relegatur. Omnes episcopi dixerunt: Oportet omnibus modis ut in omnium auribus qui hic astant recitetur.

Recitatis ergo capitulis, quæ ne prolixitatem facerent bis gestis minime sunt inserta, Martinus episcopus dixit: Ilæc ergo quæ modo sunt recitata, quæ nobis tunc aut varia aut dubia aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo directa sunt et suam immobiliter obtinent firmatatem: quæ autem tunc in memoriam non reverunt aut onerosum fuit in primo illo concilio multa simul ingerere, necessarium videatur modo ad notitiam sanctæ vestre charitatis deferri, eo specialiter prospectu ut speciali ventilata examine purgentur. Sancti enim Patres ac præcessores nostri ad generales synodos undique collecti pro unitate recte fidei fecerunt, sicut in Nicaea contra Arium trecenti decem et octo, et in Constantinopoli contra Macedonium centum et quinquaginta, et in Epheso contra Nestorium ducenti, et in Chalcedone contra

A Eutychen sexcenti et triginta, aut certe speciales synodos per suas unusquisque provincias pro resecandis contemplationibus vel emendandis aliquorum negligentiis collegunt, et prout eventus culparum aut qualisunque excessus exigit per singulas quasque definitas canorum sententias mediante inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos legere et intelligere et tenere [*Æ.*, retinere]. Et quia optimamente Christi gratia de unitate et rectitudine fidei in hac provincia nihil est dubium, illud modo nobis specialius est agendum, ut si quid fortasse extra apostolicam disciplinam per ignorantiam aut per negligentiam reprehensibile invenitur in nobis, recurrentes ad testimonia sanctorum Scripturarum vel antiquorum canorum instituta, adhibito communi B consensu omnia quæ displicuerint rationabili iudicio corrigamus: et primum, si placet, relectis beati apostoli Petri præceptis, quæ pro regula sacerdotum in sua epistola evidenter scripsit, quidquid non eodem tenore sicut princeps apostolorum edocuit agi videtur a nobis sine utili cunctatione ad emendationem ducere festinemus, ne fortasse dum aliis prædicamus, ipsi reprobi effecti divino illo condemnemur **609-610** eloquio dicente: *Tu vero odisti disciplinam et projecisti sermones meos post te.* Omnes episcopi dixerunt: Cupimus memoratam apostoli Petri epistolam ad locum, ubi sacerdotes docet, audi. Tunc allato libro hæc ex eadem epistola recitata sunt: *Seniores obsecro conserior: pascite qui est in vobis gregem Dei providentes, non coacte sed spontane secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie, neque ut dominantes in b clericis sed forma facti gregis ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum recipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.* His relectis omnes episcopi dixerunt: Cognitis his quæ ex epistola beati Petri apostoli recitata sunt, desideramus auxiliante Dei gratia divinis obediens præceptis et apostolicæ epistolæ, quæ nobis recitata est, in his omnibus formulam imitari, ne forte in aliquibus inordinate ambulantes divino, quod absit, iudicio condemnemur, sed ut sanctorum Patrum vestigia subsequentes in ipsorum requiem mereamur esse participes, et immarcescibilem illam gloriæ coronam, quæ repromissa est, cum ipsis accipere mereamur. Ob hoc ergo tuam simul omnes depositimus charitatem, ut has omnes causas singulis capitulis breviter comprehendas, qualiter corrigi debeant, his gestis subter annæcias, quæ cum studiosius relecta et in notitiam omnium nostrorum evidenter fuerint perducta, propria unus-

^a B. R., E. 4, T. 1, *Nitigisis.* E. 5, *Nitigisus.* T. 2, *Nitigisius;* sive infra scribit.

b T. 1, in clericis, T. 2, in clero.

quisque manu pro eorum emendatione et confirmatione subscribat, ut non solum nobis, sed etiam successoribus nostris haec ad perfectionem episcopalis officii decretal proficiant.

I. *Ut episcopus ambulet per diocesem suam, et ante viginti dies Paschæ catechumeni doceantur symbolum.*

Placuit omnibus episcopis atque convenit, ut per singulas Ecclesias episcopi per dioceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum, et quæcunque officia quomodo peragantur; et si recte quidem invenerint, Deo gratias, sin autem minime, docere debeant ignoratos, et hoc modis omnibus præcipere, ut sicut antiqui canones jubent ante dies viginti baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni currant: in quibus viginti diebus omnino catechumeni symbolum quod est: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, specialiter doceantur.* Postquam ergo haec suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alio die convocata plebe ipsius ecclesiæ doceant illos, ut errores fugiant idolorum vel diversa crimina, id est homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium et reliqua peccata mortifera, aut quod nolunt sibi fieri alteri nou faciant, et ut credant resurrectionem omnium hominum et diem judicii, in qua unusquisque secundum sua opera recepturus est: et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiatur ad aliam.

II. *Ut episcopus per diocesem ambulans duos solidos tantum accipiat, neque tertiam partem de oblationibus querat, et ut clerici non cogantur more servili.*

Placuit ut nullus episcoporum, cum per suas dioceses ambulant, præter honorem cathedrae suæ, id est duos solidos, aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat; sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ vel recuperatione servetur, ut singulis annis episcopo inde ratio fiat: nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et sacra tecta abstulit ecclesiæ. Similiter et ut parochiales clerici servili more in aliquibus operibus episcopi non cogantur, quia scriptum est: *Neque vi dominantes in clero.*

III. *Ut episcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat.*

Placuit ut de ordinationibus clericorum episcopi nunera nulla accipiunt, sed ut scriptum est quod gratis donante Deo accipiunt gratis dent, et non aliquo pretio gratia Dei et impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens: *Anathema danti et accipienti.* Propterea quia aliquanti multis sceleribus obruti sancto altario indigni ministrantes non hoc testimonio bonorum actum sed profusione munerum obtinent, oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

IV. *Ut pro chrismate episcopus nihil accipiat.*

Placuit ut modicum balsami, quod benedictum pro

* Sic, forte pro expoliationem. Edit.

A baptismi sacramento per ecclesias datur, quia singuli tremisses pro ipso exigi solent, nihil ultius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon magus donum Dei pecunia emere, ita nos vendundare damnabiliter videamur.

V. *Ut pro consecratione basilicæ episcopus nihil exigit.*

Placuit ut quoties ab aliquo fideliū ad consecrandas ecclesias episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod e fundatore 611 requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuat; si vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nihil exigitur ab illo. Hoc tantum unusquisque episcoporum meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam aut basilicam, nisi antea dotem basilica et obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat: nam non levis est ista leineritas, si sine luminariis vel sine sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata, ita consecretur ecclesia.

VI. *Ut si quis oratorium pro quæstu suo in terra sua fecerit non consecretur.*

Placuit ut si quis basilicam non pro devotione fidei sed pro quæstu cupiditatis sedificat, ut quidquid ibidem oblatione populi colligitur medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua ipse condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri, hoc ergo de cætero observari debet, ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, ut basilicam quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

VII. *Ut de baptizatis nullus accipiat præmium.*

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offrant, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiantur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non babent quod offerre, nullum illis pignus violenter tollatur a clericis: nam multi pauperes hoc timentes filios suos a baptismo retrahunt, qui si forte dum differunt sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum expolia * pertimescentes a baptismo se gratia retraxerunt.

VIII. *Ut qui clericum accusaverit et id non probaverit, excommunicetur.*

Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impedit, secundum præceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo: quod si non potuerit datis testimoniis approbare quæ dixit, excommunicationem accusati accusator excipiat.

IX. *Ut per singulos annos a metropolitano episcopis Pascha prænuntietur.*

Placuit ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodi observeatur, ut superventorum ipsius anni 612 Pascha, quo Kalendiarum die vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntietur: quod cæteri episcopi vel reliquus clerus breviculo subnotantes unusquisque in

sua ecclesia, adveniente Natalis Domini die, astanti A populo post lectionem evangelicam nuntiet, ut introitum Quadragesimæ nullus ignorret; in cuius principio convenientes in unum vicinas ecclesias per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrarent litanias: tertio autem die celebratis hora nona sive decima missis, dimisso populo præcipiant quadragesimæ observare jejunia, et mediante Quadragesima ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

X. Ut presbyter post cibum non teneat missam pro mortuis.

Placuit ut quia per stultitiam præsumpti nuper erroris aut certe ex veteris Priscillianaæ adhuc hæresis festore corruptos cognovimus quosdam presbyteros ibi hujus præsumptionis audacia retineri, ut in missa mortuorum etiam post acceptum merum oblationem ausi sunt consecrare, ideo hoc præfixæ evidenter sententiae admonitione servetur, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit reprehensus, id est ut nec jejonus, sed quocunque jam cibo præsumpto, oblationem consecraverit in altari, continuo ab officio suo privatus a proprio deponatur episcopo.

Hic ita [T. 2, itaque] gestis placuit omnibus pro confirmando horum observantia propria unumquemque manu subscribere eo placitorum [E. 4, U., placo] facto, ut si quis eorum capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reverti voluerit, totius concilii increpatione correcius severissimam sibi de sui ordinis inclinatione noverit imminere sententiam.

Martinus Bracarense metropolitanae Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Remisol Besensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Locetius Conimbreensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Adoricus Egestanza Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Sardinarius Lamicensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Viator Magnetensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Ex synodo Lucensi.

Nitigis Lucensis^a metropolitanæ Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Andreas Ireniensis [U., G., Herenensis] Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

613 Witimer Auriensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Polimius Asturicensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Anila Tudensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Mahiloc Britonensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, *Lucensis Ecclesiæ.*

Capitula sive canones ex Orientalium antiquorum Patrum synodis a venerabili Martino episcopo vel ab onni Bracarense synodo excerpti vel emendati tituli, ubi clericorum seorsum et laicorum seorsum sententiis restauravit, ut quod translatores a Graeco in Latinum obscurius dixerunt, vel scriptorum ignavia depravarerat aut immutaverat, simplicius et emendatus omnia uno hoc continantur in loco, ut de quo capitulo quis scire voluerit, possit celerius invenire.

Domino beatissimo atque apostolicæ sedis honore suscipiendo in Christo fratri Nitigi^b episcopo vel universo concilio Lucensis ecclesiæ Martinus episcopus salutem: Sancti canones qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus constituti sunt Graeco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt: et quia difficile est ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in alteram, simulque et illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes aut dormitantes multa prætermittant, et propterea in ipsis canonibus aliqua apud simpliciores videantur obseura; ideoque visum est ut cum omnidi gentia et ea quæ per scriptores sunt immutata, simplicius et emendatus restaurem, id primi obser vant, ut illa quæ ad episcopos vel universum pertinent clerum una parte conscripta sint, similiter et quæ ad laicos pertinent simul sint adunata, ut de quo capitulo aliquis scire voluerit, possit celerius invenire.

I. De electione episcopi.

C Non licet populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium provocantur, sed judicium sit episcoporum, ut ipsi eum qui ordinandus est probent, si in sermone et fide et in spirituali vita edocitus est.

II. De ordinatione episcopi.

Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui; sed si hoc aut pro necessitate aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur et omnium præsentium vel absentium subscriptiones 614 teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertinet.

III. De evanuanda ordinatione quæ absente metropolitano fuerit facta.

D Non debet ordinari episcopus absque consilio et præsentia metropolitani episcopi: adesse autem oportet omnes qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam convocare; et si quidem omnes occurrerint, melius; si autem hoc difficile fuerit, pluriores oportet occurtere: qui autem non convenerint præsentiam sui per suas epistolas faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter præter quod a nobis terminatum est fuerit factum, talēm ordinationem nihil prævalere decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta et aliquis contra suam malitiam in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Nitigis.*

IV. De primatu metropolitani.

Per singulas provincias oportet episcopum cognoscere primatum metropolitani episcopi et ipsum curam suscipere : nihil autem agere reliquos episcopos praeter eum, secundum quod antiquitus a Patribus nostris constitutum continetur in canone, propter quod metropolitanus episcopus nihil sibi presumptive assumat absque consilio cæterorum.

V. De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad maiorem transiens vult agere claricatum.

Si quis in parte alicujus fuerit ambitor inventus, sive episcopus sive presbyter vel diaconus, de inferiori civitate non transeat ad maiorem; quod si quis contra hæc magni concilii constituta importunus extiterit, omnimodo evanescatur hujusmodi factum, et sua iterum restauretur Ecclesia, cuius episcopus aut presbyter aut diaconus prius fuerat constitutus.

VI. De non mutanda parochia.

Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam neque sua sponte introire, neque invitatus neque ab episcopo coactus, sed permaneat in loco in quo a Deo est ordinatus, et in ea quam sortivit Ecclesia secundum antiquorum canonum constitutum.

VII. De præsumptione alienæ diœcesis.

Si quis episcopus, non per scripta metropolitani **615** episcopi aut qui cum eo sunt, rogatus de alia provincia in aliam venerit, sed præsumptive irruens ad ordinationem et constitutionem clericorum qui ad illum non pertinent importunus existat, vacua sint et inania omnia quæ ab eo fuerint constituta : ipse autem digna increpatione excommunicetur et abominetur a sancto concilio.

VIII. De non constituendo episcopo successore.

Episcopum non liceat ante finem vitaे alium in loco suo constituere successorem : si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet nisi cum consilio et judicatu episcoporum, qui post exitum præcessoris potestatem habent ordinare quem dignum elegerint.

IX. De irruptione vacantis ecclesie.

Si quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum subripiens populos sine concilio integræ ordinis irruerit, etiamsi populus quem seduxit desideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illud in quo præsens metropolitanus episcopus fuerit.

X. De episcopo per necessitatem vacante.

Si quis episcopus ordinatus pro contentione populi aut pro aliqua alia ratione et non pro sua culpa in parochiam quæ ei fuerit data non ierit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere et de rebus ecclesiæ in qua convenit nihil sibi præsumat : sustineat autem quid de eo sanctum concilium judicare voluerit.

XI. De contemptore episcopo.

Si quis episcopus ab episcopo ordinatus noluerit agere sacerdotium neque consenserit in sibi com-

A missa ecclesia ambulare, istum [Æ., statim] talem excommunicare oportet; quod si coactus contempserit, sanctum concilium quod placet de eodem determinet.

XII. De seditione episcopo.

Si quis episcopus ordinatus fuerit et non vult ipsam parochiam suscipere in qua nominatus est, sed alibi vult ordinari et vim facit et seditiones concitat contra eos qui illum ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri. Si autem in pristino honore presbyterii vult stare, non vetetur ut gradum quem habuit retineat; quod si reluctatus fuerit, etiam de honore presbyterii ab ordinatore proprio depnatur.

616 XIII. De dissensione judicii.

B Si quis episcopus in aliquibus causationibus [B.R., T. 1, 2, accusationibus] judicatur, et viderit ipsos episcopos qui in provincia sunt inter se judicio discrepare, ut alii videantur eum qui judicatur justificare aliquem condemnare, pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto concilio, ut de vicina provincia alter metropolitanus episcopus convocetur, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

XIV. De præsumptione episcopi in rebus ecclesiæ.

Si quis episcopus nulla ecclesiasticae rationis necessitate compulsus inscio clero aut ubi forte non est presbyter de rebus ecclesiasticis aliquid præsumperit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ cujus sunt restaurare cogatur, et in judicio episcoporum C dejiciatur auditus et tanquam furti aut latrocini reus a suo privetur honore.

XV. De rebus ecclesiasticis gubernandis.

Quæ sunt ecclesiæ debent ecclesiæ conservari cum omni diligentia et bona conscientia et fide Dei qui omnia videt et judicat. Gubernari ergo oportet cum judicio et potestate episcopi, cui etiam omnis populus et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem esse debent quæ ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum, qui circa episcopos sunt et presbyteres et diacones, ut hi omnes sciant quæ sunt ecclesiæ propria, ut si episcopo contigerit transitus, nihil eos latere possit ex his quæ ad ecclesiam pertinent, ut nullo modo possint minni et perire. Neque res propriæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati; dignum et re vera et justum est apud Deum et homines, ut ea quæ episcopi propria sunt cui voluerit derelinquant, et neque ecclesiam perpati damnum neque episcopum pro rebus ecclesiæ condemnari, aut post ejus obitum in causas quæ ad eum non pertinent aut in maledictum incidere.

XVI. De rebus ecclesiæ dispensandis.

Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ ut dispenset necessitatem habentibus. Cum omni reverentia et timore Dei participare eum oportet quæ necessaria sunt : si tamen ipse aut qui cum eo sunt fratres indignerint aliquo, necessitatem nullomodo patientur secundum sanctum Apostolum dicentem :

Vixit et legumento, his contenti sanus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in 617 suas voluntates usurpare voluerit et lucra ecclesiae vel fructus agro-rum non eum presbyterorum vel diaconorum consilio intaminaverit, aut fratribus vel filiis vel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter res iedantur ecclesiae, hunc oportet obnoxium esse concilio. Similiter id, si episcopus vel qui cum eo sunt presbyteri aut diacones accusentur, qui ea quae ex reditu vel ex quolibet actu veniunt ecclesiae in suos sinus colligunt et pauperes fraudant et fame conficiunt, hos corripi oportet secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

XVII. De his qui ex vasis ministerii ecclesiae aliquid vendiderint.

Si quis presbyter aut diaconus inventus fuerit aliquid de ministeriis ecclesiae venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non habere; in judicio tamen episcopi dimittendum est sive dignus sit sive indignus in suo recipi gradu, quia multe pro hoc ipso quod de sacro-sancto altario intaminaverint id cum episcopi potestate dimissum est.

XVIII. De synodo facienda.

*Propter ecclesiasticas curas et altercationum solutiones bene placuit per singulas provincias bis in anno concilium fieri, vocante^a metropolitano episcopo omnes provincie episcopos, ita ut in his conciliis procedant omnes presbyteri, diacones vel b*qui in concilio eorum cause examinatae ad justum judicium perducantur, ut si qui manifeste episcopi vel presbyteri aut diacones inventi fuerint in offense, secundum rationem excommunicentur quadam communione consensu mitiorem de his placuit dari sententiam. Nulli autem episcopo licet propria apud se-ue ipsum concilia facere praeter eos quibus sunt metropoles creditae.**

XIX. De episcopo qui noluerit venire ad synodum.

Non licet ad concilium convocatos episcopos continere, sed ire, et ea quae ad utilitatem ecclesiae vel carerorum pertinent aut docere si novit, aut doceri si nescit: nam si extra aegritudinem contempserit ire, reus erit fraternali concilii.

XX. De legitima aetate ordinandi presbyteri.

Si quis triginta aetatis sue non impleverit annos nullummodo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus, quia ipse Dominus tricesimo 618 anno baptizatus est et sic coepit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est usque ad hanc aetatem legitimam conservari.

XXI. De eunuchis qui ab aliis sunt vel qui ipsi sibi naturalia absidunt.

Si quis pro causa sua aegritudinis naturalia a medicis habuerit secta, similiter et qui a barbaris aut hominibus stultis^b fuerint castrati, et moribus digni fuerint visi, hos canou admittit ad clericatus officium

^a AE., B. R., T. 1 2. convocante.

^b AE., B. R., T. 1, 2, U., aut a dominis stultis.

promoveri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentiae, sed per abscisionem plasmatur a Deo corporis, aestimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castraverit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si jam ante fuerat promotus ad clericum^c, prohibitus a suo ministerio deponatur.

XXII. De neophytis.

Neophytus qui nuper baptizatus fuerit jam aetate legitima, non continuo licet eum ad ecclesiasticum ordinem promoveri, quia oportet illum prius doceri quod possit docere, et multo tempore post baptismum probari, ut bené probatus veniat ad c'erum secundum preceptum Apostoli dicentis: Non neophytum, ne forte in superbiam elatus in judicium incidat et laqueum diaboli. Si autem succedenti tempore in aliquo peccato gravi a duobus vel tribus fuerit devictus, depositus de gradu suo cesseret a clero. Si quis contra hanc regulam facere presumperit, quasi contrarius magni concilii projiciatur a clero.

XXIII. De paenitente non admittendo ad clericum.

Poenitens, tantum si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios prius deputetur vel inter letores, ita ut Evangelia vel Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant aut sacra non contingant: ex poenitente enim dicimus de eo qui post baptismum pro homicidio aut pro diversis criminibus aut gravissimis precitis publicam poenitentiam sub cilicio gerens divino fuerit reconciliatus altario.

XXIV. De his qui sine discussione aut presbyteri aut diacones ordinati sunt.

Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, et post ordinacionem ab aliis sunt detecti, 619 abjiciantur a clero. Similiter et de universo ordine cleri servetur; nam hoc sibi quod ir reprehensibile est sancta et catholica defendet Ecclesia.

XXV. De presbyteris vel diaconibus qui post ordinacionem denotantur.

Si quis presbyter ante ordinacionem peccaverit et post ordinacionem confessus fuerit quia ante erravit, non offerat, sed tantum pro religione nomen presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec ad hoc ipsum habeat potestatem ut nomen presbyteri portet. Similiter et de diaconibus observandum est, ut si ipse confessus fuerit ordinem subdiaconatus accipiat.

XXVI. De his qui viduas aut dimissas ducunt aut in malis consilii mixti sunt.

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittitur ad clericum, aut si obrepigit dejiciatur. Similiter si homicidii aut facti vel precepto aut consilio aut assensione post baptismum conscientis fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur et in fine vitae sue communionem recipiat.

^c AE., B. R., T. 1, 2, U., clericum.

XXVII. *De fornicatoribus clericis.*

Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mœchatus, projiciatur et agat pœnitentiam.

XXVIII. *De his quorum uxores mechanuntur*

Si alicujus uxor in adulterio fuerit reprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicujus clerici uxor adultera ^a fuerit, dimittat eam : sin autem cum tpsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit.

XXIX. *De viduis clericorum.*

Si qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat; nunquam communicet; morienti tantum ei sacramentum ^b subveniat.

XXX. *De filia episcopi vel presbyteri sive diaconi.*

Si devota soerit et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habentur alieni : pater vero causas in concilio se soverit præstaturum; **620** mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam; sin autem vivente eo secesserit et egerit pœnitentiam vel petierit communionem, in ultimo vitæ desiliens accipiat communionem.

XXXI. *De devota peccante vel qua se maritaverit.*

Devotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit et desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis et recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat; quod si admissa fuerit, etiam hæc qua eam receperit habetur abstenta; corruptorem etiam par poena constringat. Quæ autem maritum acceperit non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vixerit, aut postquam ipse de hac vita discesserit.

XXXII. *De subintroductis adoptivis mulieribus.*

Nullus episcopus neque presbyter neque diaconus neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat introuendi ad se quasi adoptivam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ aut sororis aut matris, nisi forte sororem veram ex germanitate aut sororem patris aut matris et illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium prohibemus, et eorum qui nec in Dei timore subjecti sunt nec retinent continentiaz disciplinam.

XXXIII. *De non recipiendis clericis vagis et infirmando ordinatione ejus, qui sine consensu episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est.*

Si quis in contemptu positus presbyter vel diaconus vel quicunque ex clero recesserit ab Ecclesia sua, nullomodo in ^d alia suscipiatur Ecclesia, sed omnimodo compellatur ut ad suam revertatur Ecclesiam. Si autem permaneserit in superbia et reverti noluerit, excommunicetur et projiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit illum in suam Ecclesiam ordi-

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, adulterata.

^b In reliquis, praeter A., sacramenta subveniant.

^c A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., et pœnituerit vel petierit.

A nare, non consentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio ejus vacua deputetur.

XXXIV. *De clericis desertoribus.*

Si quis presbyter aut diaconus aut aliquis de clero propriam Ecclesiam derelinquens ad alteram Ecclesiam vadit, et ibi multo tempore demoratur, omnino unquam ministret **621** in clero; et si adiunquerit eum episcopus suus ut ad suam redeat parochiam, et redire noluerit, ubi est ibi de suo officio deponatur, ita ut nunquam in suum revertatur gradum propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum suscepit qui de reatu ejus est conscientis, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non solvat.

B XXXV. *De importunis clericis.*

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus excommunicatus in concilio injuste se queritur condemnatum, ad majorem episcoporum concilium revertatur et eorum inquisitionem et judicium expectans, si quas se causas justas habere putat, exponat. Si autem contempserit et importunans se palatio aures principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire neque spem futurae reconciliacionis habebit.

XXXVI. *De purganda opinione heresis.*

Si quis episcopus sive alicujus episcopi presbyter aut diaconus in alicujus heresis opinionem offendit, et ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum in communionem recipiat nisi prius in communii concilio porrecto fidei sua libello satisfaciat omnibus, et ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum si in aliquam heresis opinionem fuerint nominati.

C XXXVII. *De clericis excommunicatis.*

Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit sive presbyter sive diaconus, et post excommunicationem præsumperit sive episcopus ille aut presbyter vel diaconus facere oblationem vel matutinum aut vespertinum sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius, non licet ei nec in alio concilio spem reconciliati onis habere nec ultra recolligi; sed etiam eos qui ei communicaverint omnes ab Ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse dejectum. Si autem permaneserit turbans et concitans Ecclesiam per forasticam potestatem, oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

D XXXVIII. *De presbyteris ut in secundas nuptias non vadant.*

Presbyterem ad secundas nuptias coinvivam ire non oportet pro eo quod hi qui **622** ad secundas nuptias veniunt pœnitentiam postulent. Quomodo

^a E., B. R., E. 4, T. 1, 2, in aliena recipiatur Ecclesia.

^b E. 4, T. 1, 2, aliquo.

^c A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., fieri.

potest presbyter ille esse, qui propter convivium intererit tali conjugio?

XXXIX. De his qui ad diaconatum eliguntur.

Si quis ad ministerium diaconatus eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio et dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio et vacet a clero.

XL. Non licet diaconum non jussum sedere.

Non licet diaconum ante presbyterem sedere nisi cum iussione presbyteri.

XLI. Non licet quemlibet ministeria tangere.

Non licet quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolytho in secretario b^{is} tangere vasa Domini.

XLII. Ut mulieres in sacrarium non intrent.

Non licet mulieres in secretarium c^{on}ingredi.

XLIII. Si lector alterius viduam duxerit.

Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter et si bigamus fuerit.

XLIV. Si subdiaconus secundam duxerit uxorem.

Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter letores vel ostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

XLV. Ut non ascendat in pulpitum lector.

Non licet in pulpito psallere aut legere, nisi qui a presbytero d^{icitur} lectores sunt ordinati.

XLVI. De conditionalibus non ordinandis, nisi cum consensu patronorum.

Si quis obligatus tributo servili vel aliqua conditione patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi probatae vitæ fuerit et patroni consensus c^{on}accesserit.

XLVII. De non suscipiendis servis alienis in clero.

Si quis servum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum et recedere 623 a servicio ejus, durissime in omnibus arguitur.

XLVIII. De non celebrandis natalitiis martyrum in Quadragesima.

Non licet in Quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantum sabbato et dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri: sed nec natalicia nec nuptias licet in Quadragesima celebrari.

XLIX. Non suscipi debere infantes ad baptismum, nisi ante tres septimanas paschæ.

Non licet ante duas septimanas paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem, oportet autem in his diebus ut hi qui baptizandi sunt symbolum discant et quinta feria novissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant.

L. De non solvendo jejunio quinta feria paschæ.

Non licet quinta feria novissimæ septimanæ jejunium solvere et omnem exhortare Quadragesimam,

* Hic et sequentes canonum tituli desumpti sunt ex Toletanis Codicibus, cum desint in A.

† B. R., T. 1, 2, *sacrario*.

A sed sincere abstinentes totam Quadragesimam perire aridioribus cibis utentes.

LI. De chrismate conficiendo.

Omni tempore episcopis licet chrisma conficeret et per suas dioceses destinare, ita ut ad dirigendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis Ecclesiis ad episcopum destinentur.

LII. Non licet presbytero, episcopo præsente, chismare.

Presbyter, præsente episcopo, non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum.

LIII. Non licet presbytero ante episcopum in baptisterium introire.

Non licet presbytero prius ab episcopo in baptisterium introire, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit aut ægrotus.

LIV. De prægnanibus baptizandis.

Si qua mulier prægnans desideraverit gratiam baptismi percipere, quando voluerit habeat potestem; nam nihil in hoc participat mater infantū qui nascitur propter quod unicuique propria posse voluntas in confessione monstratar.

LV. Quid in altari offerri oporteat.

Non oportet aliquid aliud in sanctuario 624 offerri præter panem et vinum et aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce penderet de corpore ejus sanguis effluxit et aqua. Haec tria unum sunt in Christo Iesu, haec hostia et oblatio Dei in odore suavitatis.

LVI. De presbyteris forasticis.

C Forasticis presbyteris præsente episcopo vel presbytero civitatis offerre non licet neque ministrare in populo, nisi forte illis absentibus.

LVII. De non jejunando in die dominico neque genuflectendo, similiter et in Quinquagesima.

Si quis presbyter propter publicam paenitentiam a sacerdote acceptam aut aliqua necessitate die dominica pro quadam religione jejunaverit sicut Manichæi, anathema sit. Similiter et quod ab apostolis traditum canon tenet antiquus, placuit tam per omnes dominicas quam per omnes dies paschæ usque ad Quinquagesimam non prostrati neque humiliati, sed erecto vultu ad Dominum orationum sanguinum officio; quia in ipsis diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.

LVIII. De non prægustandis carnis et non exsecrandis.

Si quis non pro abstinentiæ disciplina, sed pro exsecratione ab esca carnium se abstinet, placuit sancto concilio ut prægustet, et si sic vult abstineat; si autem spernit ita ut olera cocta cum carnis non degustet, iste non obediens nec suspicionem heresis a se removens deponatur de ordine clericatus.

LIX. De eo quod non licet sacerdotibus vel clericis incantaturas vel ligaturas facere.

Non licet clericis incantatores esse et ligaturas

‡ B. R., *sacrarium*.

§ A. B. R., T. 1, 2, U., *episcopo*.

• E. 3, U., *consensus*.

facere, quod est colligatio animarum. Si quis hoc facit, de Ecclesia projiciatur.

LX. Non licet sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse.

Non licet sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in conviviis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula surgere et recedere inde.

LXI. Non licet convivia facere de confertis.

Non licet sacerdotes vel clericos sed nec religiosos laicos convivia facere de confertis.

LXII. De usuri vel negotiorum lucris.

Si quis oblitus timorem Domini et sanctam **625** Scripturam quae dicit : Qui pecuniam suam non dedidit ad usuram, post hanc cognitionem magni concilii feneraverit et centesimas exegerit aut ex quolibet negotio turpia lucra quaesierit aut per diversas species vini vel frugis vel cuiuslibet rei emendo vel vendendo aliqua incrementa suscepere, depositus de gradu suo alienus habeatur a clero.

LXIII. De clericis qui ad matutinum et vespertinum non veniunt.

Si quis presbyter vel diaconus vel quilibet clericus ecclesiae deputatus, si intra civitatem fuerit aut in quolibet loco in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi sacrificium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenit, deponatur a clero, si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

LXIV. Non licet clericos dominica ab ecclesia absentiari.

Non licet quemlibet clericum die dominica ab ecclesia absentem esse, sed missarum solemnibus interesse et jejunio.

LXV. Non licet clericos ante horam tertiam prandere, nec ad mensam accedere vel recedere sine hymno.

Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere paneum, et post cibos gratias auctori Deo referre.

LXVI. De attollenda coma clericorum vel habitu ordinato.

Non oportet clericos comam nutrire et sic ministrare, sed athono capite, patentibus auribus, et secundum Aaron talare in vestem induere, ut sint in habitu ordinato.

LXVII. Non licet psalmos poeticos in ecclesia dicere nec libros apocryphos legere.

Non oportet psalmos compositos et vulgares in ecclesia dicere, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteris Testamenti.

LXVIII. Non licet super monumenta mortuorum missas tenere.

Non oportet clericos ignaros et [T. 2, aut] presumptores super monumenta in campo ministeria [T. 2, mysteria] portare aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesiarum aut in basilica ubi martyrum

A reliquiae sunt depositae ibi pro defunctis oblationem offerre.

LXIX. Non licet Christianis prandia in monumenta portare.

Non licet Christianis prandia ad defunctorum sepulcra deferre et sacrificia reddere mortuorum Deo.

LXX. Non licet clericis vel laicis catholicis ab hereticis eulogias accipere aut cum ipsis vel schismaticis orare.

Non licet clericis vel laicis catholicis ab hereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque licet aut cum hereticis aut schismaticis orare.

LXXI. Non licet Christianis observationes diversas attendere.

Si quis paganorum consuetudinem sequens divinos et sortilegos in domo sua introducerit, quasi ut malum foras mittant aut maleficia inveniant vel iustificationes paganorum faciant, quinque annis poenitentiam agat.

LXXII. Non licet Christianis tenere traditiones gentilium, observare lunas aut stellarum cursum.

Non licet Christianis tenere traditiones gentilium et observare vel colore elementa aut lunae aut stellarum cursum aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda vel ad segetes vel arbores plantandas vel conjugia socianda, scriptum est enim : Omnia que facitis aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.

LXXIII. Non licet Kalendas observare.

C Non licet iniquas observationes agere Kalendrum et otius vacare gentilibus neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Ominus haec observatione paganismi est.

LXXIV. Non licet medicinales herbas cum aliqua observatione colligere.

Non licet in collectione herbarum que medicinales sunt aliquas observationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino aut oratione dominica, ut tantum Deus creator omnium et dominus honoretur.

627 **LXXV.** Non licet mulieres Christianas in laniis aliiquid observare.

Non licet mulieribus Christianis aliquam vanitatem in suis laniis observare, sed Dominum invocent adjutorem qui eis sapientiam texendi donavit.

LXXVI. De adulteris.

Si cuius uxor adulterium fecerit aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis poenitentiam agat.

LXXVII. De mulieribus fornicatis et abortum factibus.

Si qua mulier fornicaverit et infantem qui exiude fuerit natus occiderit, et qua studuerit abortum [AE., T. 1, 2, abortum] facere et quod concepturn est necare aut certe ut non concepiat elaborat, sive ex adulterio sive ex legitimo conjugio, has tales mulieres in morte recipere communionem priores caunes decreverunt. Nos tamen pro misericordia sive tales mulieres

^a AE., B. R., T. 1, 2, et sacrificare de re mortuorum.

sire consciente scelerum ipsorum decem annis agere & penitentiam judicamus.

LXXXVIII. *De homicidio voluntario vel non voluntario.*

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam ecclesiae catholicae semper subjaceat et communionem in exitu vitae sue recipiat. Si autem non voluntate, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior enim septem annis agi penitentiam jussit, secundus canon quinque annis mandavit.

XXXIX. *De muliere qua duos fratres in conjugio vel viro qui duas sorores habet.*

Si qua mulier duos fratres aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineantur usque ad mortem: in morte autem eis communio pro misericordia detur. Si vero supervixerint communione accepta et de infirmitate convaluerint, agant penitentiam plenam tempore constituto.

LXXX. *De his qui nuptiis irruunt.*

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, penitentiam agat: conversatio autem et fides penitentis compensat tempus.

LXXXI. *De his qui se animalibus commiscuerunt.*

Si quis ante viginti annos in cuiuslibet animalis **629** commissione peccaverit, quindecim annis in humiliitate subjaceat ad ecclesie januam, et post hos [G., post hoc] alios ^a quinque annos tantum communione receptus penitentiam agat, et sic gratiam sacramenti suscipiat. Interrogentur autem alii de eo, qualiter vitam in penitentia egerit et sic communio misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos babens uxorem huic peccato irruerit, viginti et quinque annis humiliati subjaceat, et quinque annis orationibus tantum communicans postea

^a AE., B. R., U., aliis quinque annis in orationis tantum communione receptus. G., aliis quindecim an-

recipiat sacramentum. Quod si et hanc measuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequitur. Oportet enim tales inter demonios orare. LXXXII. *De his qui usque ad finem vitae in peccatis perdurant, et in exitu communionem expletunt.*

Si quis de corpore exiens novissimum et necessarium communionis viaticum expedit, non ei denegatur. Quod si in desperatione positus post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum orationis particeps sit, nam non accipiet sacramentum donec constitutum penitentie impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debeant.

LXXXIII. *De his qui intrantes in ecclesiam per nimiam luxuriam a sacramento se abstinent.*

Si quis intra ecclesiam Dei et sacras Scripturas fabulando non audit et pro luxuria sua avertit se a communione sacramenti et in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinae, istum talium projiciendum de Ecclesia catholica esse decernimus donec penitentiam agat et ostendat fructum penitentiae sua, ut possit ^b communione percepia indulgentiam prouererit.

LXXXIV. *De excommunicatis.*

Non licet communicare excommunicatis neque in dominos eorum introire neque orare cum eis; neque licet in alia ecclesia suscipi qui ab alia ecclesia segregatur. Si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans ordinem disciplinam ecclesiasticam excommunicetur.

nis, etc.

^b B. R., T. 1, 2, G., sive, deprecans, ut possit.

LXV

CONCILIUM BRACARENSE TERTIUM

HABITUM ANNO IV GLORIOSISSIMI DOMINI NOSTRI WAMBANIS REGIS, ERA DCCXIII.

629-630 Decenter satis per divinum Spiritum in Bracarensi urbe collecti de his quae intra Dei Ecclesiam perversa actione geruntur tractaturi convenimus, ut adjuvante nos illo qui dixit: *Ubicunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti ibi ero in medio eorum, pari animo parique devotionis studio exsurgententes male habitos extirpemus errores.* Etenim dum nos in unum synodaliter actio aggregasset, debitis in sedibus collocati primum de sancte fidei sacramento cœpimus habere sermonem, scilicet ne ait vanitate disputantium, aut nescientia simplicium erroris, quidpiam in hoc sacrosancto sacramento fidei tenetur. Unde cum omnes nos in vera fide uti speculum perlustraremus illæsos in eo quia nullum nostrorum schismatici erroris foedaverat turbo, sed vera nos et simplex in hoc sacramento apostoli ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregrimus Deo: quam tamen nostram fidem regulam ipsis verbis atque sen-

PATR. LX XIV.

tentiis commemorando releximus, quibus eam in conventu Nicæni concilii declarata esse scimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorum coeli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia aeterna, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, hominem: Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantię, per quem omnia facta sunt quæ in celo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris, inde [B. R., iterum] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum dominum et vivificatorem, ex Patre et Fili procedentem, cum

Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas : in unaq; catholicam atque apostolicam Ecclesiam : constemur unum baptismum in remissionem peccatorum ^a, exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen.

Post hujus sanctæ fidei sacramentum relatus est in cognitionem ^b omnium nostrorum error manifestus pariter et diversus, qui tanta debet discipline arte retundi quanta et perversitate comprobatur admissi. Quidam enim in sacrificiis Domini relati sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre : eucharistiam quoque vino madjoram pro complemento communionis credunt populis porrigidam; et, quod pejus his omnibus est, quidam sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt et manducare in eis præsumunt. Quidam etiam e sacerdotibus relati sunt quod, ecclesiæ consuetudinis ordine prætermisso, missam sine orariis audeant dicere, et quod in solemnibus martyrum reliquias suo collo imponant et in sellulis non ab aliis se portandos nisi ab albatis diaconibus credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum feminis commorentr, et quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subjiciunt; necnon et illud quod quidam Simonis cupiditate arrepti quos ordinaturi sunt sub cautione dimittant, qualiter postquam ordinati fuerint pecuniam ab illis promissam accipient. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis laboribus quassant, dampnum rebus dominicis facientes. Quæ omnia ne confuse viderentur esse prolata, discretis titulorum ordinibus creditimus subiecta.

I. Ut, repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum et vinum aqua perniustum in sacrificio offeratur.

Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cætero **631** pro delictorum expiatione Domino dabitur quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos contra divinos ordines et apostolicas institutiones lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare, alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigerere, quosdam etiam non expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre, sed oblatis uvis populis communicare. Quod quam sit evangelicæ atque apostolicæ doctrinæ contrarium et consuetudini ecclesiasticae adversum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illum lac, sed panem tantum et calicem sub hoc sacramento benedixisse cognoscimus. Ait enim evangelica veritas : *Accipit Jesus panem et calicem, et benedicens dedit discipulis suis.* Cesset ergo lac in sacrificando offerri, quia manifestum et evidens exemplum evangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem et vinum aliud offerre non sinit. Illud

^a T. 1, 2, resurrectionem, carnis resurrectionem, et vitam.

A vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium recipit, ubi apostolis corpus suum et sanguinem commendavit; seorsum enim panis et seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, exceptio illi tantum discipulo quem intincta buccella magistri præditorem ostenderet, non quæ sacramenti hujus institutionem signaret. Nam quod de inexpresso botro, id est de uvarum granis populus communicatur, valde est omnino confusum; calix enim dominicus, juxta quod quidam doctor edisserit, vino et aqua permistus debet offerri; quia videtur in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium plebs ei in quem credit copulatur et jungitur, quæ copulatio et conjunctio aquæ et vini sic miscetur in calice Domini ut communio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrum solum offeratur in quo vini tantum efficiencia demonstratur, salutis nostræ sacramentum negligitur quod per aquam significatur: non enim potest calix Domini esse aqua sola aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Et ideo quia jam ex hoc plurima et multiplex majorum emanavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa horum sacramentorum et efficientias copiose **632** disseruit et institutiones verissime declaravit,

C omnis talis error atque præsumptio cessare jam de cætero debet, ne perversorum inordinata compagno statum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licetum erit aliud in sacrificiis divinis offerre; nisi justa antiquorum sententias conciliorum panem tantum et calicem vino et aqua permistum. De cætero aliter quan præceptum est faciens tandem a sacrificando cessabit, quandiu legitima penitentia satisfactione correptus ad gradus sui officium redeat quem amisit. II. Ne vasa Domino sacra humanis usibus serviant.

Omnis cura omniq; studio providendum est ne bi qui locum videntur obtinere regiminis contumeliam videantur inferre cœlestibus sacramentis. Etenim, quondam et auditui horribile et visui execrabilis judicatur, relatum nobis est quod quidam sacerdotum sa-

D crilega temeritate præcipites vasa Domini in proprios usus assumant epulasque sibi in eis comedunt apponant. Quod malum et obstupentes deflemus et deflentes obstupescimus, ut illic humana temeritas sibi epulam præparet ubi sanctum Spiritum cognoscitur advocabasse, et ibi esum carnium crapulatus assumat ubi divina visus est celebrazze mysteria, et in quibus tantæ rei sacramentum pro expiatione delictorum percepit in his expletat voluntatem Iud. br. i sui. Et ideo hujus de cætero præsumptionis persona, quæ sciendo divina vasa vel ministeria aut in usus suos transtulerit aut comedere in his vel poculum sibi su-

^b B. R., collationem. E. 4, T. 1, concessionem.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, solemnitatibus.

secundum elegerit, gradus sui vel officii periculum sustinebit; ita tamen ut si de saecularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur; si vero religiosus, ab officio deponatur; sub hac quoque damnationis sententia et. Mi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela vel quaelibet alia indumenta atque etiam utensilia sciendo in suos usus transtulerint vel aliis vendenda vel danda crediderint.

III. Ne sacerdos sine orario missam audiat celebrare.

Cum antiqua et ecclesiastica noverimus institutione praefixum ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroque humero ambiatur, scilicet ut qui imperturbatus praecepitur consistere inter prospera et adversa virtutum semper ornamento utrobius circumspitus appareat, qua ratione tempore sacrificii non assumat quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris hoc retinet in oblatione 633 vel perceptione sua salutis; scilicet ut cum sacerdos ad solemnia missarum accedit aut per se Deo sacrificium oblatur aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus non aliter accedat quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis sua dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter et utrumque humerum premens signum in suo pectore preferat crucis. Si quis autem aliter egredit, excommunicationi debite subjacebit.

IV. Ne sacerdotes sine quicunque ex clero sine testimonio cum quibuslibet feminis habent.

Quanquam antiqua canonum institutio de hujusmodi presumptione absolutas et multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen brevitas causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum sive quisquis ille de clero abeque honesto et competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se presumat adjungere, non solum cum extraneis mulieribus, sed nec ipsis etiam sororibus vel propinquis, ne licentia sororum vel propinquarum mulierum quisquis ille solitus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor sex mensibus se noverit penitentiae legibus subjacere.

V. De damnata presumptione quorundam episcoporum qui in festivitatibus martyrum ad ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab albatis diaconibus in sellulis vehantur.

Bona siquidem res est divina sacerdotibus contractare mysteria, sed cavendum valde est ne hoc quisque ad usum pravitatis sue intorqueat, unde soli Deo de bono conscientiae placere debuerat; scriptum est enim: *Vae his qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose.* Ut enim quorundam episcoporum detestanda presumptione nostro se certui intulit dirimendo, agnovimus quosdam episcopos, quod in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressari reliquias collo suo imponant, et ut majoris fa-

* In reliquis, praeter A., donanda.

A stus apud homines gloria intumescent, quasi ipsi sint reliquiarum arca levitæ albis induiti in sellulis eos deportant. Quæ detestanda presumptione abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte et solemnis consuetudo servetur, ut in 634 festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis non episcopi, sed levitæ in humeris gestent, quibus et in veteri lege onus id et impostum novimus et præceptum. Quod si etiam episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus in sellula vectabitur, sed potius pedisqua eo una cum populis progressione procedente ad conventicula sanctorum ecclasiarum sanctæ Dei reliquias per eundem episcopum portabuntur. Jam vero qui haec instituta sciendo adimplere distulerit, quando in hoc vitio fuerit a sacrificando cessabit.

VI. De honesta honoratorum disciplina.

Cum beatus Apostolus arguere, obsecrare vel increpare in omni patientia præcipiat et doctrinæ, novimus quosdam ex fratribus tantis cedibus in honoratos subditos effervescent, quantas poterant latrocinantium promerer personæ. Et ideo qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est presbyteres, abbates, sive levitæ, excepto gravioribus et mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere; non enim est dignum ut passim unusquisque prelatus honorabilia membra sua, prout voluerit et cum placuerit, verbribus subjiciat et doloribus; ne dum ineunte subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud quod quidam sapiens dixit: Leviter [B.R., T. 1, 2, leniter] castigatus reverentiam exhibet castiganti, asperitate autem nimis increpationis nec increpationem recipit nec salutem. Et i eo si quis aliter quam dictum est prædictos honorabiles subditos licentia percepta potestatis elatus malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum quem intulerit excommunicationis pariter et exsiliis sententiam sustinebit.

VII. Ne promissione munera honoris gratia renundetur.

Quia non expedit ut donum sancti Spiritus pecunias comparetur, quanquam ex hoc antiquorum canonum disciplinae et multiplices maneat et diversæ, tamen quia necesse est ut frequentius retundatur quod sine intermissione presumitur, ideo novelle hujus institutionis formulam instituentes decernimus, ut quicunque pro conferendo cuiuscum sacerdoti gradu aut munus quocunque aut promissionem munieris antequam ordinetur acceperit, vel etiam postquam ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc ipso presumperit muneri, sive ille qui dederit sive qui acceperit juxta sententiam Chalcedonensis concilii gradus sui periculum sustinebit.

635 VIII. Ne rectores ecclesie plus propria quam ecclesiastica fura labore intendant.

Non decet rectores ecclesie in suis strenuos et in

ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiae in suis propriis laboribus quassent, rei propriæ profectum augentes, dominicis vero dispensium nutrientes. Unde quicunque sub hoc neglecti res divinas laborare distulerit speciali placito distributus est, qualiter si de rebus seu augmentis ecclesiae quaestum vel labores rei propriæ auxit, et ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit aut minorationem vel perditionem induxit: quidquid in rebus ecclesiae minorationis exhibuit, totum de rebus propriis ecclesiae illi restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos convictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiae aut substantiæ expendit aut dispendii vel perditionis quidpiam pertulit, si hoc comprobare potuerit, totum Hli a rebus ejusdem ecclesiae reformabitur, pro cuius utilitatibus id expendisse probatur.

Gratias itaque omnipotenti peragimus Deo: **636** post hæc sit pax, salus et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Wambani regi, cuius devotione nos ad hoc decretum salutiferum convocavit; divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi

* B. R., E. 4, T. 1, *Leodegarius.* T. 2, *Leodecisi.*

A regnum ejus corroboret usque ad ultimam selectum, præstante ipso qui cum Patre et Spiritu sancto unius vivit et gloriat in Trinitate Deus in secula seculorum.

Leodegarius ^a in Christi nomine episcopus, cognomento Julianus, has constitutiones secundum quod nobis cum sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscriperunt, Deo inspirante, complacuit, relegi et subscripti.

Genitivus Ecclesiae Tudensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Frearicus Portucalensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Isidorus Asturicensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Bela Britaniensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Hilarius ^b *Auresinae Ecclesiae* episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Rectogenes Lucensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

Hdulfus, qui cognominor Felix, Iriensis Ecclesiae episcopus, his constitutionibus interfui et subscripti.

^b *A.*, B. R., E. 3, 4, T. 1, 2, *Alarius.* U., *Alaricus.*

LXVI

CONCILIUM HISPALENSE PRIMUM.

EPISTOLA EPISCOPORUM AD PEGASIUM EPISCOPUM MISSA.

Domino sancto et reverenter a nobis honorando echarissimum fratri Pegasio episcopo Leander, Joannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Sintiens et Petrus episcopi, qui in unum in urbe Hispalensi adfuiimus, sanctitatem tuam charitatis studio salutantes, precamur Dominum qui nos de salute tua vel visione laetificare dignetur.

I. *De mancipliis Ecclesie ab episcopo manumissis.*
Interea consendentibus nobis in ecclesia Hispalensi sancta Jerusalem brevem mancipiorum Ecclesiae, quos libertasse visus fuerat decessor tuus sanctæ recordationis Gaudentius episcopus, vestri nobis diacones obtulerunt, et non solum quos libertaverat ibidem relegimus, sed etiam quos proximis suis de familiis Ecclesiae donaverat in eodem **637** brevi recensuimus annotatos. Qua de re canonum constituta consuluiimus si talis libertas aut transactio potuissest esse stabilis. Comperimus autem in canone ut episcopus qui res proprias, excepto filiis et nepotibus, alteris et non Ecclesie dimiserit, quidquid de Ecclesiae rebus aut donavit aut vendidit aut quoquo modo ab Ecclesia transtulerit, irritum haberetur. Et ideo si res præcessoris tui Gaudentii episcopi Ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt non sunt legitime absoluti liberi: ceterum si res illius in compensationem Ecclesiae vestrae deserunt, illi prorsus maneat liberi; nam si, ut dictum est, præstitum de suis rebus non fecit, Ecclesiae

C damnum utique inferre non debuit. Propterea ergo de uno consensu omnes significamus magis humanius quam severius cogitantes, ut hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in jure Ecclesiae maneat ut idonei, et peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant. Ipsiisque filiis et nepotibus cum peculio ipsorum quasi idoneis in jure Ecclesiae permanentibus in extraneam eis non licet personam quidpiam transmutare. Sed si quis eorum sine hærede discesserit, peculium eorum sanctæ proficiat Ecclesiae.

II. *De mancipliis Ecclesiae ab episcopo proximis suis collatis.*

Ea vero mancipia que memoratus episcopus de jure Ecclesiae sublata suis proximis contulit, si similia de proprio suo Ecclesiae ipsius non compensavit, Ecclesia vestra absque aliqua oppositione recipiat. Haec formam non solum vestra, hoc est Astigitana, servabit Ecclesia, sed et si qui per omnem Baeticam provinciam tali conditione vel sorte de jure Ecclesiae commearunt pari sententia subjacebunt. Durum est enim atque irreligiosum ut episcopus, qui ecclesiasticis stipendiis vivit et proprietatem suam lucris Ecclesiae minime confert, aliorum oblationes **638** a jure ecclesiastico privet.

III. *De clericis cum quibus mulieres cohabitant.*
Inter cetera vero cognoscite a nobis hoc delinuum

pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non observantes nuper editum concilii Tolletani decretum minus solliciti in subjectis existunt, proinde placuit, ut si presbyteres, diacones vel clerici consorcia extranearum seminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, in secundis judices easdem mulieres cum voluntate et permisso episcopi comprehensas in suis lucris usurpent, ut vitium hoc, dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis coerceat; dato tamen a judicibus sacramento episcopis ut eas clericis nulla arte restituant; quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicacionis feriantur. Mulieres vero illæ juxta priores canones a sacerdote [T. 2, sacerdotibus] distractæ^a, premium earum indigentibus dispensemur. Quæ statuta manu nostra subscriptissimæ. Data ad sanctitatem vestram die pridie Nonas Novembres, anno quinto

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, distractæ in monasterium Deo volarum tradantur servitæ. Quæ statuta. In A. et reli-

A regni gloriosissimi domini nostri Recaredi regis, æra DCXXVIII^b.

Leander Ecclesiæ sancte Mispatensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Egabrensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Agapius Ecclesiæ Cordubensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Stephanus Ecclesiæ Eliberitanæ episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Basilius Ecclesiæ Eliplensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Velatus Ecclesiæ Tuccitanensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Sinticius Ecclesiæ Italicensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Petrus Ecclesiæ Accitanæ episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

quis deest fratre vox renundetur et.

^b B. R., E. 4, T. 1, æra DCXXVII.

LXVII

CONCILIUM HISPALENSE SECUNDUM

HABITUM DIK IDIUM NOVEMBRIUM, ANNO NONO REGNI GLORIOSISSIMI PRINCIPIS SIGIBUTI,
ÆRA DCLVII.

639 I. *De Teudulfi Malacitanæ Ecclesiæ episcopi querimoniis adversus reliquos episcopos pro quibusdam parochiis.*

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi Isidorus, Bisinnus, Rustinus, Fulgentius, Ambra, Fidentius, Teudulfus et Honorius episcopi, qui pariter in urbe Hispalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. Concedentibus igitur nobis in secretario sacrosanctæ Jerusalem Hispalensis ecclesiæ cum illustribus viris Sisicio rectore rerum publicarum atque Suanilane actore^a rerum fiscalium, stante^b religiosissimo clericorum cœtu, prima actione Teudulfi Malacitanæ Ecclesiæ antistitis ad nos oblata precatio est asserentis an iquam ejusdem urbis parochiam militaris quandam hostilitatis discrimine fuisse descissam et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanae, Eliberitanæ atque Egabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit ut omnis parochia quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse Ecclesiæ suam comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundalem his, quos barbarica feritas captiva necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et Ecclesia receptura parochiam quam ante retinuit cum rebus suis, sive ab aliis Ecclesiis possideantur, sive in eujuslibet possessionem transfusa sunt, non erit objicienda præscriptio temporis ubi necessitas interessa hostilitatis.

II. *De querimoniis Fulgentii et Honori episcoporum pro quibusdam parochiis.*

C Secundo examine inter memoratos fratres nostros Fulgentium Astigitanum et Honorium **640** Cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam basilicæ, quam horum alter Cellicensem^c, alter Regiuensem asseruit; et quia inter utrasque partes hactenus limitis actio vindicata est, cuius quamvis vetusta retentio nullum juris præjudicium afferret, ideoque ne in dubium ultra inter eos nostra devocatur sententia, prolatis canonibus synodalia decreta perfecta sunt, quorum auctoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem ut ne quis terminos alienos usurpet, ob hoc placuit inter alteras partes inspectionis viros mittendos, ita ut si in diœcesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes præfixus monstraverit, Ecclesia cuius est justa retentio sit aeternum dominium: quod si et limes legitimus eadem basilicam non concludet, sed tam longi temporis probator objecta præscriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi tricennialis objectio silentium ponit. Hoc enim et sæcularium principum edicta præcipiunt et præsumunt Romanorum decretum auctoritas. Si vero infra metas tricennialis temporis extra alienos terminos basilicæ iniusta retentio repertur, repetentis episcopi juri sine mora restituetur.

III. *De desertoribus clericis ut episcopis suis restituandis.*

Tertia definitio ad nos oblata precatio est a reverentissimo fratre nostro Cambrane Italicensi epi-

^a Ex A., E. 5, 4, U., G. In A., rectore. In B. R., T. 1, 2, auctore.

^b T. 1, instanti. T. 2, adstante.

^c Ex A., B. R., E. 3, 4. In A., Celsitensem. In T. 1, 2, Cellicensem. In U., G., Allicensem.

scopo pro quadam clero Spassando, qui deserens Ecclesiae suæ cultum in qua dicatus ab infantia exordiis fuerat ad Ecclesiam Cordubensem se contulit; quem elegimus, ut si nihil proponeretur de eo circa defratationis objecta proprio reformaretur episcopo. Scribitur enim in lege mundiali de colonis agrorum, ut ubi esse quisque jam coepit ibi perduret. Non aliter **641** et de clericis qui in agro Ecclesiae operantur canonum decreto præcipitur, nisi ut ubi permaneant ubi cœperunt. Ideoque placuit, ut si quis clericus ministeriis Ecclesiae propriae destitutus ad aliam transitum fecerit, compellente ad quem fuerit sacerdote ad Ecclesiam quam prius incoluebat remittatur. Qui vero eum suscepere nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quandiu cum restitutus communione se privatum agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinis sui exutum aliquo tempore monasterio deligari convenit, sieque postea in ministerium ecclesiastici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus pervagationibus aboliri licentia, nisi fuerit in eis propter correctionem discipline subsecuta censura.

IV. De bigamis ad presbyterium vel diaconatum non promovendis.

Quarta actione nunquam est nobis apud Astigitanam Ecclesiam quedam nuper ordinationes illicitas exstitisse, ita ut quidam viduarum mariti levitarum ministerio sacrarentur: quos quidem convenit a gradu suscepto in irritum devocari, nec ultra provehi ad diaconi ministerium qui contra divina atque ecclesiastica jura instituti reperiuntur. C

V. Ne presbyter diaconum aut presbyterem ordinare præsumat.

Quinto judicio ad cognitionem nostram Aniani Egabrensis diaconi relata deductum est de quibusdam ipsius Ecclesiae clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum ocolorum detenus dolore fertur manum suam super eos tantum posuisse, et presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse; qui licet propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus judicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus non fuisset mortis vocatione præventus: sed quia iam ille examini divino relictus burinano judicio accusari non potest, bi qui supersunt et ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiae potius eloquium percepere, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus ut gradu sacerdotalis vel levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, depositi a quo judicio abutantur [Forte, abjicantur]. Tales enim meroe judicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti.

VI. De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis.

Sexta actione comperimus Fragitanum Corduben-

* E., B. R., E. 4, T. 1, U., G., elogium. T. 2, enlogium.

^b In reliquis, præter A., sacerdotibus.

* E. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., apud prætores ac

A sis Ecclesiae presbyterem a pontifice suo injuste olim dejectum et innocentem exilio condemnatum, quem rursus ordini suo restituentes id denuo adversus præsumptionem nostram decrevimus, ut juxta priscorum Patrum synodalem sententiam nullus nostrum sine concilii examine dejiciendum quemlibet presbyterem vel diaconum audeat; nam multi sunt qui indiscutib[us] potestate tyrannica non auctoritate canonica damnant, et sicut nonnullos gratia favore sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, et ad levem opinionis auram condemnant quorum crimen non approbat. Episcopus enim presbyteris ^b ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi qui in sæculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt in servitutis nexu non revolvuntur, nisi publice apud prætores tribunalis foro fuerint accusati, quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati bonore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab uno damnari nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui, sed præsentati synodali judicio, quod canon de illis præceperit definiri.

VII. De his quæ prohibentur presbyteris in ecclesiasticis sacramentis.

Septimo examine relatuum est nobis venerantissimum quandam Agapium Cordubensis sedis ^d episcopum frequenter presbyters destinasse, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent: quod quidem non est mirum id præcepisse virum ecclesiasticis disciplinis ignarum et statim a sæculari militia in sacerdotiale ministerium delegatum. Ergo ne ultra talis a nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes quia sicut presbytero illicita consecratio est altarium, ita et constitutio. In divinis enim litteris præcipiente Domino solus Moyses in Tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit, utique quia summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus.* Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotium jussum est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, presbyters qui filiorum Aaron gestant figuram arripere non præsumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum ^e communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris **643** legis, D quædam novellis ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio, siquidem nec licere eis ecclesiam vel altarium consecrare nec per impositionem manus fidelibus baptizatis vel conversis ex heresibus Paraclitum Spiritum tradere, nec chrisma confidere nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in missa quemquam pœnitentium reconciliare, nec formatas curilibet epistolas mittere. Ille enim omnia illicita esse presbyteris, quia pontificatus

præsideb[us] tribunali.

^d E., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., urbis.

* E., B. R., E. 3, 4, U., mysteriorum.

apicem non habent; quod solis deberi episcopis auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licero presbyteris in baptisterium introire, neque praesente antistite infantem tingere aut signare, nec pœnitentes sine præcepto episcopi sui reconciliare, nec eo præseute sacramentum corporis et sanguinis Christi confidere, nec eo coram posito populum docere vel benedicere aut salutare nec plebem utique exhortari.

VIII. De superbis Ecclesie libertis ut ad servitium reverentur.

Octava discussio est agitata de quodam Eliseo ex familia Egabrensis Ecclesie, qui ab episcopo suo traditus libertati de libertate confessim ad contumaciam morbum transiliit, sicque per superbiam non solum ejusdem episcopi veneficis artibus salutem lacerare voluit, sed etiam patronam Ecclesiam libertatis immemor damnavit ^a. Adversus quem ingrati actio canonum ac legum auctoritate justi dirigitur, scilicet ut immerita libertatis damno multatus ad servitii nexum quo natus est revocetur. Taliun enim status, qui contra episcopum suum vel patronam Ecclesiam nititur, decidi potius quam servari ^b convenit, ut quorum libertas perniciosa est sit salutifera servitus, et qui superbire uoverint adepta libertate prædicti discant obedire subjecti.

IX. De oeconomicis ne ex laicis constituantur.

Nona actione didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus divinis constitutos oeconomicos. Proinde pariter tractantes elegimus ut unusquisque nostrum secundum Chalcedonensium Patrum decreta ex proprio clero oeconomicum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi et sæculares **644** in Ecclesia judicare; in uno enim eodemque officio non debet dispar professio. Quod etiam in lege divina prohibetur dicente Moyse: *Non arabis in bove simul et asino*; id est homines diversæ professionis in officio uno non sociabis. Unde oportet nos et divinis libris et sanctorum Patrum obediere præceptis, constituentes ut bi qui in administrationibus Ecclesie pontificibus sociantur discrepare non debeant nec professione nec habitu; nam cohærere et conjungi non possunt quibus ei studia et vota diversa sunt. Si quis autem episcopus post hæc ecclesiastica rem aut laicali procuratione administrandam elegerit, aut sine testimonio oeconomici gubernandam crediderit, vere ut contemptor canonum et fraudator ecclesiasticarum rerum non solum Christo de rebus pauperum judicatur reus, sed etiam et concilio manebit obnoxius.

X. De monasteriis non convellendis.

Dicima actione poscentibus monasteriorum Patribus pari sententia statuimus, ut cœnobia super condita in provincia Bætica, sicut et illa quæ sunt antiqua, immobili et inconcussa stabilitate permaneant solidata.

^a In reliquis, præter A., prædamnavit.

^b A.E., B.R., E. 3, 4, T. 1, 2, U., conservari.

^c B.R., T. 1, 2, U., G., cumdem sacrae causa eversorem.

A Si quis autem, quod absit, nostrum vel nobis succendentium sacerdotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis exsoliandum aut simulatione aliqua fraudis convellendum vel dissolvendum tentaverit, anathema effectus maneat a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad salutem qui tanti et tam salutaris vitae destruxerit traitem. Super hæc etiam universi Bæticae provinciæ episcopi congregati eundem e sacrilegum et eversorem a communione suspendant, convulsum monasterium cum rebus suis restaurant, ut quod insipie unus subverterit omnes pie reformat.

XI. De monasteriis virginum ut a monachis tuerantur.

Undecima actione consensu communis decrevimus ut monasteria virginum in provincia Bætica ^d condita monachorum administratione ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus providemus, quando eis Patres spirituales elegimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint, ea tamen circa monachos cautela servata, ut remoti ab earum peculiaritate nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiarem permisum, sed neque abbatem vel eum qui præficitur extra eam quæ præest loqui virginibus **645** Christi aliquid quod ad institutionem morum pertinet licet; nec cum sola quæ præest frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel triun sororum, ita ut rara sit accessio et brevis omnino locutio. Absit enim ut monachos, quod etiam dictu nefas est, Christi virginibus familiares esse velimus, sed juxta quod jussa regularum vel canonum admonent longe discretos atque sejunctos eorum tantum easdem gubernaculis deputamus, constituentes ut unus monachorum probatissimus eligatur, cuius cura sit prædia earum rustica vel urbana intendere, fabricas extenuere, vel si quid aliud ad necessitatem monasterii providere, ut Christi famule pro animarum suarum tantum utilitate sollicitè solis divinis cultibus vivant, opribus suis inserviant. Sane is qui ab abbate præponitur judicio sui episcopi comprobetur. Vester autem illæ iisdem cœnobiis facient a quibus tuitionem expectant, ab iisdem denuo, ut predictum est, laborum fructus et procurationis suffragium recepturæ.

C Si qui autem monasteriorum hanc ordinationem aut contempserint aut qualibet inertia dissolutione neglexerint, sciunt quod eorum tempor atque superbia ex communicationis sit plectenda censura.

XII. De quodam Acephalorum episcopo.

Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex herere Acephalorum natione Syrus, ut asserit ipse, episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans et deitatem passibilem asserens: eiusdem nostris sensibus tanti erroris confusio patuisse, prolatis illi de incarnatione Domini nostri Jesu Christi testimoniis sanctorumque Patrum sententiis recitatis, omni eum deinde exhortatione ad

^d Ex reliquis, præter A., in quo: Bætica vel ubique condita.

Verba fidei rectitudinem sacerdotali modestia invitavimus. Qui salutaribus munitis pertinaciter per multis diuturnosque conflictus communionem renitens, tandem gratia divina edictus cunctis coram astantibus bæresem propriam abdicavit, duasque naturas et unam personam in uno eodemque Domino nostro Iesu Christo confessus est, credens impassibilem naturam deitatis atque in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis et crucis. Conversus itaque atque receptus suscepit fidem confessionem cum stipulatione jurejurando protulit, atque ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit. Talius pro merito gaudentes Christo gratias egimus, quod eumdem post pravitatem hæresis ad rectitudinem fidei divina gratia promovisset, quem optamus ut permanens

646 in fide Christi pure ac devotissime conseruetur.

XIII. *De duabus in Christo naturis et una persona.*

Tertia decima, id est ultima prosecutio, breviter narrandum putavimus ad refutationem eorumdem hæreticorum qui duas naturas Christi post unionem delirantes confundunt, et passibilem in eo divinitatis substantiam asserunt; contra quorum blasphemias oportet nos in una persona Christi geminæ naturæ proprietatem ostendere, passionemque ejus in sola humanitatibus susceptione manifestare, ut si forte alii qui stultorum bujus inscientiae errore decepti sunt, dum ista legerint resplicant rectaque fidei veritatem firmiter teneant. Nam proculdubio multi sunt ^a qui secundum Apostoli vocem prurientes auribus a veritate quidem auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. Ergo, sicut immaculata fides et sancta Ecclesia Dei docet, constituerat Dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex Patre Deo natum, temporaliter ex utero gloriose virginis Marie hominem editum, et ob hoc in una subsistenti persona duas naturas habentem, deitatis quo ante sæcula genuitus est, humanitatis in qua diebus ultimis editus est; in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam servi consistens; in illa Patri manens æquallis, in ista sine peccato similis nostræ conditioni; in illa invisibilis, in ista visibilis; in illa inviolabilis, in ista possibilis; in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit. Cujus geminæ naturæ distinctio primum ex litteris legis, deinde ex prophetis et evangelicis atque apostolicis depromenda est paginis, ut ea quæ asserimus non argumentis sed exemplis Scripturarum firmemus. Lex in una eademque Salvatoris ^b nostri persona sic demonstrat utramque naturam: divinam, loquente Domino ad Moyensem: *Ecce mitto angelum meum qui præcedat te* ^c, observa eum et audi vocem ejus, quia est nomen meum in illo; humanam, loquente eodem Domino ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes;* id est in carne Christi quæ de Abramæ stirpe descendit. Prophetæ in Psalmis sub una eademque Christi persona sic ostendit utramque naturam, divinam secundum

A illud: *Ex utero ante luciferum genui te; humanam secundum hoc: Et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus; divinam secundum illud: Eructavit cor meum verbum bonum; humanam secundum hoc: Speciosus forma præ filii hominum.*

647 Prophætia in Proverbiis in una eademque Christi persona sic declarat utramque naturam: divinam secundum illud: *Ante colles genuit me; humanam secundum hoc: Dominus creavit me in initio viarum suarum; divinam secundum illud: Necdum erant abyssi et ego jam concepta eram; humanam secundum hoc: Sapientia ædificavit sibi domum, corporis utique sui templum in quo Filius Dei inhabaret, dum Verbum est caro factum.* Prophætia in Isaia sub una eademque Christi persona sic demonstrat

B utramque naturam, deitatis secundum illud: *Nunquid qui alios parere facio ipse non pariam? dicit Dominus; humanitatis secundum hoc: Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium; divinitatis secundum illud: Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum; humanitatis secundum hoc: Aperiatur terra et germet Salvatorem et justitia oriatur simul; humanitatis secundum hoc: Parvulus natus est nobis; divinitatis secundum illud: Filius datus est nobis. Parvulus enim in Christus ad susceptæ humanitatis naturam pertinet, quia homo factus est; Filius autem datus ad divinitatem, quia Dei Filius, et ut ostenderet in utraque natura unam esse personam parvulum natum et Filium datum adjecit: Vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, Deus fortis, Pater futuri sæculi.* In Evangelio quoque in uno eodemque Christo divinæ naturæ significatio est: *Ego et Pater unus sumus; humanæ naturæ insinuatio: Pater major me est; divinæ naturæ significatio: Ego sum veritas et vita; humanæ naturæ insinuatio: Tristis est anima mea usque ad mortem; divinæ naturæ significatio: Omnia per ipsum facta sunt; humanæ naturæ insinuatio: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris.*

Paulus quoque apostolus in uno eodemque Christo naturam divinitatis exprimit dum dicit: *Pro mogenitus omnis creatura ipse est ante omnes, et omnia in illo constant: naturam humanitatis declarat dum dicit: Ipse est caput corporis Ecclesiæ; et alibi: Qui cum in forma Dei esset, non rapinari arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semel ipsum exinanivit formam servit accipiens.* Per hoc enim quod dixit: *Qui cum in forma Dei esset, naturam in eo divinæ majestatis ostendit: pro eo autem quod adjecit, Formam servi accepit, naturam in eo humanæ humilitatis significavit.* Et iterum: *Cum esset, inquit, dives, pauper factus est ut illius inopia nos divites essemus.* Ubi enim dixit: *Cum esset dives, divine naturæ gloria panditur, et ubi adjecit, Pauper factus est, humanæ infirmitatis subiectio demonstratur.* In ipso initio apostolici symboli geminæ sic ostenditur in una eademque Clari-

tur: *et custodiat te in via et introducat ad locum quem preparamus, obserua eum.*

^a T. 1, 2, sunt stultorum qui.

^b A., Christi persona.

^c In T. 2, recentiori manu, duas inter lineas addi-

persona naturæ distinctio : deitatis ex Patre dum dicit : Credo in Deum Patrem omnipotentem et **648** in Iesum Christum Filium ejus unicum, Deum et Dominum nostrum ; humanitatis ex matre dum adjicit : Natum de Spiritu sancto ex utero Mariæ virginis.

Ecce ex utroque Testamento duas naturas in Christo : divinitatis una, altera humanitatis, quæ quidem gemina unam fecit personam, quia unus idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus.

Jaw vero de passione ejusdem Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi, quam in sola humanitate non in deitate sustinuit, sicut superius legis et prophetarum auctoritas, Evangeliorum quoque et apostolorum prædictio adhibenda est.

*Lex de passione corporis Christi sic dicit : Lavabit
he vino stolam suam et in sanguine uxæ pallium suum.
Quid hic pallium, quid stola nisi caro Christi passionis sanguine decorata ? Hæc enim sola contumelias crucis sustinuit ; divinæ vero nature majestas nihil injuria sensit.*

Propheta quoque in Psalmis passionem Christi in carne sola esse sic asserit : Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea : ubi non deitatis sed tantum crucifixi corporis injuria intelligitor. Ibi enim in membrorum significatione sola caro clavis suspensa in ligno atque suffixa pronuntiatur, sicut et apud Jeremiam legitur : Venite, mittamus lignum in panem ejus, id est crucem in corpore ejus. Neque enim divinitas ligno suspendi potuit, sed sola utique humauitas cruce suffixa peperit ; cuius C etiam caro tolerantiam mortis perpessa sic ostenditur alibi dum dicit : Caro mea requiescit in spe ; utique quia sola in Christo carnis materia mortis fragilitate defuncta spem resurrectionis suæ spectabat, etiam sine corruptione recepta dum adjicit : Nec debitis sanctum tuum videre corruptionem.

Salomon autem in Canticis canticorum passionem carnis Christi sic prædicat dicens : Manus, inquit, meæ distillaverunt myrram et digitæ mei guttum : ubi specialiter ostenditur in manibus ac digitis solam carnem Christi suffixam stipite, sicut in psalmo centesimo octavo decimo legitur : Confige clavis timoris tui carnes meas.

Isaias autem Christum in sola humanitate qua apparuit passionis injuriam suscepisse ita prædictit : Homo, inquit, in plaga et sciens ferre infirmitates, vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Quis ipse nisi utique homo ? nam pati et delicere in illo natura Dei non potuit, sed homo portavit in eo passionem et mortem, in quo et ipsa mors habet conditionem. Nam et cum de eo idem propheta dixisset : Quis est iste qui venit de Edom, tinctus restibus de Bosra ? et adjecit : Quare rubrum est vestimentum tuum et indumentum tuum tanquam calcantium in torculari ? Quid hic per indumentum **649** et vestimentum rubrum volunt ostendere nisi solam carnis Christi passionem eternam infectam crux ? Unde et in ipsa passione

A chlamyde coccinea Christus induitur, ut imago sanguinis tantum in carne demonstraretur. Jeremias quoque corpus solum obtulisse Christum passioni sic loquitur : Non sum, inquit, contumax neque contradico, corpus meum dedi percutientibus : non dixit divinitatem quæ passionem nescit perferre. Et iterum : Posui scapulas meas ad flagella et manillas ad palmas. Quod et ipsum ad carnis patientiam non ad deitatis referuntur injuria. Et Zacharias : Videbunt, inquit, in quem confixerunt. Quem silius nisi indubitanter hominem, quem Judæi cruciferunt, et in carne iudicantem videbunt ?

Ecce pronuntiata est passio corporis Christi ex lege et prophetis : transeamus inde ad Evangelia. Ibi queramus Christum Filium Dei in sola carne portasse valetudines passionis, injuriam crucis, loquente ipso discipulis : Ecce ascendimus Hierosolymam et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis : tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur, et postquam flagellaverint occident eum, et die tertia resurget. Quod totum in Christo secundum hominem dictum non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis. Quod etiam in sequentibus docetur, Judæis dicentibus Christo : Quod signum ostendis nobis quia hæc facis ? Et dixit Jesus : Solvite hoc templum et post triduum exsicabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui, nam et in passione sua dum corripiens proditionem diceret : Iuda, osculo filium hominis tradis ? Quem interrogat tradere proditionem, nisi hominem ? quem et comprehendenterunt, non deitatem quam cœrati perfidia nec agnoscerè potuerunt.

Beatus autem apostolus Paulus Christum in homine solo pertulisse crucem sic asseruit : Ut homo, inquit, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis : qui prouide dicit : Ut homo, ut nuncupatione hominis distinctio naturæ lusinuaretur passibilis. Quod confirmans alias ait : An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus ? Qui non infirmatur, sed potens est in rebus ; nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute Dei. Passus est ergo Christus et mortuus, sed ex nostra infirmitate ; vivit autem impossibilis et immortalis, sed ex sua virtute, quæ tanta est ut in se nec passionem recipiat nec mortem admittat. Petrus quoque apostolorum princeps crucis Christi supplicium sic prædicat in solo corpore consummatum : Qui **650** peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justificare vivemus, cuius liture sanari sumus. Et paulo post : Christus igitur passo in carne. Ergo si Christus in carne est passus, non est secundum Deum, sed secundum hominem crucifixus.

Ecce perpetuit de Filio Dei quod pasens est, quod moriū est, corporis hoc tantum fuisse, non deitatis ; aliena sunt enim ista a Deo, testante propheta de Hu : Deus sempiternus, Dominus creans fines terræ dum ejus in rebus.

• B. R., T. 1, 2, hominem ? et comprehendenterunt.
► Ex reliquis præter A., in quibz : sed potens est ver-

*non laborabit neque deficit. Et [T. 1, 2, ac] psalmus A [U., Psalmista]: Tu autem idem ipse es et annus tuus non deficit. Omnes enim in Christo infirmitates humanae sola portavit; caro enim habuit vagitus infante, non divinitas: caro est pannis involuta, non deitas: caro habuit alimenta, caro portavit aetatum commercia: nam et quod fatigatus est, quod esuriuit, quod dormivit, quod flevit, quod passioni proximus tristis fuit, quod postremo ipsam passionem et mortis conditionem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam deitatis. Unus est enim Christus Deus et homo, Verbum et caro, sed unde Deus inde habet immortalitatem, unde homo inde pertulit passionem, et unde caro inde mortuus, et unde Verbum inde aeternus. Neque enim potest esse deitatis passibilis qui est virtute paterna naturae aequalis: unde et Patri derogatur dum natura deitatis in Filio passibilis creditur. Nam si una Patris et Filii substantia est, utique sicut Pater ita et Filius immortalis est, et si Ego et Pater unus sumus, sicut in Patre non est mors, ita nec in Dei Filio mors; et si verum est: *Omnia quae habet Pater mea sunt*, ergo immortalitas Patris cum Filio est communis. Nam quod ait Apostolus de infidelium ignorantia: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent*, non quasi Dominus glorie sit crucifixus, ut natura deitatis videatur esse passibilis, sed quia unus in utraque natura est Christus, secundum assumpti hominis formam Dominus glorie dicitur passus, sicut e contrario illud: *Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis*, dum de celo non descendisset nisi tantum Dei Filius nondum idem factus hominis filius. Propter personae igitur unitatem et ad hominem referuntur in Christo quae Deo propria sunt, et divinitati ascribuntur quae hominis sunt; et ideo dum pati et mori non deitatis, sed carnis proprium sit, tamen propter personae unitatem ipse Deus et natus ex virgine et passus et mortuus praedicatur, sed infirmitate carnis nostra, non virtute divinitatis **651** suae. Quod vero idem Apostolus ait: *Si enim cum inimici essent reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus*; sic hic dicitur Filius Dei mortuus, sicut dicitur de martyribus passis et mortuis, quorum tamen animae non sunt occise in corporis passione ore Veritatis testante: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Ubi agnoscit oportet, si anima martyrum corpore perempto suppliciis extingui non potest, Deus, qui est conditor animarum, quomodo per crucem carnis pati potuit exitium mortis? Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem Filio Dei loquente: *Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam*. Quod si ipsa deitas mortua existit, quero: quis animam ipsam resumpsit? stultum est ergo crucis passionem divinam applicare naturae, sed tantum creabili et humanae. Sola enim caro crucis exitium sensit, sola*

* In reliquis, praeter A., judicaturus de vivis et mortuis.

caro lanceam pertulit, sola sanguinem et aquam manavit, ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulcro posita, ipsa sola de sepulcro tertia die resuscitata, quem etiam glorificata coelos adiit, in qua et venturus est iudex in gloria Patris iudicaturus * vivos et mortuos.

Prolatis igitur Novi ac Veteris Testamenti testimoniis in quibus duae naturae Christi patescant sunt in una subsistenti persona, et in quibus passio ejus apparuit in homine solo expleta, deinde oportuit sententias subiecti sanctorum Patrum qui in sacris litteris ingenti gloria fulserunt, ut etiam eorum traditione perpeteat quia Dominus noster Jesus Christus ex dnabus naturis et una persona subsistit, et quia mortalem et passionem in sola carne suscepit.

Sanctus igitur Hilarius in expositione Epistolae ad Timotheum sic loquitur: Nam et cum dicit Scriptura homo Christus, et cum dicit Christus mortuus, et cum dicit: Verbum caro factum est, non expoliandus est per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. Namque ubi homo Christus est praeceps mediator Dei atque hominum, ex Deo homo, utrumque unum, et inter hominem et Deum medius confessione in se utriusque naturae. Ubi Christus mortuus est subjicitur: qui resurrexit, qui est in dextera Dei: in morte ejus carnis nostrae infirmitas est, in resurrectione virtus^b ejus, in consensu Dei dignitas. Sanctus quoque Ambrosius in expositione Evangelii secundum Lucam sic asserit: Non enim suam, sed nostram crucem Christus ascendit, nec mors illa divinitatis, sed hominis fuit. Et paulo post: Etenim Christus omnia et in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur, caro tamen moritur ut resurgat. Item idem in eodem libro **652** exponens inter alia dicit: *Tristis est anima mea*: et alibi: *Nunc anima mea turbata est valde*: non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur, anima enim obnoxia passionibus, divinitas libera. Denique spiritus promptus, caro autem infirma; tristis est autem non ipse, sed anima, non est tristis sapientia, non divina substantia, sed anima: suscepit corpus meum, non me fecellit ut aliud esset et aliud videretur. Sanctus Athanasius in tractatu quem scripsit de Christi Nativitate sic dicit: In hoc sit ergo, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus et vita consistat, ut credamus Deum Dei Filium prius ante omnia saecula a Deo Patre invisibiliter et impossibiliter genitum, deinde ex Maria virgine secundum hominem natum, et secundum hunc hominem passum, mortuum et sepultum resurrexisse, ab inferis ascendisse in celum. Item idem in expositione de Fide: Verbum, inquit, nascitur de virginе Maria accipiens corpus animale, sed neque Sermo comprehensus est carne, sed in carne et supra carnem, et sicut Deus præciosus, Dei virtus, Dei veritas, passus autem humana, sed Sermo Dei impossibilis est. In passione quidem moritur homo ut vivificaret protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam. Sanctus Gregorius scribens ad Caledonium dicit: *Natura enim dux in*

* B. R., E. I, T. 1, 2, U., G., virtutis ejus potentia in consensu.

Christo, Deus et homo, non autem duo filii nec Dii duo. Item idem in sermone de Filio : Uno autem, inquit, capitulo moneo, ut altiora quidem ascrivas divinitati et illi naturae quæ passionibus et corpore probator esse superior, humilliora vero humanæ naturæ attributas, quæ ex parte infirmitatis nostræ assumpta est. Item ipse in quarto libro contra Eunomium : Et ne aliquis incorrumpibili naturæ deitatis crucem passionis applicet, per alia manifestius talen emendat errorum, mediatorem ipsum Dei et hominum et hominem et Deum ipsum nominans, ut cum duo de uno dicantur, congruum intelligatur circa utrumque, circa deitatem quidem impossibilitas, circa humanitatem autem dispensatio passionis. Sanctus quoque Basilius in quarto libro contra Eunomium ita scribit : Quid est : *Dominus creavit me, et ante omnes colles genuit me?* Ubi intelligendum hoc quod genuit de Dei Filio, hoc autem quod dicit *creavit* de ea parte qua in forma servi est, ut utramque naturam in una persona ostenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Successum epistola dicit : Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet et ad videndum tantum oculis animas, quemadmodum incarnatus est Unigenitus, duas naturas esse dicimus, unum autem Filium et Christum et Deum et Dominum, Verbum incarnatum et hominem **653** factum confitemur. Item in secunda ad eundem Successum epistola sic ait : Cum unus, inquit, sit et solus Filius Christus, idem ipse Deus et homo sicut in deitate perfectus, ita et in humanitate perfectus : non autem ipsum unigenitum Filium Dei, secundum quod intelligitur et est Deus, passum esse in sua natura, sed passum esse terrena natura. Oportet etenim necessario utraque servari uni et vero Filio, et non pati secundum deitatem, et dici passum esse eundem secundum humanitatem : ipsius enim passa est caro. Idem in expositione Levitici inter alia : Totum in his iterum circuminspicere Salvatoris nostri mysterium et emundationem quæ per sanctum baptismum fit : duas enim aviculas sumi jubet vivas et mundas, ut intelligas per volatilia cœlestem hominem simul et Deum in duas naturas, quantum pertinet ad rationem, dividendum unicuique convenienter. Item sanctus Augustinus in Excerptis : Neque enim illa susceptio alterum eorum in alterum conversum atque mutatum est, nec divinitas quippe in creaturam mutata est ut desisteret esse divinitas, nec creatura in divinitatem ut desisteret esse creatura. Nam si substantia hominis, quod absit credere, in divinitatem conversa est, augmentavit aliquid deitati; sed absit ut augmentum recipiat ineffabilis et incomprehensibile plenitudo. Manet ergo utraque Filii Dei natura et una persona. Rursus ipse adversus Maximum : Si ergo attendas distinctiones naturarum, Filius Dei de cœlo descendit, et filius hominis crucifixus est : si unitatem personæ, et filius hominis descendit de cœlo et Filius Dei est crucifixus in terra. Idem in sequentibus : Oportebat Christum pati et resurgere

* AE., B. R., E. 4, persistat. T. 1, 2, U., G., persistat.

A mortuis die tertia. Ubi resurregeret nisi in eo quod potuit cadere? Ibi resurrexit ubi mortuus est : quære mortem in Verbo, nunquam esse potuit : quære mortem in anima, nunquam fuit : quære mortem in carne, plane ibi fuit, et ideo ibi fuit quia mors vera fuit. Et paulo post : Quid miraris? certe vita est Christus. Quare mortua est vita? nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est, caro mortua est. Quare? ut in ea mors moreretur. Idem in explanatione Joannis evangelistæ : Quis ergo est per quem factus est mundus? Christus Jesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? idem ipse Jesus Christus, sed in forma servi. Beatus quoque Leo apostolicus sedis antistes in ea epistola quam scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum sic ait : *Selva* igitur proprietate utriusque naturæ et in unam clementem personam suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, et ad resolvendum conditionis nostræ debitum natura inviolabilis **654** naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus alique idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Et paulo post : Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo : tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura, et sicut forma servi Dei formam non adimit, ita forma Dei servi formam non minuit. Item paulo post : Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Uniuersorum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis, et sicut Verbum ab æqualitate paternæ glorie non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. Sanctus quoque Fulgentius in libro quem de Incarnatione Domini nostri Iesu Christi scripsit inter alia sic intulit : Dico itaque vobis juxta sanctorum Patrum traditionem Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis et incolus, id est divinitatis et humanitatis, una persona sive substantia conlitteri. Idem post alia : Si quis igitur in Domino nostro Iesu Christo aut duas naturas aut unam noluerit sive dubitaverit credere ac prædicare personam, vel si quis noluerit conlitteri eundem Deum atque hominem, id est Verbum incarnatum de Maria virgine pro nostra salute veraciter natum, tantum catholicæ fidei reprehenditur ac demonstratur extraneus, et sacramento redemptoris humana resistat ingratius. Et paulo post : Verbum ergo caro factum unus et plenus est Christus, unus ex utraque atque in utraque, id est humana divinaque natura, in quo sic utriusque naturæ prorsus initio gloriose subexistat, ut sive divinitati Christi humanitatem quis demat, sive humanitati divinitatem detrahatur, Christum sacrilega infidelitate et blasphemia prædicazione dissol-

vat. Item paulo post : Christus pro nobis est carne **A** passus, qui de Deo Patre solus natus est impossibilis Deus. Ipsum itaque Christum Filium Dei pro nobis mortem carne gustasse salva immortalitate divinitatis ejus veraciter credimus. Et iterum post hoc : sed quia non est alter Deus, alter homo, sed idem unus est Christus Deus et homo, profecto idem Deus Christus est qui mortem sua carne suscepit, et idem homo Christus est qui mortem sua divinitate destruxit. Idem quippe Christus Dei Filius qui divinitate mori non potuit, carne mortuus est, quam mortalem Deus immortalis accepit; et idem Christus Dei Filius carne mortuus resurrexit, quia immortalitatem suae divinitatis **655** carne mortuus non amisit. Hinc est quod etiam post resurrectionem suam sicut in cicatricibus veris et in vera comeditione piscais et mellis soliditatem in se veræ carnis edocuit, ita clavis foribus ingrediens veram in se virtutem sempiternæ divinitatis ostendit, ut agnosceretur et naturalis fuisse Christi morientis infirmitas, et eidem resurgentib; naturalis inesse maiestas.

- Hac quidem quæ tam divinae Scripturae quam etiam sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breviter inserta protulimus demonstrantes geni-

A nam carnis et deitatis naturam in una Domini et Salvatoris nostri persona, passum quoque cumdem in ea natura quæ corporis est, non passum in ea natura quæ deitatis est. His agitur concordi sententia in tribus secretariis definitis, pro confirmatione sui proprias subscriptiones **656** subjecimus.

Isidorus in Christi nomine Ecclesie Hispanensis episcopus subscripsi.

Bisinus in Christi nomine Ecclesie Eliberitanæ episcopus subscripsi.

Rufinus in Christi nomine Ecclesie Asidonensis episcopus subscripsi.

Fulgentius in Christi nomine Ecclesie Astigitanae episcopus subscripsi.

Cambra in Christi nomine Ecclesie Italensis episcopus subscripsi.

Joannes in Christi nomine Ecclesie Egubrensis episcopus subscripsi.

Fidentius in Christi nomine Ecclesie Tucitanæ episcopus subscripsi.

Theudulphus in Christi nomine Ecclesie Malacitanæ episcopus subscripsi.

Honorius in Christi nomine Ecclesie Cordubensis episcopus subscripsi.

LXVIII

CONCILIJ BARCINONENSE PRIMUM³.

Cum convenienter in Dei nomine Barciuone sancti episcopi, id est, Sergis metropolitanus, Nibridius Barcinonensis, Casontius Empuritanus, Andreas Herdensis, Statilius Gerundensis, Joannes Caesarugustanus, Asellus Dertosanus, hæc observanda constituerunt.

I. Ut psalmus quinquagesimus ante canticum dicatur.

II. Ut benedictio in matutinis fidelibus sicut in vespere tribuatur.

III. Ut nullus clericorum comam nutriat aut barbam radat.

IV. Ut diaconus in consensu presbyteri nullatenus sedeat.

V. Ut episcopo praesente orationes presbyteri in ordine colligant.

VI. Peccitentes viri tonso capite et religioso habitu uententes jejuniis et obsecrationibus vite tempus peragant.

VII. Ut peccitentes epulis non interficiant nec negotiis operam dent in datis et acceptis, sed tantum in suis donib; vitam frugalem agere debeant.

VIII. De his qui in infirmitatibus poscent poenitentiam et a sacerdote accipiunt, si postea convainerint vitam poenitentium peragant, excepta manu impositione, segregati a communione quandiu probabilem sacerdos eorum approbaverit vitam.

IX. Jubemus vero in infirmitate positis, viaticam benedictionem percipient.

³ D'est hoc concilium in reliquis Codicibus præter A., ex quo decaumptum est.

C X. De monachis vero id observari præcipimus quod synodus Chalcedonensis constituit.

De fisco Barcinonensi.

Dominis sublimibus et magnificis filiis aut fratribus numerariis Artemius vel omnes episcopi ad civitatem Barcinonensem fiscum inferentes : Quoniam ex electione domini et filii ac fratris nostri Scipionis commitis Patrimonii in anno feliciter septimo gloriosi domini nostri Recaredi regis in officium numerarii in civitatem Barcinonensem provinciæ Tarraconensis electi estis, et a nobis sicut consuetudo est, consensum ex territoriis, quæ nobis administrare consuerunt, postulastis; idcirco per hujus consensi nostri seriem decrevimus, ut tam vos quam agentes, sive adjutores vestri pro uno modo canonico ad po-

D pulum exigere debeatis, hoc est siliquas octo, et pro laboribus vestris siliquam unam, et pro inevitabilibus danis **657** vel inter pretia specierum siliquas quatuor quæ faciunt in uno siliqua quatuordecim. Inibi hordeo, quod pro nostra definitione, sicut diximus, tam vos quam adjutores atque agentes exigere debeant, nihil amplius presumant vel exigere vel auferre. Si quis sane secundum consensum nostrum acquiescere noluerit vel tibi inferre minime procuraverit in specie, quod tibi convenerit, fiscum suum inferre procuret. Quod si ab agentibus vestris aliqua superexacta fuerint, quam hujus consensi nostri tenor demonstrat, vos emendare et restituere cui male **658** abiata sunt ordinetis.

In quo consensu subter qui consensimus manibus nostris subscriptisimus. Factum consensum sub die pridie Nonas Novembres, anno septimo regni domini nostri.

Artemius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripti.

Sophronius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripti.

Galanus in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripti.

Joannes in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripti.

LXIX

CONCILIUM BARCINONENSE SECUNDUM.

Cum doce Domino Iesu Christo die Kalendarii Novembrii anno feliciter quarto decimo regni Christianissimi et piissimi domini Reccaredi regis Tarraconensis, provinciae episcopi in urbem Barcinonensem in ecclesia sanctae Crucis fuisserat congregati, hoc sancta synodus statuere elegit :

I. Ut cum ad officia ecclesiastica clericis proveluntur, nihil pro benedictione aut subdiaconii aut diaconi vel presbyterii collata quidquam vel sub oblationis nomine a quoque episcopo vel ab ejus clero inquiratur; illud Domini Iesu meminentes edictum quod ait : *Gratis accepistis, gratis date.*

II. Simili etiam statutum conditione est, ut cum chrisma presbyteris dicesanis pro neophytis confrandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur, ne gratia Dei pretio benedictionis affecta simoniacum interitum ementibus vendentibusque associet.

III. Hoc etiam innovandum custodiendumve in omnibus sancta statuit synodus, ut secundum priscorum canonum constituta vel synodalium epistolas praesulam præmonentes, nulli deinceps laicorum licet ad ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfijo tempore, aut per sacra regalia aut per consensionem clerici vel plebis vel per electionem assensionemque pontificum ad summum sacerdotium aspirare vel prorovihi, sed cum per canonum conscripta tempora ecclesiasticos per ordinem spirituali opere desudando, probata vita adminiculo comitante, concenderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctiore Domino provehatur: ita tamen ut duobus aut tribus quos consensus cleri et plebis elegerit, metropolitani iudicio ejusque coepiscopis præsentatis, quam sors, præente episcoporum ieiunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulet. Alter deinceps, quod absit præsumptum, et ordinatores et ordinatos proprii honoris depositio subsequatur.

* Deest hoc concilium in ceteris Codicibus præter A.

IV. Pari etiam consideratione sancientes, ut si quia virgo propria voluntate, abjecta laicali ueste, devotarum more induita castitatem servare promiserit, vel si qui hominum utriusque sexus penitentia benedictionem expetendo a sacerdote percepirent et ad terrena connubia sponte transierint, aut violenter abstractæ seminæ a pudicitia violatore se sequestrare noluerint, utrique ab Ecclesiarum liminibus expulsi ita ab omnium catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis vel colloquii consolatio sit relicta.

Asiaticus in Christi nomine episcopus Tarraconensis metropolitanae civitatis his constitutionibus interfui, consensi et subscripti.

In Christi nomine Ugnus Barcinonensis episcopus hunc consensum subscripti.

Simplicius in Christi nomine Urgellitanus Ecclesiae episcopus hanc constitutionem consentiens subscripti.

659 In Christi nomine Aquilinus Ausonensis Ecclesiae episcopus hanc constitutionem consentiens subscripti.

Julianus in Christi nomine Ecclesiae Dertosanæ episcopus consentiens subscripti.

Mamius in Christi nomine Ecclesiae Calagurritanae episcopus consentiens subscripti.

Galanus in Christi nomine Ecclesiae Empuritanæ episcopus his constitutionibus annuens subscripti.

Froisclus in Christi nomine Ecclesiae Dertosanæ **660** episcopus annuens subscripti.

Joannes peccator de Geruada in his constitutionibus annuens subscripti.

Maximus Ecclesiae Cæsarangustanae minister in his constitutionibus annuens subscripti.

Amelius in Christi nomine Ecclesiae Ilerdensis episcopus his constitutionibus annuens subscripti.

Hierius in Christi nomine Ecclesiae Egarensis episcopus in his constitutionibus subscripti.

LXX

CONCILIUM NARBONENSE *.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno feliciter quarto regni domini gloriissimi Reccaredi regis, Migerius, Sedatius, Benesatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agripinus et Sergio episcopi Galliae provinciae, concilia sanctorum antiquorum Patrum vel

decreta observare cum Dei timore cupientes, nos in urbe Narbona, secundum quod sancta synodus per ordinationem gloriissimi domini nostri Reccaredi regis in urbe Toletana fluivit, die Kalendarum Novembrii Deo auspice in unum convenimus, et aliquanta

* Deest hoc concilium in reliquis Codicibus præter A.

quæ justæ et pie sunt edita et per patrocinationis A potestate non supplebantur, ad memoriam nunc temporibus domini nostri sub præfationibus deducentes, recapitulare fecimus, et quæ pro regula et fidei catholicæ disciplina adhuc visa sunt, communis tractatu elegimus conscribenda et canonibus definitivis adjungenda, quæ tenor capitulorum subsequenter evidenter jure declarat.

I. Hoc regulariter definitum est, ut nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundiam, non ad religiosorum dignitatem; ut sicut est devotione in mente, ita et ostendatur in corpore, quia purpura maxime laicorum potestate præditis debetur, non religiosis: quod quisque non observaverit, ut transgressorum legis coercendum.

II. Hoc itaque definitum est, ut in psallendi ordinibus per quemque psalmum Gloria dicatur omnipotenti Deo; per maiores vero psalmos, prout fuerint, prolixius pausationes stant et per quamque pausationem Gloria Trinitatis Domino decantetur.

III. Nam et hoc secundum priscorum censuram canonum finitum est, ut nullus clericus, subdiaconus, diaconus vel presbyter in plateis resideat; certe nec in plateis stare et fabulis diversis commisceri: quod si quis facere præsumperit, repellendum omnino ab officio et exsecrandum; si non emendaverit, et a communione et ab officio privetur.

IV. Ut omnis homo tam ingenuus quam servus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus vel Judæus, die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto si immutandi necessitas incubuerit: quod si quisque præsumperit facere, si ingenuus est, det comiti civitatis solidos sex, si servus centum flagella suscipiat.

V. Secundum concilium Nicænum sanctissimum concinnabula vel conjurations non stant clericorum, quæ sub patrociniis solebant fieri laicorum; nec unusquisque de inferiori gradu seniorem sibi elatos aut increpet aut injuriet: quod si quis prætermisso tam justæ censure ordine ausus fuerit facere, districione sævisima corrigitur, ut sub pœnitentia nomine vita recedente, id est anno uno in monasterio sciat abjicare superbiæ unde inflatur, quod est diabolus, et addiscat humilationem, quia per ipsam mortem gubernare dignatus est.

VI. Secundum concilia priscorum orthodoxorum decrevit fraternitas, ut quicunque fuerit culpabilis inventus clericus aut honoratus de civitate et ad monasterium fuerit deputatus, sic abbas qui est prædictus **661** cum illo qui dirigitur agat, sicut ab episcopo manifesta correctione fuerit ordinatus: aliter si abbas facere elegerit, pro correctione tempus aliquod suspendatur, quia ob hanc causam dirigitur ut emendet, non ut passim sacerulis diversis naturetur.

VII. Quicunque clericorum a maximo usque ad iufra contra sanctæ Ecclesiæ utilitatem agere, tractare vel conari fuerit repertus, merito dejiciatur, quia fidem servare minime cognoscitur.

VIII. Quicunque clericus, subdiaconus, diaconus,

A presbyter, sine conscientia episcopi aliquid de possessionibus vel de domo ecclesiæ tulerint aut fraudem fecerint, non solum cum omni dedecore constricti restituant quod fecerunt, sed etiam non deberet ibi in ecclesia esse ubi fraudem visus est operasse: duobus jaceat sub pœnitentia annis, et dum desleverit factum, revertatur ad officium.

IX. Hoc ante omnia decretum est, ut Judæis non licet corpus deducere psallendo, sed, ut corum habuit mos et consuetudo antiqua, corpus deducant et reponant: quod si facere aliter præsumperint, infendant comiti civitatis auri uncias sex.

X. Hoc maxime definitum est, ut nullus audeat clericorum ordinationem sui episcopi contemnere, sed ubi ordinatus fuerit ambulare debeat cum gratia et obedientia, et quæ injuncta fuerint agere: quod si sub cothurno superbie neglexerit implere, non solum ab stipendio, sed anno uno a communione privetur.

XI. Amodo nulli licet episcoporum ordinare diaconum aut presbyterum litteras ignorantem; sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit litteris ineruditus et desidiose legere vel implere officium distulerit et in ecclesia paratus ad omnia non fuerit, ab stipendio rejiciendum et inclinandum quoad usque curvatus impletat et defendat quod esse cognoscitur aut quid erit in Ecclesia Dei: si non fuerit ad legendum exercitus et si perseveraverit desidiose et non vult proficere, mittatur in monasterium, quia non potest nisi legendo ædificare populum.

XII. Hæc maxime pro Dei timore et modo disciplinæ canonicæ elegimus custodienda vel tenenda, ut dum missa celebratur, nullus presbyter aut diaconus absque aliqua infirmitate, dum missa perficiatur, egredi de altario audeat, nec diaconus aut subdiaconus, certe vel lector, antequam missa consumetur, alba se non præsumat eruere: quod si quisque non impleverit constituta, presbyteri incrementur ut redeant; diaconos et exsecrandos et stipendio privandos, reliquos districione certissima condemnandos.

XIII. Hoc regulariter secundum priorum **662** statuta canonum finitum est, ut tam subdiaconus quam Dostiarus vel reliqui servitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque ulla desidia impleant et senioribus vela ad ostia sublevent: qui contempserint facere et adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, et si non emendaverint, ab stipendio privandos, reliquos flagris coercendos.

XIV. Hoc itaque propter ampliandam fideli catolicæ disciplinam elegimus finiendum vel tenendum, ut si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragins atque sorticularios, in cujuscunq; domo Gothi, Romani, Syri, Græci vel Judæi, fuerint inventi, aut qui ausus fuerit amodo in eorum vano carmine interrogare et non publice hoc voluerit annunciare, pro hoc quod præsumpsit non solum ab Ecclesia suspendatur, sed etiam sex auri uncias co-

mitti civitatis inferat. Huius vero qui tali iniuitate repleti sunt et sortes et divinationes faciunt et populum prævaricando seducunt, ubi inventi vel inventæ fuerint, seu liberi, seu servi, vel ancillæ sint, gravissime publice fustigantur et venundentur, et pretia ipsorum pauperibus erogantur.

XV. Ad nos pervenit quosdam de populis catholice fidei execrabilis ritu diem quintam feriam, quæ dicitur Jovis, multos excolare et operationem non facere : quam rem pro Dei timore exsecrantes et blasphemantes, quicunque ab hac die, præter festivitates in eo die venientes, ausus vel auna fuerit vacare et operam non facere, si ingenuus est aut ingenua de Ecclesia repellendus et sub poenitentia mittendus anno unu, et eleemosyna et flatu satisfaciat ut ei Dominus ignoscat : si servus aut ancilla fuerit, cenis flagellis correcti domino consignentur et ultra Italia eos observare non permittant.

Migelius in Christi nomine Ecclesiæ catholice Nar-

A bonensis episcopus has constitutiones, secundum quod nobiscum fratibus nostris, Deo inspirante, placuit, relegi et subscripsi.

Sedatius in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Veterrensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Buetius in Christi nomine Ecclesiæ Megalonensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Pelagius in Christi nomine Ecclesiæ Neumannensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Tigridius in Christi nomine Ecclesiæ Agathensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

B Sergis in Christi nomine Ecclesiæ Carcassonensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Agripinus de civitate Loteba in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

LXXI

CONCLILIUM OSCENSE ^a

HABITUM ANNO TERTIO DECIMO REGNI DOMINI NOSTRI GLORIOSISSIMI RECCAREDI REGIS.

663-664 In nomine Domini Iesu Christi convenientes omnes in unum concilio Oscensi, hoc synodus sancta fieri elegit, ut annuis vicibus unusquisque nostrum omnes abbates monasteriorum vel presbyteros et diaconos suæ dioecesis ad locum ubi episcopus elegerit congregari præcipiat, et omnibus regulam demonstret ducendi vitas, cunctisque sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat quousque etiam parcimoniae et sobrietatis atque veridie castimoniæ honestorum virorum testimonio fama commendet. Sollicitum etiam pro hac re unumquemque nostrum esse convenit, ut curiosa indagine perquiramus si presbyteris et diaconibus atque subdiaconibus et

C clericis pudica et casta sit vita : quod si, quod absit, quidquam malum de quoquam fama dictaverit, per veram et certissimam clericorum probationem vel virorum amanuensium, vel certe illarum seminarum, de quibus fama percurrit, atque etiam diversis argumentis ex quibus adulterorum indicia certissime suspicari solent, omnia argutissime perquirantur, ut nec per falsitatis obumbrationem quisquam notetur, nec per quasdam excusationes admissum facinus operiatur, dum per publicam probationem minime reconvinci garrant, sed probatae vitæ se vixisse, honestorum clericorum testimonio clarere demonstrent.

* Deest hoc concilium in ceteris Codicibus præter A.

LXXII

CONCILII EGARENSE ^b.

In nomine Domini Iesu Christi, sub die Iduum Januarium anno feliciter tertio regni gloriosissimi domini nostri Sisebuti regis, convenientes in unum episcopi provinciæ Tarraconensis in locum Egara, id sancta instituit synodus, ut constitutio quæ dudum in anno tertio decimo regni divæ memorie Reccaredi regis in concilio Oscensi constituta quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata et in perpetuum validura perduret; et omne quidquid ex castimonia presbyterorum et inferius clericorum conscriptum fuit, eadem forma et de omnibus episcopis sub tali industria solertiaque omni tempore pepigendo scrutetur, ut, auxiliante Domino et adminiculante, talis vita sollicitudinem nulla, quod absit, reprehensionis occasio subripere aliquando prævaleat.

Eusebius subscripsi.

* Deest hoc concilium in reliquis Codicibus præter A.

D Mumius subscripsi.

Joannes subscripsi.

Maximus subscripsi.

Emilia subscripsi.

Rufinus subscripsi.

Ursus subscripsi.

Vincentius subscripsi.

Stephanus subscripsi.

Pompedius subscripsi,

Synthasius subscripsi.

Justus subscripsi.

Maximus presbyter, agens vicem domini mei Stephanii episcopi, subscripsi.

Fruetus in Christi nomine diaconus, agens vicem domini mei Guinarelli episcopi, subscripsi.

CONCILIO ^{*} EMERITENSE

DUODECIM EPISCOPORUM, HABITUM DIE VIII IDUUM NOVEMBRI, ANNO XVIII SERENISSIMI ET
PIISSIMI RECCESVINTHI REGIS, AERA DCCIV.

665—666. Congregatis omnibus provinciae Lusitaniae episcopis in nomine Domini et residentibus in sancta Jerusalem ecclesia, quæ in Emeritensi urbe, quæ caput hujus provinciae noscitur esse et sub principali nomine manet dedicata, juxta ordinem priorum canonum nostrorum cum Dei juvamine exceptum est initium. Primum, ut mos est, debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cuius munere adunati sumus et dono; deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro et domino gratiarum actiones impendimus regi Reccesvintho, optantes divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem concedat et vitæ felicitatem cum pacis quiete, sique eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat gratia faveente quatenus et præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, et post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat per sæcula nunquana finienda. Et quoniam de secularibus sancta illi manet cura, et ecclesiastica per divinam gratiam recte disponit mente intenta, sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ querentibus manet propinqua.

I. *De fidei institutione ejusque ordine.*

Juxta priorum Patrum regulam, quæ sancte nobis est tradita, cuius institutione profectum fidei habet sancta Dei Ecclesia catholica, quamlibet permittit concilii maneat memorata, oportet tamen a nobis non eam esse prætermittendam. Hæc enim est prima concillii via, et nisi digne fuerit auctastructa perveniendi ad aliud ratio est incongrua. Nos ergo quia certos saltem in fide et perpetuum hanc prouitemur, ore dignum est in hoc sancto concilio credulitatem nostram exponere.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum ^b Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia aëcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominumque Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantia, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus, passus sub Peccato Ipi-
lato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis; et in Spiritum sanctum dominum et vivificatorem ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio ad-

A randum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: constituerum unum baptismum in remissionem peccatorum: exspectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri sæculi. Amen.

Hæc est fides nostra et hæc credulitas sancta; hanc quisquis digne tenet judicij tempore remuneratio in condignam accipiet; quisquis ab ea discesserit et in hac fide esse noluerit, cum diabolo prenas æterni supplicii luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, ut hæc credulitas sincera divina nobis conferat beneficia ejusque pietas sancta præsenti in sæculo emeta nobis dimittat peccata, et cum venerit judicare vivos et mortuos, ad **667** dexteram suam nos justificandes statuat. Si quis non crediderit aut confessus non fuerit Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse in Trinitate Deum, analbema sit.

II. *De vespertini officii servando ordine.*

Sicut in fide sancta nostra est unanimitas, ita pro saneto Dei officio debet esse intentio summa. Oportet igitur ut sicut in aliis Ecclesiis vespertino tempore post lumen oblatum prius dicitur vespertinum quam sonum in diebus festis, ita et a nobis custodiatur in ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua Ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit ut bonum hujus operis agant, dum ita' ad metropolitani pervenerit aures et su' rit res convicti, excommunicationis se noverit fieri sententia.

C III. *Quid sit observandum tempore quo rex in exercitu progreditur pro regis, gentis aut patris statu atque salute.*

Quantum cum Dei juvamine ratio comperit • ut rectitudinis regula ponatur in ecclesiastico ordine, tantum necessarium est ea excogitare et ordinare quæ clementissimo domino nostro Reccesvintho regi fideliumque suorum genii aut patris debeat prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit ^d sanctum concilium, ut quandocunque eum causa progredi fecerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in Ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem sacrificium omnipotenti Deo pro ejus suorumque fidelium atque exercitus sui salute offeratur, et divina virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis a Domino tribuatur, et Victoria illi omnipotenti Deo concedatur. Tandiu hic ordo tenendus est quandiu cum divino juvamine ad suam redeat sedem. Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat se a suo metropolitano esse excommunicatum.

^b E. 4, T. 1, 2, *Dominum nostrum Jesum.*

^c E. 4, T. 1, 2, *comperit.*

^d E. 4, T. 1, 2, *instituit hoc sanctum.*

IV. Qualiter metropolitanus suis confinimis, aut confinimi metropolitanus sui placitum faciant.

Postquam fidei nostrae credulitas est manifesta, illa inserenda curavimus quae rectitudinem faciant in Ecclesia sancta. Cetus ergo nostrae unanimitatis hoc inserendum esse curavit, ut tempore quo metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus episcopus, placitum in nomine suorum provincialium episcoporum faciat ut caste, sobrie recteque vivat. Similiter et quando confinimi episcopi in Ecclesiis quibus præesse potuerint fuerint ordinati, placitum faciant in nomine **668** episcopi sui metropolitanus ut caste, recte et sobrie vivant. Quod si juxta canonum sententiam per voluntatem metropolitanus atque informationis ejus epistolaam per regiam jussionem ab alio metropolitanu aliqui fuerint ordinati, tempore quo ad metropolitanum suum post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod si distulerint, tandiu quisquis ille excommunicatum se esse noverit, quandiu impleat ordinem bona institutionis.

V. Ut episcopus pro sua persona ad concilium non dicaret, sed aut archipresbyterum aut presbyterum dirigat.

Juxta canonum ordinem tempore quo concilium per metropolitanu voluntatem et regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinimis episcopos in unum eportet adesse, nec pro tali re qualibet causa opponi debetur ad excusationem. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab insurmitate, qualiter non possit venire aut per regiam jussionem injunctum **C** accepte aliquid agere ut sit per quod non possit concilio interesse, quidquid tale acciderit, metropolitanus suo fideliter intimet cuncta per suam epistolam manu sua subscriptam, ut in postmodum queratur ne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamen personam non aliter nisi aut archipresbyterum suum dirigit, aut si archipresbytero impossibilitas fuerit, presbyterum utilem, cuius dignitas cum prudentia patet, a tergo episcoporum inter presbyteros seletere et queque in eo concilio fuerint acta scire et subscribere. Injunctum enim hoc accepit coetus noster, ut quisquam episcoporum diaconum ad suam personam dirigat; hic enim, quia presbyteris junior esse videtur, sedere cum episcopis in concilio nulla ratione permittitur. Nemcunq; ergo ex presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigat, ut ratio poscit, atque cum eo mandatarium suum juxta legis ordinem munitum, ut si a qualibet contra eundem episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo quem direxit qui petit accipiat responsum, et justitia quae fuerit ordinata nullam in postmodum dilationem habeat.

VI. Qualiter episcops, admonitione accepta, ad metropolitanum suum venias.

Deo credimus esse placitum quando pro bono opere dignam in Ecclesia sancta imponimus regum. Ideoque placuit fraternitati nostrae, ut sicut primatus reverentia a metropolitanu episcopo jubetur impendi

* E. 4, T. 1, 2., provincialium.

A per synodicam regulam, ita et a comprovincialibus **669** suis serventur haec monita. Communis delibera-tione censemus et sententiae hujus ordinem ser-vandum instituimus, ut dum quisquam comprovincialis episcopus metropolitanus admonitionem acceperit pro diebus festis Nativitatis Domini et Pascha cum ea peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusa-tionem. Quod si contigerit eum ab agriundine esse detentum vel per nimiam intemperantiam serum non habere qualiter ad presentiam ejus possit venire, epistolam manu sua subscriptam dirigere debet, in qua hujus rei causa verissime notescat. Quod si saurus qui admonitionem acceperit fuerit, et venire distulerit, absque excommunicatione diuinitandus non erit.

VII. Qualiter secundum priorum canonum instituta concilium fiat.

Decretum est de priscis canonicis seni in anno fieri concilium ubi elegent metropolitanus episcopes, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales episcopi, dum a suo metropolitanu fuerint admoniti, presentes esse debeant ad locum temporis debiti, que res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli qui pro hoc admonitionem sui metropolitani et regiam jussionem accipiunt et minime implent quae jubentur: hos priscorum canonum sententiae excommunicatos esse julent usque ad tempus superventuri concilii, et quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere. Placuit huic sanctae synodo, ut quisquis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus ubi cum his qui presentes fuerint elegent metropolitanus. Cella vero et res ad eum pertinentes, quoaque ille sub penitentia fuerit, instantia et sollicitudine regantur metropolitanus; quia ideo est hoc electum ut discat sub penitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat quae Ecclesie suae est debita.

VIII. Quid ordinatum maneat de episcopis qui inter se de parochiis intentionem habent.

Omnibus peccati cognitum manet quomodo divisa gratia, que cor serenissimi **b** domini nostri et principis Reccesvinti regis in manu tenet et ubi vult illud verit, suggeste saucta memoria sanctissimo viro Oroncio episcopo, animum ejus ad pietatem me-
ritum, ut terminos hujus provincie Lusitanie cum suis episcopis eorumque parochiis juxta priorum canonum sententias ad nomen provincie **670** et metropolitanam hanc sedem reduceret et restauraret. His ergo juxta eandem regulam decreto synodico judicil formula et suæ clementiae confirmatione ad hanc metropolim reductis, dum miserante Domino principis jussu in unum ad sanctum convenissemus concilium, unus de eis Selua nomine sanctæ Egidiæ Ecclesie episcopus interpellavit sanctam synodum eo quod Justus Salamanicensis Ecclesie episcopus debitam illi teneret dioecesem, hoc enim etiam adj-

* E. 4, T. 1, 2, serenissimi atque clementissimi domini.

cens ut de eo id unde ad Gallæcia metropolim dic-
cessis sua fuerat possessum ille reciperet, quamvis
longa post tempora, quæ parochiæ sua fuerant debiti.
Sed quia antiquorum canonum sunt instituta, ut
si in una provincia quisquis episcopus de alterius
diœcesi partem aliquam per triginta annos posse-
derit, quietus teneat, justum perspeximus ut quia
nec ille triginta annos adhuc habet quo ad hujus
provinciæ metropolim reductus est, et ille quod per-
longo tempore non possedit recepit, et triginta ad-
huc non sunt in hoc illi impleti anni, sicut ille ad
debitam diœcesem rediit, ita et hic qui pulsat diœcesim
sibi debitam ordinante metropolitano cum suis fra-
tribus per suum sajōnem recipiat; ita tamen ut de-
presentia metropolitani inspectores dirigantur, qui
per evidētia signa diœceses ipsas conspiciant, et
unusquisque quod illi debitum est accipiat et habeat.
Pacta vero, quæ juxta canonicanū regulam inter epi-
scopos per pacificam deliberationem justissime fue-
rint facta, in omnibus placet esse servanda. Omnibus
vero episcopis id instituitur esse servandum, ut pa-
rochiam suam bene custodiant nec a quolibet fratre
cam usurpari permittant: quibus si tricennialis nu-
merus per voluntatem aut negligētiam occurrerit,
nullo modo reddenda erit.

**IX. Quid presbyter observare debeat qui presbyteris
jubetur dare sanctum chrisma.**

Conveniens in omnibus nobis hæc maneat senten-
tia, quæ digne custodiatur in nostra provincia. Pla-
cuit, ut quisquis ab episcopo sanctum in potestate
presbyteris ad distribuendum tempore opportuno ac-
ceperit chrisma, nihil ab eis beneficij causa tollere
aut petere præsumat. Similiter et preabyteri, qui san-
ctum Dei baptismā infantibus tradunt, nihil pro tali
gratia a parentibus eorum auferre præsumant. Quod
si quis aliquid offert per bonam voluntatem, accipiat
tur grāte, nihil tamen, ut diximus, auferatur quacun-
que occasione. Si quis sententia hujus ordinem non
custodierit eumque transgredi præsumperit, tribus
mensibus sub poenitentia excommunicatus manebit.

**671 X. Ut omnis episcopus infra hanc provinciam con-
stitutus archipresbyterum, archidiaconum et primicler-
rum in sua Ecclesia habeat.**

Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos
episcopi infra nostram provinciam constituti in ca-
thedralibus nostris ecclesiis singuli nostrum archi-
presbyterum, archidiaconum et primiclerum habere
debeamus; sanctus quippe est ordo et a nobis per
omnia observandus. Ideoque placuit huic magnæ sy-
nodo, ut quicunque ad hoc officium pervenerit hu-
militatem pontifici suo et reverentiam præbeat, ne
quolibet modo superbiæ fastum quilibet ex his incur-
rat, sed in ordine quo quisque fuerit constitutus beni-
gne persistat, et sui dignitatem officii per omnia te-
neat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodie-
rit et quæ illi pro tali officio a suo episcopo imperata
fuerint adimplere distulerit, prout causa patuerit,
excommunicationis damno mulctandum se noverit.

^a Ex reliquis, præter B. R., in quo : curas.

**A XI. Ut omnis presbyter, abbas vel diaconus, episcopo
suo humilitatem teneat et reverentiam summat.**

Pervenit ad costum bujus sancti concilii presbyte-
ros, abbates et diacones episcopo suo inobedientes
esse, atque id intromissum est ut dum quilibet ex
presbyteris aut abbatibus ecclesiæ suarum a de-
cedentibus episcopis habeant absolitionem, episcopo
suo dignam obedientiam justamque reverentiam non
exhibeant, et quibus concessa est per canonicanū sen-
tentiam visitandi suam parochiam, his potius infertur
injuria et movetur calumnia. Proinde placuit
huic sauco concilio, ut tam a presbyteris quam ab
abbatibus sive etiam a diaconibus episcopo honor
debitus impendatur, ut a nullo contumeliani pati vi-
deatur, et quandoque contigerit eum juxta canonicanū
sententiam visitare suam parochiam, et digne eum
suscipiant et prout habuerint aut ratio permiserit illi
præparent quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia
servandum instituimus, ut nulli presbytero vel dia-
cono sine voluntate episcopi sui licentia sit seculares
peragere causas ^b aut injunctiones expedire publicas.
Si quis bujus ordinem capituli transcendere voluerit,
excommunicationis sententia ferendum se noverit.

**XII. Ut episcopus qui illi placiti fuerint de parochi-
sua presbyteros atque diaconos cathedralis sibi fa-
ciat.**

Si priorum canonum sententia hunc recte **672** te-
net ordinem, ut episcopus ab alio episcopo, si indigen-
tiam habuerit, clericum ad ordinandum petat et ac-
cipiat; cur qui in diœcesi sua habet eos, quos pro
C Dei officio et suo juramine dignos repererit, ad suam
principalem Ecclesiam non perducat et habeat? Pro
hujus rei causa hoc elegit uanitas nostra, ut omnis
episcopus provinciæ nostra si voluerit de parochi-
atis presbyteris atque diaconibus cathedralis sibi in
principali Ecclesia facere, maneat illi per omnia li-
centia. Hi tamen qui fuerint transducti humiliatae
dignam episcopo suo teneant, et eo honore et rever-
entia habentur et venerentur in cathedrali Eccle-
sia, sicut hi quos constat fuisse ordinatos in ea, et
quamvis ab episcopo suo stipendiū causa per bouam
obedientiam aliquid accipient, ab ecclesiis tamen in
quibus prius consecrati sunt vel a rebus earum extra-
nei non maneant, sed pontificali electione sub pre-
sbyteri ipsius ordinatione presbyter aliis instituantur,
qui sanctum officium peragat et discretione prioris
presbyteri victus et vestitus rationabiliter illi mini-
stretur ut non egeat: aut si quæsierit qui ordinatur
stipendium a suo presbytero accipiat, quantum di-
gnitas officii eum habere expetat; clericis vero vel
quos ad serviendum ei dederit per discretionis mo-
dum quæ necessaria sunt ministret. Si quis sententia
hujus ordinem implere distulerit, prout ratio permi-
serit, excommunicandum se esse noverit.

**XIII. Ut episcopus cum quem rident de clericis suis ad
bonum prefectum tendere, honorandi et munificandi
de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.**

In Ecclesia Dei sancta congregatio clericorum si

non medica, et sunt aliqui quorum intentio non pauca est in sancto Dei officio, atque multi quos segnitudinis fastus minime perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo sancto huic placuit concilio, ut quemcunque episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bouam intentionem venerandi, amandi et honoriandi atque de rebus Ecclesiae quod voluerit illi largiendi habeat potestatem: huc enim causa et majoribus maiorem praestat gratiam et minores excitat ut ad melius tendant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam ita in ius habent, ut et remedium ex hoc semper et rem Deo dicata ad argumentum perducatur. Quod si id quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint aut detrimetum patuerit, episcopus habeat licetiam sine ullo prajudicio in jure Ecclesiae revocare rem propriam.

673 XIV. *De pecunia qua in Ecclesia Dei offertur fideliter colligenda et fideliter dividenda.*

In sancta Dei Ecclesia diebus festis pro consuetudine et mercede communicationis tempore a fidelibus pecuniam novimus ponit. Pro hoc placuit sancto concilio hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio sancto, omnibus iusta meritorum ex hoc repandatur vicissitudo. Statuimus in nostris ecclesiis vel civitatibus hoc esse servandum, ut quidquid pecunia a fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat et conservatum et fideliter episcopo presentetur, qualiter exinde tres partes sicut aquales: unam episcopos habeat; alteram presbyteri et diacones inibi deservientes consequantur, et inter se ut dignitas et ordo poposcerit dividant; tertiæ vero subdiaconibus et clericis tribuantur, ut a primicerio, juxta quod in officio eos perspicit esse intentos, ita singulis dispensentur. Similis forma et de parochianis presbyteris in ecclesiis illis a Deo creditis erit servanda.

XV. *Ut episcopi atque presbyteri pro gravibus causis, quod legum dominant sententiae, sine judicis examenе familiam Ecclesie non debant extirpare.*

Si regalis pietas pro salute hominum suarum legum dignata est ponere decreta, cur religio sancta per sancti concilii ordinem non habeat instituta quæ omnino debent esse cavenda? Ideoque placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suum ponat ira, nec pro quolibet excessu culibet ex familia Ecclesie aliquod corporis membrorum sua ordinatione presumat extirpare aut auferre. Quod si talis emerserit culpa, advocate judice et vitatis ad examen ejus deducatur quod factum fuisse asseritur. Et quia omnino justam est ut pontifex sevissimam non impedit vindicari, quidquid coram judice verius patuerit per disciplinæ severitatem absque turpi decalvatione maneat emendatum, et ab episcopo suo aut donatus fidelibus suis maneat qui malum aliquod, quod leges graviter damnat admissit, aut alijiciendi eum episcopus si voluerit l'centiam habebit. Similier et quia cooperatorum vijnos presbyteros, aegritudine accedente, familiæ

A Ecclesie sue crimen imponere, dicentes ex ea homines aliquos maleficium sibi fecisse eosque sua protestate torquere et per multam impietatem detinuntare, et hoc evendari placuit per rectitudinem hujus sententiae. Instuentes igitur decernimus, ut si presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducatur episcopi: ipse autem datis bonis hominibus ex latera suo **674** judicem hoc jubeat querere, et si sceleris hujus causa fuerit inventa, ad cognitionem episcopi hoc reducant, et processa ex ore ejus sententia i a malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alias facere presumat. Si quis sententias hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit et a clero abjunctiones.

B XVI. *Ut episcopo non licet tertiam de parochianis ecclesiis tollere.*

Bene disposita divina gratia ut unaq[ue] ecclesia quilibet a fidelibus collatum est habeat. Perprincipis quippe canonibus erat decretum ut episcopus de parochianis ecclesiis tertiam sequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt. Placuit huic sancto concilio ut nullus provincie Lusitanæ episcopus sententia hujus terminum excedat, nec a qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre presumat; sed quidquid exinde consequi potuerat totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Omnes vero supradicti presbyteri qui virtutem habuerint episcopo suo placitum faciant, ut reparare ecclesiæ sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti ecclesiæ sibi creditas, ut ratio permittat, digne reparant. Ecclesiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, sollicitudine, intentione et dispositione episcopali, ut ratio permiserit, habeant reparationem.

C XVII. *Ut post mortem episcopi nulli subjectorum licet de eo quidquam detrahare.*

Quia per divinam gratiam in sancta Dei Ecclesia episcopatis ordinatis potestas, dignum est ut sicut honore et honestate sumimus habetur in vita, ita post mortem detractio de en sit nulla. Hujus rei causa hanc sententiam protulit et per omnia jubet esse firmam congregatio nostra. Instuentes igitur decernimus, ut nullus sui Iecus decedentes detrahant episcopum, nullus de eo deroget nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere presumperit, si presbyter su rit, tribus mensibus ab episcopo suo sub penitentia religatus maneat; si discensus, quinque; si subd accusans aut clericus vel quilibet religiosus de majori gradu, quia constat ex his jam aliquos per bonam actionem esse venerandos, novein; si minimi fuerint qui levi curde sint minimaque adiuv personæ, quinquagenis flagellis iussione feriantur episcopi; quod si laicus, quamvis ingenuus in domo ecclesiæ tamen nutritus et ab ecclesiæ rebus dignitatis gratia præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, p o tali excessu excommunicationis sententia feriendus erit; si vero de familia ecclesiæ fuerit quisque, quia et in his discretionis

est gradus, si major **675** fuerit qui dignitate pol-
leat, sex mensibus ab episcopo suo excommunicatus
maneat; inferior tamen aut minima persona discipli-
niam moreatur, juxta quod episcopi sui processerit
sententia. Dignum est etenim ut cui in vita honor
fuit impensis, post mortem detractionis subtrahatur
stimulus.

XVIII. Ut parochitani presbyteri juxta ut posse ha-
buerint de familia ecclesiae sue clericos sibi faciant
et habeam.

Quodquid unanimiter digne disponitur in sancta
Dei Ecclesia, necessarium est ut a parochitanis
presbyteris custoditum maneat. Sunt enim non-
nulli qui ecclesiarum suarum res ad plenitudinem
babent, et sollicitudo illis nulla est habendi clericos
eum quibus omnipotenti Deo laudum debita persul-
vant officia. Proinde instituit haec sancta synodus, ut
omnes parochitani presbyteri, juxta ut in rebus sibi
a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de ecclesiis
suae familia clericos sibi faciant, quos per bonam
voluntatem ita nutrit ut et officium sanctum digne
peragant, et ad servitium suum aptos eos habeant.
Hi etiam vicium et vestitum dispensatione presbyteri
merebuntur, et domino et presbytero suo atque utili-
tati Ecclesiae fideles esse debent. Quod si inutiles
apparuerint, ut culpa patuerit, correptione discipli-
niam feriantur. Si quis presbyterorum hanc sententiam
minime custodierit et non adimpleverit, ab episcopo
suo corrigatur ut plenissime custodiat quod digne
jubetur.

XIX. Ut presbyter qui plures ecclesias habuerit com-
missas, pro singulis Dominicis diebus in singulis sa-
crificiis Deo offerre intendat.

In parochiis multis sunt ecclesiae constitutae, quae
a fidelibus factae aut paucum aut nihil de rebus vi-
dentur habere; sacerdotali ergo decreto presbytero
uni plures existant commissae; unde cavendum est
ne, occurrente paupertate, ordo ibidem non impletatur
missae. Proinde salubri deliberatione censemus, ut
pro singulis quibusque ecclesiis, in quibus presbyter
jussus fuerit per sui episcopi ordinationem praesesse,
pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procu-
ret offerre, et eorum nomina, a quibus eas ecclesias
constat esse constructas vel qui aliquid his sanctis
ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viven-
tes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore
missae; quod si ab hac decresserunt aut discesserint
luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus reciten-
tur suo in ordine. Si quis hanc institutionem presby-
ter implere neglexerit, dum talis causa per quemlibet
ad aures sui episcopi pervenerit, presbyter ille
excommunicationis sententia forandus erit.

676 XX. Qualiter libertos episcopi faciant vel qualiter
liberti a patrocinio Ecclesiae nunquam di-
cedant.

In priorum canonum ordine institutum manet
qualiter episcopi de familia ecclesiae libertos de-
beant facere. Multi etenim sacerdotes, prout illis
concessit divina gratia, habent unde canonicum or-
dinari impleant et sic libertos faciant, et sunt multi

A qui nihil habentes ad hanc gratiam veniunt et sic
libertos facere presumunt. Tales etiam libertos re-
gula canonica esse non jubet stabilitos: contingere
etenim solet ut postquam manumissor eorum ab hac
discesserit luce, talis occurrat successor qui aut
ecclesiae familiam minime querat, aut per bonam
voluntatem vel negligentiam hi a quo nihil ecclesiae
offerente liberi facti sunt longo pro tempore libertos
se esse defendant, atque eas libertates ita abscondant
ut pro hoc querenti episcopo laborem faciant.
Talius si sit voluntas, licentia conceditur nulla quia
non potuerunt, neque a servitio Ecclesiae nunquam
discedunt et pro his rebus in libertate permanere
non poterunt. Sanctorum canonum non ahicienda
sunt instituta atque his quae implenda esse oportet
B addimus nova. Placuit huic sanctae synodo, ut quis-
quis digne juxta canoniam regulam libertus fuerit
factus, in libertate maneat et a patrocinio ecclesiae
ipse aut posteritas ejus nunquam discedat. Quisquis
vero, non ut ordo canonicus possit, libertas fuerit
factus, quamvis prolixitas temporis in scripturæ sue
textu inveniatur, quia a servitio Ecclesiae nunquam
visus est abscessisse, et canonica sententia rescindi
jubet talem libertatem, ut ille et posteritas omnis
ejus in servitio permaneant sanctæ Ecclesiae, emi
debiti manent per veram originem. Illos vero per
omnias stabilitos in libertate esse instituimus, qui
ab his episcopis liberi sunt vel fuerint facti, qui de
suo bona plurima sanctæ Ecclesiae, in qua præsident,
per sue scriptura textum cognoscuntur contalisse:
et hi quamlibet jubeantur esse stabiles, nullo modo
recedendi sunt a patrocinio sanctæ Ecclesiae.
Quod si contingit eos eorumque filios personis in-
genios esse conjunctos, et quandoque eorum poste-
ritas patrocinium Ecclesiae voluerit despicer ex
cujus familia per veram originem constat eos genitos
esse, si ex his libertis trabunt originem qui juxta
canoniam sententiam jacentur esse stabiles, et
dignitatis sue nomen teneant, et Ecclesiae patroci-
niu[m] nunquam amittant. Certe si ex his inventi
fuerint originem trahere, quos canonica regulæ non
jubent liberos esse, quamlibet post longa tempora
duminodo origine firmata, reducendi tamen sunt ad
sanctæ Ecclesiae cui pertinent jura. Liberti **677** ta-
men ex familia Ecclesiae facti et posteritas quae ex his
est procreata, si libertatem suam vel parentum suorum
inventi fuerint celasse aut abscondere, et tempore
quo ab episcopo fuerint admoniti eam præseitate
distulerint, dum eorum origo, ut juri diximus, fue-
rit manifestata per legalem testem, ad servitium
Ecclesiae reducantur, et ut episcopo fuerit placitum
ita eos habeat. Haec forma et in presbyteris ser-
vanda erit, qui cum voluntate episcopi sui, juxta
canoniam regulam, de familia sua Ecclesiae liberos
facere voluerint.

XXI. Qualiter stabilitum manent quod episcopus in
amicis suis servis aut libertis de re Ecclesiae sue do-
nare voluerit.

Non putandum est contra regulam iuris canoniam,

quando ea instituimus quæ servari oportet de re ecclesiastica. Quamvis etenim canonice sententiae ordinem habeant, quid episcopus pro re Ecclesie observare debeat, opportunum tamen est ut ubi ab episcopo bonus impenditur protectus, a succedente institutus teneatur modus. Placuit huic sancto concilio, ut si episcopus Ecclesie suæ in qua præsedit de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis suis servis aut libertis vel quibuslibet personis de Ecclesie suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum aut multo plus patuerit esse quod conscripsit in nomine Ecclesie suæ, firmum maneat quod distribuit in personis quæ prænotatae sunt superiori ordine, nec licebit succedenti episcopo prioris sui irrumperem voluntatem. His etiam si causa ecclesiastica fuerint commissæ, et fideliter prosequentes in rebus Ecclesie profectum visi fuerint facere, laboris sui consequantur mercedem, ita ut de eo quidquid acquisierint, quia constat eos non sine utilitate Ecclesie negotia commissa peragore, de eo quidquid cum fide et bona intentione ad effectum perduixerint et ad jus Ecclesie per eos reducua patuerit, de mobili re decimum suum sequantur; pre immobili ab episcopo repensationem dignam accipiunt, et tamen quæ meruerint ipsi aut posteritas eorum vel quibus largiri voluerint perenniter possident. Si quis episcoporum, contra hujus sententia ordinem agens, irrumperet voluerit quod prior ejus fecit, et vocem amittat et scriptura quæ facta est potest adimpleat, insuper et a cœlu fraterno excommunicatus maneat, ut excessus sui eniedet causam.

XIII. Qualiter excommunicari oportet qui canonis ius non custodierit sententiam.

Quis, juvante nos divina gratia, ea in hoc **678** sancto concilio peregrimus quæ ad rectitudinem ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi modum imposuimus, aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta, per hujus sententiae decretum instituimus, quod quisque episcoporum vel presbyterorum atque inferiori gradu constituti debeant metuere. Quisquis hujus canonice regulæ instituta servare distulerit, quamlibet major esse videatur, mediocri vero aut inferiori gradu consistitum se esse perspicerit, ut causa permiserit, a metropolitano episcopo cum suis confitimus, qui supra notatum sententiarum ordinem custodierint, is qui servare distulerit excommunicatum se evidentissime noverit.

XIV. Confirmatio hujus concilii.

Postquam Audei nostre exposuimus credulitatem et quæ necessaria extiterunt, ut potuimus, digessimus

A per ordinem, Creatori nostro et Domino quem credimus Trinum in unitate et veneramus unum in Trinitate Patri et Filio et Spiritui sancto debitas persolvimus laudes, tantæ majestatis glorificantes nomen qui dignatus est nobis relictudinis viam ostendere: ac deinde serenissimo atque plissimo orthodoxo viro clementissimo domino nostro Recesvintho regi gratia impendimus opeum, cuius vigilantia et secularia regit cum pietate summa, et ecclesiastica plenus disponit divinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim Dominus, cujus Trinitatem veneramus et contemnur, et Ecclesie suæ fidei conferat lucra et sacerdotibus, ministris atque omni clero, ut digne illi serviant, conferat remedia quæ ipsi sunt placita. Clementissimo principi Recesvintho regi felicem vitam felioraque presenti in sæculo, et futuro post in regno sempiterna concedat gaudia possidenda; atque id omnibus in se creditibus præstare dignetur, ut dum sui judicij manifeste voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipse Dominus et Redemptor noster, qui cum Deo Patre et cum Spiritu sancto in Trinitate Deus permanet unus, cui est honor, gloria, virtus et imperium nunc et in omnia sæculorum. Amen.

B Proficius Dei miseratione Lusitanæ provinciæ sanctæ Emeritensis Ecclesie metropolitanæ episcopus hac gesta synodalia cum consuetuus meis episcopis instituta manu mea subscripti.

C Ego Scilicet Egidianus civitatis Ecclesie episcopus, pertinens ad metropolitam Emeritensem, hac instituta cum archiepiscopo meo Proficio a nobis definita subscripsi.

D Adeodatus in Christi nomine sanctæ Pacensis Ecclesie episcopus similiter.

679 Asaphius in Christi nomine sanctæ Abensis Ecclesie episcopus similiter.

Theodericus in Christi nomine sanctæ Olyssiponensis Ecclesie episcopus similiter.

Theodosius Dei misericordia episcopus sanctæ Ecclesie Lawecensis similiter.

Justus Dei miseratione sanctæ Salmanticensis Ecclesie episcopus similiter.

Cantaber Dei gratia episcopus sanctæ Ecclesie **680** Conimbrensis similiter.

Donatus in Christi nomine episcopus sanctæ Ecclesie Cauriensis similiter.

Exarnus Dei misericordia episcopus sanctæ Ecclesie Ozonensis similiter.

Petrus Dei misericordia Elborensis Ecclesie episcopus similiter.

Alcarius indigenus sanctæ Calabriensis Ecclesie epis opus similiter.